John Adams Library,



IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.



SHELF No.
*Adams
133.5

Iam formam quoque Epiſtolæ ſi conſiderare velimus videtur ea conſiſtere primo in ipſius Epiſtolæ quantitate quam iuſtam & concinnam eſſe debere paulo ante monebamus, ita quidem rei ipſi, de qua ſcribitur, accommodata, tanta eſſet quantum verborum res illa requireret.

Secundo in eiuſdem perſpicuitate. Nazianzenus certe in inſigni illa ad Nicobulum Epiſtola optimam & pulcherrimam epiſtolam eam eſſe confirmat, quæ & rerum & verborum ratione tu[illegible] erudito tum etiam erudito perſuadeat. Inerudito quidem; vt ad populi multitudinē ſcripta: erudito vero, vt captum & loquendi conſuetudinem multitudinis aliquo modo ſuperans. Ita tamen vt ſine opera vllius interpretis per ſe ſtatim intelligatur. Quod profecto omnino neceſſe eſt. Cur enim ad litteras interprete opus ſit? quas ſui ipſius & inprimis animi noſtri interpretes eſſe volumus.

Si tamen ea vt fit, tempora ne[illegible] nunc [illegible]m inruant, de quibus queritur Cicero ad Atticum [illegible]o.2.ep. 20. his verbis, De repub. breuiter ad te ſcribam. iam enim charta ipſa ne vos prodat pertimeſco: tum ſane ipſa flagitauerit neceſſitas, vt verbis ad eam rem idoneis ſiue Græcis ſiue barbaris arcana vel prorſus occultemus; vel ſaltem allegoriis & ænigmatibus eaſdem obſcuremus. Quæ cauſa eſt, quod Cicero (qui tamen 1. Tuſcul. de ſeipſo inquit, Scis me Græcè loqui in latino ſermone non plus ſolere; quàm in Græco latine) præſertim in Epiſtolis ad Atticum, Latinis

tam multa admiſcet græca. quod alibi minime facit. niſi res ipſa forte græce ſignificari velit, ne omnibus innoteſcat: aut dilucidius explicari, vt plenius intelligatur. quod aliquando in diſputationibus Philoſophicis factum videmus. Sed de hoc paulo ante quoque aliquid monebamus.

Tertio in eiuſdem gratia. Quæ in eo conſiſtit, vt neque arida & ieiuna, neque inuenuſta & inepta ſcribamus: neque etiam illepida, inornata, 1
inculta; quod fit, cum nullis ſententiis, prouerbiis, figuris dictis, ſalibus & iocis reconditis ſermo epiſtolæ conditur. In quibus tamen ipſis vt paulo ante monuimus modum eſſe oportebit, ne huiuſmodi condimentis temere abuti videa- 1
mur. Sicuti enim hoc cum tædio & ſatietate coniunctum eſſet; ita illud iudicio ruſticitatis agreſtis minime careret. Modum igitur harum rerum nobis indicent in pratis flores, in veſtibus purpura & gemmæ, in corpore anima- 2
lium oculi. quæ [illegible]um ſicuti & cætera in hoc genere prudentia ſcribentis rectiſſime moderabitur. Pro rei enim ipſius ratione, & vtentis ingenio eadem iam decent, iam dedecent. Rectiſſime vero epiſtolis conuenit illa Pomponii Atti- 2
ci elocutio, de qua Cicero ep. 1. lib. 2. hoc fert iudicium: Tua illa libenter legi, quæ horridula mihi, atq; incompta viſa ſunt; ſed tamen erant ornata hoc ipſo, quod ornamenta neglexerant. Hoc igitur ipſum, vt dixi, ἀκαλλώπιστον, Nazianze- 3
no quoque teſte, maxime congruit epiſtolis,

vt in

vt in iis iis ſermo ſit, familiaris, aut ad familiarem quam proxime accedens: ita videlicet vt nihil in illis ſit affectatum, nihil tumidum, nihil nimis elaboratum, ſed omnia eiuſmodi, vt quam proxime ad naturam accedere videantur. De quo orationis genere Lyſiano, tenui nimirum, & ſubtili, idem Cicero ſic alicubi ſcribit. Vt mulieres dicuntur eſſe nonnullæ inornatæ, quas idipſum deceat: ſic hæc ſubtilis oratio etiam incompta delectat. Quod autem Cicero de ornatu neglecto dicit; id Plautus in Moſtellaria eleganter quoq; de vnguentis & odoribus dixerat.

E caſtor mulier recte olet, vbi nihil olet.
Nam iſthæc veteres, quæ ſe vnguentis vnctitant interpoles,
Vetulæ edentulæ, quæ vitia corporis fuco occulunt.
Vbi ſe ſudor cum vnguentis conſociauit, ilico
Itidem olent, quaſi quom vna multa iura confundit coquus.
Quid oleant neſcias, niſi id vnum vt male olere intelligas.

Cui non diſſimile eſt quod de bellariis ſcripſit Varro, vt refert Macrobius Saturn. lib. 2. c. 8. Bellaria ea maxime ſunt mellita, quæ mellita non ſunt. Sic epiſtola quoque ſatis fuerit ornata & elegans, in qua nihil erit fucatum, nihil ad ſcititium, ſed omnia ſimplicia, & ad naturam quam proxime accedentia. Id enim niſi fiat, epiſtola quoque cum coqui illius Plau-

tini varie confuſo iure poterit comparari. Ad quod ipſum illuſtrandum inſignem hanc fabulam affert Nazianzenus, *ἡνίκα ἐκρίνοντο περὶ βασιλείας οἱ ὄρνιθες, καὶ ἄλλοι ἄλλως ἧκον ἑαυτοὺς κοσμήσαντες, τοῦ ἀετοῦ κάλλιστον ἦν, τὸ μὴ οἴεσθαι καλὸν εἶναι.* i. quo tempore aues de principatu diſceptabant & aliæ aliter exornatæ venirent; in aquila formoſiſſimum id erat, quod nihil in ea formoſum eſſe putaretur.

Artemon quidem, qui Ariſtotelis epiſtolas, vt Tyro Ciceronis, collegit & edidit, ſcripſerat teſte Demetrio Phalereo, epiſtolas in morem & modum Dialogi confici & ſcribi oportere, eo quod Epiſtola, vt ſupra quoque diximus, eſſet altera quodammodo pars dialogi. quod ipſum quidem aliqua ex parte verum eſt, ſed tamen accuratiori aliqua declaratione indiget. Epiſtolam enim aliquãto accuratius quam dialogum confici oportet, vt ipſe quoq; Phalereus ibidem cenſet. Dialogus enim imitatur ex tempore confabulantes: epiſtola vero plus ad meditãdum temporis habet. Et cum ſit quoddam veluti munus, quod amicus ad amicum mittit, plus curæ & elegantiæ requirit. Munus enim non neglectum & inconcinnum, ſed ornatum & venuſtum eſſe debet. Epiſtolam igitur, cũ muneris ſimilitudinem habeat, aut chartæ, aut atramenti aut compoſitionis quoque ratione impolitam eſſe, minime decebit.

Quod vero alia quoq; ratio ſit epiſtolæ quam dialogi, hinc apparet, quod in ſermone nemo ita

coram

coram alterum compellet, vt per epiſtolam: ſtudio enim maiore ſcribimus, quam loquimur. Vbi etiam hoc tenendum eſt, vt ſermo Epiſtolæ non ſit plane comicus, in quo plus plebeiæ garrulitatis, futilium nugarum, & ſcurrilitatis, viro graui indignæ, ineſt. Cum enim Epiſtola ſit imago & interpres animi noſtri; cuicuimodi illa fuerit, talem & ſcriptorem eius eſſe non immerito alii ſuſpicabuntur.

Abſint etiã nimiæ & exquiſitæ argutiæ: quando non argute, ſed ingenue & candide cum amicis agendum eſt.

Quid, quod epiſtola pluſculum quoq; habet rationum & argumentorum, & ſententias quoque grauiores, quam dialogus. Præterea epiſtolæ compoſitio quantumuis laxa ſit; tamen magis aſtricta & connexa eſt, quam dialogi, qui ſunt diſſolutiores, & actionibus ſcenicis magis finitimæ. In hoc vero congruũt, quod tam epiſtolæ quam dialogo commune eſt τὸ ἠθικὸν, de quo paulo ante pluribus. Ad ſtructuræ vero formam & rationem quod attinet, epiſtolam nequaquam modo oratorio, periodis connecti opus eſt. Aliud enim alibi decet. Et hoc in Epiſtolis plane eſſet ſuſpectum & ridiculum. Optima enim & gratiſſima in hoc genere eſt ſimplicitas. Et vt ſtellarũ errantium τὸν πλάνον ἐναρμόνιον dixit Nazianzenus: ita hic orationis vincula, etiamſi nõ plane nulla ſint, tamen ea laxiora, & non facile cuiuis conſpicua eſſe decet. Denique Ciceronem hac in parte audiamus, cuius ſententiam palmam hîc obtinere

æquiſſimum eſt. Is igitur libro primo Ep. xi, ad Atticum hoc modo ſcribit: Tuæ epiſtolæ fuerunt omnes rhetorum, puræ loquuntur, cum humanitatis ſparſæ ſale, tum inſignes amoris notæ. Ex quibus verbis ſatis perſpicue apparet, ſummum oratorem, hæc quatuor epiſtolæ ineſſe velle ἐνέπειαν, φιλανθρωπίαν, ἐντρεπελίαν, καὶ φιλοφροσύνην. quam ipſam Demetrius κάλλος epiſtolæ vocare non dubitauit.

De compoſitione autem epiſtolæ hoc in vniuerſum teneatur, eam nequaquam eſſe debere periodicam. Cum enim ambitus illi Orationum & cauſſarum ſint, quarum actio ad epiſtolam non pertinet; ridiculum fuerit orbes hos orationum in epiſtola moliri. Periodos equidem non plane excludit epiſtola, ſed requirit vt eæ non ſint crebræ, nec iuſto productiores quando ipſi quoque oratores periodos ſine intermiſſione continuare minime tenentur. Simpliciſſimæ autem ſunt periodi vnimembres & bimembres, (qui Phalereo ſunt Μονόκωλος & δίκωλος) eædemque omnium breuiſſimæ; ita vt non à quouis pro periodis agnoſcantur. ideoque etiam epiſtolæ maximæ congruunt. Sit igitur in epiſtolæ compoſitione, ſtructura verborum diſſolutior potius, quam periodis perpetuo adſtricta, qualis eſt pæne omnium Ciceronis ad Atticum. Exemplo ſit illa lib. v. Ep. v. Plane deeſt quod ſcribam. Nam nec quid mandem habeo: Nihil enim;

præter-

prætermiſſum eſt: nec quid narrem: noui enim nihil: nec iocandi locus eſt: ita me multa ſollicitant. Tantum tamen ſcito &c. Eiuſcemodi enim periodi affines ſunt familiari ſermoni; quas tamen periodos eſſe vix aparet. Quarum neglectus magis ornat epiſtolam, quam eorum, qui meras periodos in epiſtolas coniiciunt, obſcura diligentia. Periodos ſane epiſtolæ familiari includere, non ſolum ineptum & ridiculum eſt, ſed ne quidem amicitiæ, cui maxime ſeruire decet epiſtolas, conueniens. Arrogantiæ enim καὶ ἀκοινωνησίας eſt, familiaritatem comitem & iudicem beneuolentiæ ex epiſtolis excludere. id quod de Bruti literis queritur Cicero, ad Atticum epiſtola tertia libro ſexto, his verbis. Huius nebulonis operatione ſi Brutus moueri poteſt, licebit eum ſolus ames, me æmulum non habebis. Omnino (ſoli enim ſumus) nullas vnquam, ad me literas miſit Brutus, ne proxime quidem de Appio, in quibus non ineſſet arrogans, ἀκοινώνητον aliquid. Tibi autem valde ſolet in ore eſſe, non contemnere ſe, & reges odiſſe ſuperbos. In quo tamen ille mihi riſum magis quam ſtomachum mouere ſolet. Sed plane parum cogitat, quid ſcribat aut ad quem. Hæc Cicero.

Quicquid in litteris illis Bruti deſiderarit ſatis liquet, humanitatem ſcilicet & beneuolentiam cui adiunctum eſſet aliquid magis κοινωνικόν,

Sed ei tamen ignoſcit Cicero,vt qui amici mores noſſe non odiſſe conſueuiſſet. Parum autem amicè faciebat Brutus, qui ſic ad talem amicum ſcriberet. Tametſi eum non tam compoſitione epiſtolarum quam rerum ipſarum de quibus imperioſe nimis ſcribebat,indignitate,arrogantiam illam ſuam prodidiſſe exiſtimandum ſit. Eam igitur,vt ab omnib. actionibus,ita ab epiſtolis quoque longiſſime remouebimus. Nihil enim veritati ,qua litteras virorum bonorum præditas eſſe decet; & amicitiæ, cuius eædem conciliatrices teſtes & conſeruatrices eſſe debent epiſtolæ, magis contrarium.

Figuris porro in Epiſtola paucis vtemur,iiſque verecũdis, quod litteræ omni oſtentatione affectata, vti ſermo quoque noſter, carere debent.

Oppoſita quoque & æqualia æqualibus relata, ſicuti etiam æqualia membra Sophiſtis relinquenda, Nazianzenus cenſet. Conueniunt enim magis orationibus & cauſis. Ideoque ſi quando ea in epiſtola aſſumemus, non ſerio ſed quaſi aliud agentes id faciemus. Quandoquidem moribus quoque obeſt illa nimis minuta diligentia: & proinde etiam,quæ morata & ſimplex eſſe debet,epiſtolę nõ ita accommodata eſt. Cum ſtructura illa verborum nimis ſollicita,nimium etiam affectationis & ſtudij περὶ μικρὰ σπουδάζοντος præ ſe ferre,atque adeo vltra modum veræ & natiuæ affectionis tendere videatur.

Ex iis igitur quæ hactenus dicta ſunt,intelligitur tenui potiſſimum charactere ſcribendas epiſto-

epiſtolas, neque tamen eas incomptas eſſe oportere ſupina ſcribentis negligentia. Neque vero ideo omnem diligentiam ad eas conquirendam, ſed nonnihil tamen: quod nihil vere amabile eſſe poſſit ſine aliqua venuſtate. Magnificus character non adhibebitur; niſi ſit ſcribendum ad reſpub. principes, aut reges. Tum enim ſplendoris pluſculum habebunt, & à ſtylo tenui aliquanto propius ad magnificum accedent epiſtolæ. In vniuerſum autem, quantum ad elocutionem ſpectat, habeant epiſtolæ præter notam tenuem etiam aliquid ex nota eleganti & venuſta: de quarum vtraque conſulendus eſt Demetrius Phalereus. Ex graui charactere nihil forte ad rem epiſtolicam faciat, niſi rariſſime. Acria enim quid ad epiſtolas? quas magna ex parte cõſtare ex notis beneuolentiæ, antea oſtendimus. In expoſtulationibus igitur illa locum habeat: quæ tamen humanitatis leges non excedere, omnibuſque conuitiis & contumeliis viro bono indignis carere debent.

Finis Epiſtolæ primarius eſt, vt homines, maxime locorum interuallis diſiuncti, (quamuis & inter præſentes in vſu fuiſſe legatur) epiſtolarnm beneficio nihilominus mutuo ſe audire, & inter ſe inuicem colloqui, commercia exercere, & ſæpe etiam non viſi mutuo ſibi innoteſcere, veteremue amicitiam, pacta, contractus & alia vitæ humanæ vincula conſeruare, confirmare & litterarum repoſitarum indicio etiam ad poſteros propagare poſſint. Cum etiam, vt Cicero ait, e-

piſtola non erubeſcat; poſſumus alicui, quod corām indicare pudor prohiberet, per litteras diſerte aperire, ſiue quid petendum, iudicandum, culpandum, exprobrandum quærendumue ſe offerat. Hinc Cicero in quadam ad Atticum. Nihil erat noui quod aut ſcriberem, aut ex te quærerem.

Veriſſimum ſane eſt illud Ariſtotelis. Multas amicitias ἀπροσηγορία diſſoluit, ſiue inter præſentes mutuæ conuerſationes & colloquia; ſiue inter abſentes ſcriptiones literarum, iuſto diutius, prætermittantur. Quo pertinent illa Ciceronis ad Att, lib. 5. ep 18. Mitte tamen ad nos de tuis aliquem tabellarium, vt & tu quid nos agamus, & nos quid tu agas, quid acturus ſis, ſcire poſſimus. Præterea ſine mutuis commerciis vita quoque hominum conſiſtere non poſſet. E quibus omnibus fines & vtilitates epiſtolarum non paucas, vel exiguas eſſe, perſpicitur.

De epiſtola, vel codicillo ad præſentes quod dixi, patet id ex Suetonii Auguſto, de quo ſcribit, eum ſermones grauiores cum Liuia non niſi in ſcriptis, & è libello habuiſſe. Sub Tiberio quoque Cæſare mos fuit, præſentem ſcripto adire. Quod originem ſumpſiſſe à Iulio Cæſare colligi poteſt ex Plutarcho, qui eum primum tale quid reperiſſe innuit. Effectus epiſtolæ cum finibus eiusdem pæne congruunt. Vnum tamen hic prætermittere non debeo, quod

vt De-

vt Demetrius ait, σχεδὸν εἰκόνα ἕκαστος τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς γράφει τὴν ἐπιστολήν: nulla ex re, indoles, ingenium, & mores alicuius tantopere eluceant & perſpiciantur, quam ex epiſtola. Ingenia autem & naturas eorum, quibus in vita communi vti volumus bene cognitas habere, non poſtrema pars eſt cautionis, & prudentiæ ciuilis. Sermo ſane, vt in veteri verſu dicitur, loquentis animum, & mores optime detegit inter præſentes. quod etiam Terentiana Bacchis de Antiphila loquens aſſerit. Nam mihi, quale ingenium haberes, fuit indicio oratio: quod & Sophiſta Ariſtides Græce his verbis protulit οἷος ὁ τρόπος, τοιοῦτον εἶναι καὶ τὸν λόγον. Inter abſentes vero nihil hominum animos certius & euidentius aperit & depingit, quam epiſtola ſcribentis, ex qua ille qualis ſit totus fere apparet.

Non equidem ignoro, quam multorum non ſolum actiones, ſed verba quoque mentiri ſoleant: ſed idem ego vna cum doctiſſimis quibuſque confirmo, haud facile quem ita ſimulanter aut diſſimulanter litteras exarare, eaſque ita ſemper fuco illinere poſſe; vt non quandoque intimus ſcribentis animus, & ſenſus, ſuis quibuſdam indiciis, alicubi deprehendatur.

Cognati epiſtolæ dici poſſunt Dialogi, ob cauſas iam ante indicatas; quamuis inter

ter Dialogum & epiſtolam, ſuum quoque, quod ſupra etiam attigimus, diſcrimen ſit. Hoc ſane commune habent, quod in vtroque τὸ ἠθικὸν requiritur, & quod vtrobique ſermo ſit ad quotidianam & ſimplicem loquendi conſuetudinem quam proxime accedens. Dialogi tamen elocutio ſolutior eſt quam epiſtolæ, quæ ſolutiones illas crebas non admittit. Epiſtolæ enim partes copulis connecti debẽt, ne obſcuritas oriatur, quæ in Epiſtola locum habet nullum. Præterea elocutio diſſolutior magis conuenit actioni, ideoque etiam dialogis, qui ipſi quoq; quandam quaſi actionem repræſentant. Sed non eandem ob cauſam cõuenit Epiſtolis, quibus nihil fere Dramaticum ineſt. Non negarim tamen Ciceronem quandoque ipſum aliquid διαλογικὸν includere epiſtolis, imo integras quoque orationum partes. Ad colloquia ſeu dialogos quantum ſpectat, res manifeſta eſt ex Epiſtola 18. lib. 9. ad Atticum, qua totum Cæſaris cum Cicerone colloquium deſcribitur: item Epiſtola 42. lib. 13. qua integre narratur colloquiũ Marci Ciceronis patrui cum Q. Cicerone fratris filio recens cum Cæſare ex Hiſpania reuerſo, habitum. Sic multum dialogi habet eiuſdem Ciceronis ad Atticum epiſtola 2 quæ eſt libri 6. ſecunda, de negotio Scaptii. Simile etiam quid habet dialogica Ciceronis altercatio cum Clodio intexta Ep. 14. lib. 1. Ad partes vero Orationum epiſtolæ incluſas quod attinet; exemplo nobis eſſe poſſit eadem iam citata epiſtola, in qua partem inuectiuæ, ſeu ἀγῶνος ſui cum Clodio,

Clodio, Attico ſuo recenſet: ex qua quia diſcrimen quoq; elocutionis epiſtolicæ & oratoriæ euidentiſſimè perſpicitur; verba ipſa hic quoq; intexere non pigebit. Nam, inquit, vt Idib. Maij in ſenatum conuenimus, rogatus ego ſententiam, multa dixi de ſumma reipub. atq; ille locus inductus eſt à me diuinitus, ne vna plaga accepta patres conſcripti conciderent, ne deficerent: vulnus eſſe eiuſmodi, quod mihi neque diſſimulandum neque pertimeſcendum videretur: ne aut ignorando ſtultiſſimi; aut metuendo patriam deſeruiſſe iudicaremur: bis abſolutum eſſe Lentulum, bis Catilinam: hunc tertium iam eſſe à judicib. in Rempub. immiſſum. Et hactenus quidem elocutio epiſtolica. Sequitur ἀγωνιστικὴ. ſic enim per ἀποστροφὴν quaſi ibidem præſentem Clodium compellat. Erras Clodi: non te iudices vrbi, ſed carceri reſeruarunt; neq; retinere in ciuitate, ſed exilio priuare voluerunt. Quamobrem patres conſcripti, erigite animos, retinete veſtram dignitatem: manet illa in republ. bonorum conſenſio: dolor acceſſit bonis viris: virtus non eſt imminuta: nihil eſt damni factum noui, ſed quod erat, inuentum eſt: in vnius hominis perditi iudicio, plures ſimiles reperti ſunt. Hæc ibi Cicero, quem intelligentes, quando conuenientiſſimum videbitur, ſequi poſſint. Plura verò exempla tàm in Cicerone quàm in aliis doctiſſimorum virorum ſcriptis obſeruare facilè eſt, imitari in tempore, & cum decoro, maioris fortè & artis & negotii. Regula enim non eſt, ſed exceptio,

quarum illam ſemper, hanc verò rarò admodum ſequi poſſis.

Finitimi quoque epiſtolæ ſunt, aut ſaltem olim fuerunt Codicilli, ita dicti ab arborum caudicibus ſiue libris: ſiue etiam compluribus tabellis ligneis, filo, & glutino conſutis. Prius teſtatur Iſidorus, cuius verba citat Hieronymus epiſtola 42. ad Niceam, huncin modum. Rudes illi Italiæ homines, quos Caſcos Ennius appellat, qui ſibi, vt in Rhetoricis ait Cicero, ritu ferino victum quærebant, ante chartæ & membranarum vſum, aut in dedolatis è ligno codicillis, aut in corticibus arborum mutua epiſtolarum alloquia miſſitabant: vnde & portitores earum Tabellarios; & ſcriptores à libris arborum Librarios vocauere. Poſterius, de tabellis, patet ex his Feſti. Tabellis pro chartis vtebantur antiqui quibus vltro citroq; ſiue priuatim ſiue publicè opus erat, certiores abſentes faciebant. Vnde adhuc tabellarii dicuntur: & tabellæ miſſæ ab Imperatoribus. His igitur properanter & breuiter aliquid inſcribebant memoriæ aut indicii gratia: vt inter cœnandum domi, vel foris in itinere, naui, vehiculo: præſertim ſi charta præſto non eſſet. Has poſtea, ſi opus eſſet amanuenſi dabant, vt litteras longiuſculas inde conficeret: vel ſi res moram non ferret ipſi quoque codicilli mittebantur, quod patet ex epiſtola Seruii, qua Marcum Marcellum a Magio interfectum, Ciceroni libro quarto ad Familiares ſignificat, in qua

etiam

etiam hæc verba leguntur. Cum non longè à Piræeo abeſſem, puer Andini mihi obuiam venit cum codicillis, in quibus ſcriptum erat, paulò ante lucem Marcellum diem ſuum obiiſſe. Codicilli quoque fuiſſe videntur quibus ſe in præſentia & conſpectu mutuo compellarunt Auguſtus pater, & Iulia filia, de quibus ſic Macrobius, Saturnal. libro 2. capite quinto. Auerterant in ſe populum in ſpectaculo gladiatorum Liuia & Iulia comitatus diſſimilitudine. Quippe cingentibus Liuiam grauibus viris, hęc iuuentutis, & quidem luxurioſæ; grege circumſedebatur. Admonuit pater ſcripto, videret, quantum inter duas fœminas intereſſet. eleganter illa reſcripſit. Et hi mecum ſenes fient.

Ad cognata quoque epiſtolæ referri videntur debere pugillares, ſeu vt Catullus, & Gellius Pugillaria; ſic dicta, quod pugnum quo comprehenduntur impleant, vel quod ſtilo in his pungendo ſcriberetur. Plinius etiam dixit pugillar bipatens, quorum itidem vſus erat, cum res moram longiorem non ferebat. Item ſchedæ; vel vt alii malunt ſcidæ à ſcindendo; vel ſi per aſpirationem ſcribere malis, à græco verbo σχίζω, ita dictæ, quibus etiam nunc, cum amicis celeriter aliquid ſignificandum eſt, nonnunquam vti ſolemus. Nec prætereunda videtur Scytale Laconica, quam his verbis deſcribit Aul. Gellius lib. 17. cap. 9. Lacedæmonii veteres, quū diſſimulare & occultare literas publicè ad imperatores ſuos miſſas volebāt: ne ſi ab hoſtibus exceptæ forent, conſilia ſua

noſcerentur; epiſtolas id genus factas mittebant. Surculi duo erant teretes oblonguli, pari craſſamento, ejuſdem longitudinis, deraſi atque ornati conſimiliter. Vnus Imperatori in bellum proficiſcenti dabatur: alterum domi magiſtratus cum jure atque cum ſigno habebant. Quando vſus venerat literarum ſecretiorum: circum eum ſurculum lorum modicæ tenuitatis, longum autem, quantum rei ſatis erat, complicabant, volumine rotundo ac ſimplici. Ita vti oræ adjunctæ vndique & cohærentes lori, quod plicabatur coirent. Literas deinde in eo loco per transuerſas iuncturarum oras, verſibus à ſummo ad imum proficiſcentibus inſcribebant. Id lorum litteris ita perſcriptis reuolutum ex ſurculo Imperatori commenti illius conſcio mittebant. reſolutio autem lori literas truncas atque mutilas reddebat, membraque earum, & apices in partes diuerſiſſimas ſpargebat. Propterea ſi id locorum in manus hoſtium inciderat, nihil quicquam coniectari ex coſcripto quibat. Sed vbi ille ad quem erat miſſum acceperat; ſurculo compari, quem habebat, capite ad finem, proinde vt debere fieri ſciebat, circumplicabat: atque ita litteræ per ambitum eundem ſurculi coaleſcentes rurſum coibant, integramque & incorruptam epiſtolam, & facilem legi præſtabant. Hoc genus epiſtolæ Lacedæmonii σκυτάλην appellant, quaſi dicat, ſurculum loricatum. de qua etiam vide Plutarchum in Lyſandro.

Eodem

Eodem pertinent Notæ litterarum, nullius alterius, præter eorum qui in eas conſenſerunt, intelligentiæ expoſitæ: qualibus Iulium Cæſarem vſum ibidem Gellius teſtatur. Et Cicero ipſe libro XIII. Epiſt. 32. fatetur ſe quædam διὰ σημείων, ſeu per notas ad Atticum ſcripſiſſe, quæ ille minus intellexerit. Teſte enim Plutarcho in Catone notas quaſdam Cicero excogitarat, valde vtiles σημειογράφοις ſeu actuariis ad verba celeriter excipienda, quas & notariis certis in conſulatu ſuo præſcripſit, vt iis Catonis de coniuratis Catilinæ ſententiam integrè exciperent. Ad Epiſtolam Ciceronis paulo ante citatam Boſius quoque annotat, penes ſe eſſe Pſalterium Dauidis iis notis exaratum, quod etiam Ioannes Tritemius Abbas Spanheimenſis in Polygraphia ſua de ſe teſtatur, his verbis, ab Andrea quoque Patritio in fragmentis M. Tullii repetitis. M. inquit Tullius Cicero, facundus Rom. Orator librum ſcripſit non paruæ quantitatis notarum ad filium, quem S. Cyprianus Carthaginienſium præſul & martyr multis & notis & dictionibus ampliauit, in modum ſcilicet dictionarii. vbi ſecundum ordinem ponuntur primo characteres ſiue notæ, poſtea dictiones per eoſdem characteres deſignatæ: ita vt dictio quæuis per notam ſibi ſignificaretur præpoſitam. Rarus eſt codex inquit, & à me ſemel duntaxat repertus; vilique precio emptus. Nam cum anno Dominicæ natiuitatis 1496. Bibliothecas plures librorum amore perluſtrarem; reperi memoratum codicē

in quodam ordinis noſtri monaſterio, nimia vetuſtate neglectum, proiectum ſub puluere atque contemptum. Interrogaui Abbatem, Doctorem Iuris, quanti illum æſtimaret: reſpondit S. Anshelmi parua opuſcula nuper impreſſa illi præferrem. Bibliopolas adii: poſtulata Anshelmi opuſcula, pro ſexta floreni parte comparaui: Abbati & monachis gaudens tradidi, & iam propè ad interitum actum codicem, liberaui. Decreuerat enim Pergameni amore radendum. Ego autem, inquit Trithemius librum etiam hactenus habeo integrum, quem nuſquam vidi alibi. His notis autem, tam Tullianis, quam à Cypriano adinuentis biennio poſt in bibliotheca maioris eccleſiæ Argentinenſis, reperi totum Dauidis Pſalterium latinum. Tantum de notis. Eodem referri poſſunt tabellæ ligneæ, pugillaribus fortè non diſſimiles, quarum meminit Trogi abbreuiator Iuſtinus ſub finem libri 21. vbi de Hamilcare quodam exploratore Carthaginienſium in caſtris Alexandri Magni agente ſcribit, eum conſiliis Alexandri exploratis, in tabellis ligneis, vacua deſuper cera inducta, ciuibus ſuis omnia perſcripſiſſe. quod ipſũ loco iam citato lib. 17. cap. 9. dilucidius narrat Gellius, eum nimirum epiſtolam ſcriptam ſuper rebus arcanis, hoc modo abſcondiſſe: Pugillaria noua, nondum etiam cera illita accepiſſe, literas in lignum incidiſſe; poſtea tabulas, vti ſolitum eſt, cera conleuiſſe; easq; tabulas tanquam non ſcriptas, cui futurum id prædixerat, miſiſſe; eum deinde ceram deraſiſſe, literasque incolumes ligno inciſas legiſſe.

Cognata quoque epiſtolis perhiberi poſſunt ſtigmata litterarum capitibus ſeruorum detonſis impreſſa, vt capillitio iterum ſuccreſcente ablegarentur ad eum cui res arcana erat ſignificanda. Is tum ſerui capillis iterum nouacula deraſis, quid capiti eius inſcriptum eſſet, legere poterat. Qua ratione apud Herodotum libro V. Hiſtiæus Ariſtagoram Mileſium, ad defectionem à Dario rege Perſarum ſollicitat, quod repetit Gellius lib. 17. cap. 9.

Pugnare cum epiſtolis dici poteſt ἀγραμματία ſilentiũ, & officii, litteras amicis ſcribendi, intermiſſio. nec non in ſcribendo ſupina & ſordida negligentia ſiue etiam ἀήθεια vel κακοήθεια. Scribendi item ratio nimis faſtuoſa, quod in quadam Epicuri ad amicos epiſtola reprehendit Plutarchus; aut cum ἀκοινωνησία coniuncta, quod vt ſupra dixi in Bruti litteris deſiderabat Cicero. Præterea explicationes ſophiſmatum, aut quæſtionum, vel Mathematicarum, vel Phyſicarum charactéri epiſtolico non conuenientes. Item nimia epiſtolæ, nulla neceſſitate cogente, prolixitas: cũ videlicet vt Cicero loquitur, pro epiſtola ſcribitur volumen, aut oratio in ipſam epiſtolam includitur. Infideles item tabellarii, & obſeſſores viarum, qui literas intercipiunt, aut qui alias clanculum iis inſidiantur. Sunt autem Cicerone quoq; teſte tres præcipui caſus aduerſi literarum. his n. verbis vtitur epiſt. ad Att. xi. lib. 1. Res dignæ literis noſtris, non ſunt cõmittendæ eiuſmodi periculo, vt aut interire, aut aperiri, aut intercipi poſſint.

fuerunt tamen homines nonnulli adeo prudentes & humani, vt hoſtium quoq; literis ad interiores amicos ſcriptis, etiam belli tempore parcendum exiſtimauerint. Teſte enim Plutarcho in præceptis gerendæ reipub. Athenienſes captis Philippi regis Macedoniæ tabellariis, epiſtolam Olympiadi vxori eius inſcriptam ferentibus, nō reſignarunt eam, neque patefacere voluerunt mariti, peregrè abſentis, ad coniugem miſſam ſalutationem. Id quod Thebanos nequaquam facturos fuiſſe Plutarchus ibidē ratiocinatur. Quo etiam pertinet factum illud illiberale, ſed nimis hodie vſitatum, vt ſcilicet veterum amicorum literæ, offenſione aliqua interueniente, in publicum proferantur. Quod M. Antonio exprobrat Cicero. etiam, inquit, literas, quas me ſibi miſiſſe diceret, recitauit homo humanitatis expers, & vitæ communis ignarus. Quis enim vnquam, qui paulum modo bonorum conſuetudinem noſſet, literas ad ſe ab amico miſſas, offenſione aliqua interpoſita in medium protulit, palamque recitauit? Quid hoc eſt aliud quàm tollere è vita vitæ ſocietatem? tollere amicorū colloquia abſentium? Quam multa ſolent eſſe in epiſtolis, quæ ſi ſint prolata, inepta eſſe videantur? quam multa ſeria, neque tamen vllo modo diuulganda? Sit hoc inhumanitatis tuæ, &c.

Hæc de ſcriptione epiſtolæ ab Ariſtotele, Demetrio Phalereo, Cicerone, Nazianzeno Manutio & aliis accepta, & in vnū hoc opuſculum reda

cta

cta in præſentia vobis tradere libuit. Quæ ſanè perfecta & omnibus numeris abſoluta eſſe minimè contẽdo. Eſt enim hoc in omnibus diſciplinis arduum cum primis & longè difficilimum. Idem tamen ſine arrogantia affirmare auſim, eum qui hæc probè intelligat, & exercendo ſe vſurpet; & ipſum in epiſtolis ſcribendis melius & commodius verſaturum; & de aliorum quoque epiſtolis ſincerius & rectius iudicaturum eſſe. Quæ hic deſiderantur, ea ex elementis Rhetoricæ Camerarij, & epiſtolica Iuſti Lipſij, quæ recens in lucem prodiit, inſtitutione, facilè ſuppleueris.

IN EPISTOLAM M. TVLLII CICERONIS AD Q. FRAtrem libri primi, primam commentarius.

CVm tam multa & varia ſapientiæ & eloquentiæ pleniſſima Ciceronis extent monumenta; mirari aliquis poſſet, cur aliis omnibus poſthabitis, hanc potiſſimum epiſtolam hoc mihi tempore ſumpſerim explanandam. Ei ego paucis reſpondeo. Boni præceptoris eſſe in docendo, non tam pompæ & oſtentationis, quam vtilitatis & neceſſitatis diſcentium rationem habere. Neque vno tempore o-

mnia, aut lectione tumultuaria, modo hęc modo illa Ciceronis ſcripta præpoſterè euoluenda eſſe, idē ego cum doctiſſimis quibuſq; confirmo. Sed hic bono potius & prudenti ordine vtendũ eſſe, ita vt initium fiat ab epiſtolis, inter quas hæc, quã in manibus iam habemus, locum non immeritò obtinet principem. Epiſtolis ſuccedãt orationes, orationibus diſputationes philoſophicæ.

Et etiamſi tota epiſtolarum ſcribendarũ ratio, præceptionibus puerili profeſſione, leuis, tractatione perfacilis eſſe vulgò videatur: tamen eadem doctiſſimorũ quorumq; experiētia reſtante difficultatib. ſuis non caret, cũ vſus eius latiſſimè pateat: nihilq; adeò in rebus & actionib. reperiatur humanis, quod epiſtolis non cōmittatur. Et hodie maior ferè epiſtolarũ quam orationũ vſus eſt. Inſunt prætereà epiſtolis maxime Ciceronianis præclaræ de rebus variis ſententiæ: inſignia item rerum tàm ethicarum, quàm politicarum exempla, vt nihil dicam de eius temporis hiſtoria, è qua non multum deſiderauerit is, qui Ciceronis cum ad Atticum, tum ad familiares epiſtolas accuratè legerit & intellexerit. Quid quod ad Grecæ quoque linguæ ſolidam cognitionem epiſtolæ præſertim ad Atticum quam plurimum conducunt.

Scripta eſt hæc epiſtola anno vrbis 694. C. Iulio Cæſare, & M. Calpurnio Bibulo Coss. qui fuit annus ante natũ Chriſtum 58. Occaſio ſcriptionis fuit. Quod Q. Ciceroni poſt Lucium Valerium Flaccum biennium iam minoris Aſiæ pro prætori tertio iam anno inſtante ſucceſſor non

mitte-

mitteretur: atq; ita illi etiam inuito prouincia eſſet manēdum, quam ipſam cum (quod Frater M. Cicero iampridem metuerat, qui T. Pomp. Atticum comitem fratri eſſe optarat, ne quid in iſta re minus commodè fieret, epiſt. 13. & 14. lib. 1. ad Atticum) propter naturæ ſuæ acerbitatem, & iracundiam, parum ſecunda (vt Suetonius in Auguſto eſt teſtatus eſt) fama, prioribus duob. annis Quintus adminiſtraſſet (ſubinde enim ex Aſia ad M. Fratrem querelę de Q. afferebantur) quod vehementioribus animi concitationibus nimium indulgeret: quod multos maledictis & cōtumeliis proſcinderet: quod iracundiæ & inuidioſæ verborum atrocitati etiam ſuppliciorum inuſitatorum minas acerbiſſimas coniungeret: quod exempla ſeueritatis nimis crebra ſtatueret: quod multa, quæ ad Rempubl. pertinerent, per ſeruos & libertos adminiſtraret: quod denique in litteris publico nomine mittendis nimis ſe facilem præberet; cum nullus earum eſſet delectus, & multæ ſcriberentur iniqua, inuſitata, contraria, abſurda, & nonnunquam in alios cōtumelioſa: & M. Cicero propter hoſtium ſuorum multitudinem iam gliſcentē metueret, ne Quinto in Italiam poſt depoſitum imperium reuerſo, vel cauſa in iudicio dicenda, vel aliæ obtrectationes & criminationes audiendæ eſſent, monere eum hac epiſtola de officij ſui partibus, quam accuratiſſimè & prudentiſſimè voluit; effecturum eo modo ſe ſperans, vt frater in extrema parte hac & concluſione, muneris ſui ita dili-

gens, cautus ac circumſpectus eſſet; vt noua quadam virtute & prudentia priorum lapſuum memoriam ex animis hominum Romanorum & prouincialium quam cupidiſſimè aboleret. Qua quidem in re, quantum in ſe eſt, perficienda, nulli ſtudio aut induſtriæ ſuæ parcit. Iam enim prudentiam & iuſtitiam fratris laudat; iam eiuſdem dubiè facta accuſat: iam culpam nonnullorum in ſeipſum confert; iam eundem & adhortatur; iam gloriam, quam olim conſecuturus ſit, mirificè extollit: iam amore pleniſſimis, & planè fraternis obiurgationibus preces blandiſſimas ſubiungit, ita quidem, vt hæc meditans & ſcribens M. Tullius in omnes perſuadendi vias, & modos ſe conuertere voluiſſe videatur.

Eſt igitur hæc epiſtola maxima ſui parte moralis, cum νουθεσίαν ἢ παραίνεσιν ſeu admonitionem, vel adhortationem contineat. Eſt enim νουθετεῖν officii admonere, & quaſi amiſſam mentem reponere, vt ita νουθεσία ſit quaſi amiſſæ mentis repoſitio. Eodemq; nomine ad genus dicendi συμβουλευτικὸν referri poteſt, etiamſi loci laudationum & vituperationum, & ἠθικὰ quam plurima ſubinde eidem inſpergantur, quæ omnia cohortationi accuratiſſimè coniuncta, obteſtatione tandem concluduntur.

Sunt autem Epiſtolæ huius tres partes: quarum prima eſt exordium παραμυθητικὸν, καὶ προτρεπτικὸν, ſeu conſolatorium, & hortatorium. Propter enim imperij prouincialis prorogationem moleſtam, Fratrem Quintum M. Cicero conſo-

latur, & vt hanc anni tertij ad duos priores acceſſionem, æquo & magno animo, eoq; laudi & gloriæ ſuæ, magis ſerio quam prioribus factum erat, ſtudeat, eundem hortatur: vbi etiam erroris & peccati ſui confeſſione in eiuſdem benevolentiam ſe inſinuat.

Pars altera & præcipua eſt προτροπὴ, καὶ νουθεσία ſeu adhortatio ad prouinciam rectè, prudenter, laudabiliterque adminiſtrandam, in qua præter multa & inſignia præcepta politica, quædam etiam, quaſi idea, boni magiſtratus proponitur.

Pars tertia & poſtrema ἐπίλογος concluſio eſt, ἀπολογικὴ καὶ παραινετική. Nam & cauſas inſtitutæ cohortationis recenſet: & οὐκ ἄνευ λιτανείας ſeu non ſine obſecratione, & obteſtatione fratrem monet, vt more poëtarum Dramaticorum, actum poſtremum gubernationis ſuæ, quam optimè claudat: hoc eſt, vt honorem & exiſtimationem, quam hactenus adeptus ſit, artificio quodam beneuolentiæ colligendæ adhibito, quam diligentiſſimè tueatur: & ad omnes benè audiendi partes ſeriò ſeipſum excitet, vt ſine exceptione deinceps ab omnibus laudetur: & magiſtratu tandem abiens, quam iucundiſſimam ſui memoriam toti prouinciæ relinquat. Ipſius autem προτροπῆς capita præcipua ſunt octo, quorum aliqua de iis agunt, quæ ad totam prouinciæ adminiſtrationem ſpectant: aliqua de iis, quæ ſigillatim ad vnum Q. pertinere videbantur.

Primò igitur docet, qualis ipſe Quintus in to-

tà gubernatione ſua eſſe debeat, vbi ſimul de animi magnitudine, laborũ tolerantia & cõtinentia præcipit. Secundò exponit, quales comites, legatos, quæſtores, apparitores, accenſos & lictores, omneſq; eos quos ſecũ ex vrbe in prouinciã deduxerit, eſſe oporteat. Tertiò præcipit de delectu percauto adhibẽdo, in familiaritate hominũ prouincialiũ. Quartò de ſeruis agit, graui & honeſta diſciplina in officio cõtinẽdis. Quintò de ratione iuriſdictionis præcipit. Sextò monet Fratrem, vt ſubditos ſuos vnicè diligat, eoſq; quã beatiſſimos eſſe velit. Septimò docet fratrẽ ita rões ſuas inſtituere, vt in prouincia & publicanis equitib. Rom. ſatisfaciat, & ſocios P.R. ſubditos ſuos prouinciales perire non ſinat. Octauò de moderanda iracundia fratrẽ admonet. Quæ omnia talia eſſe liquet, vt iis alij quoque, qui bene & laudabiliter Remp. capeſcere ſtudent de vitiis ſuis admoneri, & de officio erudiri poſſint: maximè verò ij, qui in laborib. gubernationis ſuſtinẽdis iuſto negligentiores ſunt, & ſua ſuorumq; negotia, ſæpè nõ optimæ fidei cõſiliariis & miniſtris temere committunt, iiſq; nimiũ fidunt: qui adulatorib. delatoribus, & calumniatorib. aures ſuas nimis facilè accommodant, qui item vel amore cæco vel iudicio prauo inducti, vel aliorum commẽdatione aut interceſſione moti, miniſtros & adiutores negotiorũ, parũ ſæpè idoneos ſupra modũ diligũt, aliiſq; viris bonis præferũt: nec graui ſatis ſeueraque diſciplina in officio eoſdẽ cõtinent. præterea qui ſunt *δυσπρόσιτοι* & *δυσπροσήγοροι*, ita vt ſubditorũ querelas

querelas vel plane nunquã, vel certè grauatè admodum audiant: itẽ προσωποληψίαν attendentes & ſpectantes non merita cauſarũ, ſed perſonarum: non iura ſed munera: non quid liceat, ſed quid libeat: nec nõ qui ad irã & vindictã iuſto ſunt proniores, & cõmoti, in pœnis ac ſuppliciis modum tenere, & perſonæ decoro ſatisfacere nequeunt. His adde auaros, qui Remp. habent quæſtui, & cõmodis non ſubditorum, ſed ſuis tantummodo ſeruiunt. Adde item deditos voluptatibus, & luxuriæ, qui vitæ diſſolutione, & morum prauitate ſeipſos perdunt, & pernicioſis exemplis ſubditos quoq; in extremum præcipitant exitium. Qui ſane ſine exceptione omnes,

Hic quoque quod fugiant, quodq; ſequãtur habent, &c. In his autem ipſis enodandis, quantum quidem per tenuitatẽ meam licebit, operã dabo primũ, vt ἀνάλυσιν ſeu reſolutione breui inſtituta ipſam autoris mentẽ & ſententiã inueſtigẽ. Deinde vt ea quoq;, quæ in ipſo contextu & formulis, ſeu dicẽdi modis, vel obſcura, vel difficilia, vel ſingularia erunt, vel quę ẽt ad hiſtoriam aliquã poterunt referri annotem. Præterea neq; eã prętermittã, quæ ad ἐργασίαν καὶ ἐξοικονόμησιν, ſeu tractationẽ & collectionẽ ſingularum partium pertinere videbuntur. Præcepta vero adhortationis huius ſingula quantum ſpectat, hoc agã, vt eorum fontes & rationes, quàtum quidẽ auditorum captus feret, inquiram, easq; cum iis, quę apud Platonẽ, Ariſtotelẽ, Xenophontẽ, Plutarchum, Agapetũ, & alios huius generis reperiuntur, conferam: & exemplis quoque hiſtoriarum inſignium illu-

ſtrem. Ad ſingularum quoque partium extremum, πείσματα, quæ omnia in iis memorabilia cõtineant, tanquam aphoriſmis quibuſdam, cõplectar. Poſtremò viam quoque & rationem imitationis horum omnium, quantum quidem fieri poterit, in exercitiis ſtili ſubinde propoſitis, fideliter oſtendam. Deus Opt. Max. laboribus his noſtris affatim bene dicat.

COMMENTARIVS DE INSCRIPTIONE EPISTOLÆ. 1

IAM, vt ad propoſitæ nobis epiſtolæ explicationem tandem veniamus; primo ipſa ἐπιγραφὴ in fronte poſita paucis eſt attingenda. Continet ea. 1. nomen ſcriptoris epiſtolæ. Prima enim legentis cogitatio & deſideriũ eſt ſcire à quo miſſa ſit epiſtola. Prænomen igitur Ciceronis eſt Marcus. ita autem à Marte dictos volunt eos, qui menſe Martio nati eſſent. Nomen vero Tullij ſignificare aiunt eum, qui recens natus non exponendus aut obiiciendus (quam feritatem in veterum moribus fuiſſe, ex hiſtoriis & dramatibus conſtat) ſed tollendus, ſeu educandus eſſe viſus fuiſſet. Cognomen Denique Ciceronis, Ar-

pina

pinati alicui in illa familia antiquitus tributum putant, quod in hoc genere leguminis cicere nimirum ſerendo; & ad meſſem copioſam curando & producendo, præ aliis felix eſſet. Sic enim Plinius, libr. 18. cap. 3. Cognomina prima Fabiorum, Lentulorum, Ciceronum inde, vt quiſque aliquod optimè genus sereret. Plutarchus tamen in principio Ciceronis ait; gentis huius autorem habuiſſe in extremo naſi, in modum ciceris διαςολὴν ἀμβλεῖαν; ſeu obſcuram diſcretionem ſeu inciſuram, è qua ipſe & poſteri eius nomen hoc acceperint. 2. ὑπογραφὴ eſt, Quintus Cicero, Rector tum minoris Aſiæ, ad quem hæc epiſtola ſcribitur. Is fortè ſic dictus fuit; quod in ordine reliquorum fratrum quinto loco natus eſſet. certe alia eius generis nomina complura paſſim ſunt obuia, vt in ſexu maſculo Sexti Pompeij, decimi Bruti.

In femineo primæ, ſecundæ, tertiæ, & quartæ; & ὑποκοριςικῶς Tertullæ, & Quartullæ. 3. Ἀσπασμὸς ſeu ſalutatio, poſt ipſa nomina olim adiiciebatur, haud dubiè ex colloquiorum more, quo in occurſu obuios antè omnia ſalutamus, vt hoc modo noſtrum erga ipſos amorem teſtemur, & quam benè ipſis cupiamus, quamque optima quæque à Deo iis precemur, oſtendamus. Sic Græci amicis ſuis, χαίρειν καὶ εὐπράττειν precabantur, quorum vtrumque vno hoc verſu expreſſit Horatius, Celſo gaudere & bene rem gerere Albinouano. Quibus cognata ſunt ὑγιαίνειν καὶ εὐδιάγειν.

Sicuti inimicos plorare iubebant, addito verbo οἰμώζειν. q. d. Abi in malam crucem. Abi & ſuſpende te. In lectione autem epiſtolarum Ciceronis ad Atticum, & Q. Fratrem hanc progeniei eius familiæ partem, in promptu habere non fuerit inutile.

M. Cicero — Maria Gratidia.

C. Aculeo — Tullia. M. Cicero — Helvia vel Olbia

L. Cicero patruus Marci, & Q. Ciceronum, cuius fit mentio initio ſecundo de Oratore.

Terentia repudiata — M. Cicero orator cõſularis — Publia.

Q. Cicero Prætorius — Pōponia Attici ſoror repudiata

I.

L. Cicero eorundem frater patruelis. cuius meminit 5. verrina his verbis. L. Cicero frater noſter, cognatione patruelis, amore germanus. item 6. verrina, & epiſt. 4. lib. 1. ad Atticum, vbi mortem eius deplorat.

Piſo — Tullia

Frugi
Craſſipes. —
Dolabella. —

M. Cicero filius conſularis

Q. Cicero filius.

ANNALYSIS.

ETſi non dubitabam] Exordium hoc, quod inſinuationẽ & captationẽ beneuolentiæ præcipue ſibi propoſitam habet, docendi gratia, totũ in quatuor partes poteſt diſtingui. Quarũ prima eſt ἐπαγγελτικὴ ſeu nũciatoria, qua de continuatione adminiſtrationis prouinciæ fratrem certiorem facit: deinde etiam ἀπολογικὴ, cum & cauſas huius ſcriptionis tam diu dilatæ, & quare ad duos priores tertius iam annus acceſſerit, exponit, &c.

Pars ſecunda eſt παραμυθητικὴ, ſeu conſolatoria, rationibus petitis. 1. à neceſſario, quod ſcilicet nec prætores ſuis opibus, nec ipſe ſuo ſtudio quidquam potuerit proficere. 2. à facili, quod diuturna iam exercitatione in rebus & gerendis & ſuſtinendis habitum contraxerit. 3. à cauſa excuſabili, quod factũ hoc ſit non propria Quinti culpa, ſed partim ſuo errore; partim iudicio & voluntate ſenatus. ea autem, quæ non noſtra, ſed aliena culpa contracta ſunt, non videntur nimis moleſtè ferenda, &c.

Tertia pars eſt παραιτητικὴ, ſeu deprecatoria. fatetur enim Marcus imprudentiæ ſuæ culpa, licet minimè malitioſè, aut abſq; certa ratione hoc factũ eſſe. Id quod quatuor rationibus ab honeſto ſumptis probat. Ait enim. 1. ſe ſociorum ſaluti hoc modo voluiſſe cõſulere. 2. Negotiatorũ nonnullorũ in calũniãdo Quinto impudẽtię reſiſtere. 3. Inuſtã hoc modo toti familię Ciceronũ macu-

lam delere. 4. Denique gloriæ eiuſdem amplificationi ſeruire.

Quarta & poſtrema eſt προτρεπτικὴ, ſeu cohortatoria, cuius tres ſunt rationes. 1. ſumpta à laude & commendatione ſapientiæ, & humanitatis Quincti, quarum huius eſt, errorem agnoſcentibus & deprecantibus benignè ignoſcere: illius verò, animo intrepido, quæ humanitus accidunt ferrè: & aliena negligentia commiſſa ſua diligentia corrigere. Altera à facili. Qui laudis & gloriæ cupidi ſunt facilè etiam diuturnos, præſertim gubernationis aliorum, labores poſſunt & ſolent perferre: iidemq; non tam cum aliis, quam ſecum ipſi certant, & quicquid hac in parte agendum cenſent, ad id omnem mentem, curam & cogitationem ſuam intendunt. Tertia ab effectu iucundo & glorioſo. Lætitia nimirum & gloria, ex laudibili prouinciæ adminiſtratione non ſolum præſenti Ciceronum familia, verum eiuſdem quoq; poſteris expectanda. Et hæ quidē πίστεις conſiſtunt potiſſimum ἀπὸ τῶν λόγων. Quibus ipſis ἠθικὰ aſpergūtur quamplurima, amorē fraternum teſtantia, cum nimirum mutuum vtriuſq; deſiderium, in tam diuturna abſentia, & propter auctos Quinto fratri labores, & moleſtias, condolentia: deque eiuſdem quiete, εὐθυμία & ſalute ſollicitudo, & communis gloriæ ſpes & ſtudium luculenter exprimūtur. cum item aſſiduam ſuam contentionem in maturo fratris reditu conficiendo prædicat: cum animum ipſius in maximis rebus gerendis & ſuſtinendis exercitatum, vna

cum

cum eiuſdem ſapientia, humanitate diligentia, virtute & moderatione ſubinde laudat: cum ſeipſius moleſtiarum ſocium & participem conſtituit, hortaturq;, vt non iam cum aliis, quòd ſuperiores nullos habeat, ſed ſecum ipſe certet.

Et hæc fermè primæ huius epiſtolæ parti inſunt, cuius iam verba quoque videamus.

Verborum declaratio.

HAnc *epiſtolam*] Sunt qui hanc vocem per v. ſcribendam cenſeant, freti auctoritate librorum & lapidum veterum, in quibus nonnunquam ſic reperias. Sed vix ante tempora Veſpaſiani. Per ô igitur rectius, & magis ſecundum analogiam ſcribemus. Apud Græcos enim στέλλειν eſt mittere, vnde eſt ἐπιστέλλειν litteras dare, per litteras colloqui, aut aliquem de re quapiam certiorem facere, vel aliquid per litteras alteri mandare. Hinc ἐπιστολὴ & ἐπιστόλιον voces in Græca & Latina lingua vſitatæ. Notum enim illud Ouidij.

Munera tanta quidem promittit epiſtola diues. Nec non hoc Catulli. Conſcriptum hoc lachrymis mittis epiſtolium. Sic ἐπίσταλμα eſt mandatum per epiſtolam expoſitum. & ἐπιστολεὺς ipſe epiſtolæ ſcriptor. Sicuti etiam ἀντεπιστέλλω eſt per epiſtolam reſpondeo. Epiſtolam ipſam ex Græcis nonnulli definiunt, quod ſit ὁμιλία τις ἐγγράμματος πρὸς τὸν ἀπόντα γινομένη, καὶ χρειώδη σκοπὸν ἐμπεριέχουσα. id eſt, epiſtola eſt colloquium quoddam litteris conſignatum, inſtitutum, ad abſentem, & vtilem

quandam intentionem implens. Vtilem autem hanc intentionem hac ipſa epiſtola expreſſius his verbis indicat Cicero, cum ait: epiſtolæ proprium eſſe, ut is ad quem ſcribitur, de iis rebus, quas ignorat, certior fiat. vel, ut in epiſtola ad ſ
Curionem, vt certiores faceremus abſentes, ſi quid eſſet, quod eos ſcire, aut noſtra, aut ipſorum intereſſet. Sic Turpilius. Sola epiſtola res eſt, quę homines abſentes facit.

Multi nuncii] qui maximè ſunt ὠκύποδες. hic 1
accipitur pro tabellario: paulo poſt pro re nunciata. Exiſtimavi à me quoq; tibi huius moleſtiæ nuncium perferri oportere.

Fama] quæ à Græcis vocatur ὠκυπέτης. & aliàs
Aſiatici, animis cupidis in hunc nuncium intenti, 1
quoſvis obvios rumuſculos de futuro proprætore captabant. Huc illud Verg.

Fama malum quo non aliud velocius vllum.

Vbi illud inter alia quoque memorabile eſt,
quod vires, quæ aliâs inter eundum imminui ſo- 2
lent, in famæ itinere dicit augeri, *vireſque*, inquit, *acquirit eundo.*

Plaut. apud feſtum. Nullam ego rem citiorem apud homines eſſe quam famam reor. Ouid. *6.*
Faſto. 2

Rumor vt eſt velox, agitatis pervolat alis , &c.

Prop. lib. 2. *Et terram rumor tranſilit & maria.*

Fama pugnæ ad Platæam in Bœotia, eodem die, ad Grecos in Panionio prope Epheſum, inter
Cayſtrum & Mæandrum, ad Mycale promon- 3
torium, commorantes peruenit, & eos cōfirmauit.

nit. Herod. Calliope ſeu lib. 9. Sic nuncius interfecti Maximini, quarto die Aquileia Romã venit, & theatrum ingreſſus eſt: antequã v. aliquid indicaretur, omnis populus exclamavit, Maximinus occiſus eſt. Ipſe quoq; Cic. ad Att. lib. 1. ep. 14. celeritatẽ rumoris arguit, cum de hac ipſa Quincti provincia ſcribit: Aſiã Quinto ſuaviſſimo fratri obtigiſſe audiſti. Non. n. dubito, quin celerius tibi hoc rumor, quã vllius noſtrũ literę nũciarint &c.

Superatura] videlicet, procurrendo, antevertendo.

Annum tertium] Idq; contra legem Syllanam, qua cautum erat, ne quis vltra annnum provinciæ præeſſet.

Acceſſiſſe deſiderio noſtro] videlicet mutuo, quo tu in me, & ego in te deſiderando ſumus affecti. Nam vterq; ex alterius abſentia dolorem ſatis acrem priori biennio ſenſerat, cui tertium quoq; iam annum accedere, non poterant non, grauiter ferre. Amor enim, abſentis perſonæ amatæ, impatientiſſimus eſt.

Labori] Propræturæ. Siquidem honos ille Quinto admodum oneroſus erat, cum eum ſibi non quæſtui, ſed labori duceret. Quod M. quoq; Cicero, de ſuæ provincię Ciliciæ adminiſtratione ſcribit, ad Atticum lib. 5. epiſt. 2. Noli putare, mihi aliam conſolationem eſſe huius ingentis moleſtiæ, niſi quod ſpero non longiorem annua fore. hoc me ita velle multi non credunt, ex conſuetudine aliorum ſcilicet. qui quæſtus & potentiæ ſuæ cauſa provincias in multos annos retinere cupiebant; vt Cæſar Galliam. Quam

inuitus quoq; Quinctus Cicero in prouincia eſ-
ſet, patet, ex epiſt. 16. lib. 2. ad Atticum vbi Mar-
cus de Quinto ita inquit deplorat manſionem
ſuam, vt quemuis mouere poſſit.

A me quoq;] tanquam à fratre germano, qui 5
ſcilicet ante tibi ſpem maturæ deceſſionis fece-
ram.

Moleſtiæ] quem antea laborem vocauerat,
iam nominat moleſtiam, quamuis inter has ipſas
voces aliqua ſit differentia. Eſt enim ipſe labor 1
quoq; ſeu ὁ πόνος, cū niſu, cura & ſollicitudine cō-
iunctus. Sed moleſtiam definiunt λύπην μένουσαν,
ſeu ægritudinem permanentem, habet enim no-
men à mole, quod grauis ſit, & quieſcere homi-
nem non ſinat, quod germanicè dicas, eine Be= 1
ſchwerlicheit / Verdrießlicheit. Moleſtia enim à
triſtitia differre videtur, ſicut cauſa ab effectu di-
uerſa eſt. virorum autem in Repub. verſantium,
ſeu βιόν τῶν πολιτευομένων εἶναι φιλαίτιον καὶ σφαλερὸν, καὶ
καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἀγώνων καὶ κακῶν μεστὸν. Demoſthe- 2
nes quoq; dixit.

Deſperata] de ſucceſſione videlicet in hunc
annum impetranda.

Mature.] tuo nimirum tempore exacto. Ma-
turum propriè de fructibus dicitur, qui neq; cru- 2
di, neque caduci ſunt, ſed inter hæc duo interme-
dij, ſeu ὡραῖοι. Inde verbum maturare, quod eſt
neq; pigrari, neque nimium properare, ſed inter
hæc duo quiddam medium obtinere. Verg.

Frigidus agricolam ſi quando continet imber 3
Multa florent, quæ mox cœlo properanda ſere-
no Maturare datur. *Deceſ-*

Deceſſionis] è prouincia, & in vrbem reditionis.

Non ſolum] duas cauſas ponit cur fratri ſpem fecerit maturæ ex prouincia deceſſionis, quarum prior eſt opinionis & ſpei, quantumuis irritæ, jucunditas altera, ſua & prætorum contentio, quæ videretur futura non inefficax.

Iucunda opinione] paterer te duci falſo gaudio, & ſpe in tempore decedendi, & breui moleſtiis iſtis defungendi. κερδὸς δ' ἐν κακοῖς ἀγνωσία, vt Eurip. apud Stobæum loquitur: & vt Seneca ait in Thyeſte. Bonum in malis eſt, quod mala ignoras tua. Pertinet huc illud Stratoclis recitatum à Plutarcho in præceptis gerendæ reipub. qui cum ciuibus ſuis lætum partæ victoriæ nuncium falsò attuliſſet, eosque in lætitiam irritam conjeciſſet, obiurgatus eo nomine populum interrogauit, ecquid iniuriæ paſſi eſſent, qui ipſius opera totũ triduum ſuauius vixiſſent &c.

A nobis] à me M. Cicerone, videlicet apud Conſules, vt ad Senatum de prouinciarum ſortitione referrent.

Prætoribus] Prætor dictus eſt quaſi Præitor, ſiue Dux. Fuit enim prætura officium non tantũ vrbanum, ſed antiquitus etiam bellicum, vnde Græci Scriptores, Prætores Romanos vocant στρατηγοὺς. Sicuti autem conſulibus poſt adminiſtrationem conſulatus vrbani, prouinciæ conſulares decernebantur; ita prætoribus quoq; vrbanis prouinciæ prætoriæ ſorte aſſignabantur. Fuerunt autem prætores vrbani octo illis tempori-

bus, ex conſtitutione Syllæ dictatoris, quib. poſtea duos addidit. C. Iul. Cæſar. Primus in urbe prætor fuit Furius Camillus, Camilli dictatoris filius. A. V. 387. Prætori juris dicundi negotium datum eſt, & ſex lictoribus ut uteretur, permiſſum. Vnde Polybius & Plutarchus præturam ἑξαπέλεκυν vocant ἀρχὴν, id eſt, ſex ſecurium magiſtratum. Primo unus fuit prætor patricius; cui deinde alter ex plebe additus eſt: donec una cum tempore eorum numerus eouſq;, quo jam dixi, excrevit. de quo vide Faſtos Sigonii, ſub anno urbis jam indicato. Alias, qui provinciæ præeſt, græcis eſt ἔπαρχος, ἢ ἐπιγατῆς. Sicuti ἀνθύπατοι Proconſules, aut eorum legati.

Contentio] verba contendere, & contentio propriè uſurpantur, cum de re aliqua valdè laborare, & omnibus viribus conari, & eniti nos volumus oſtendere. Eſt enim contentio, urgens, importuna, & quaſi intermiſſionis expers petitio, & labor. Germanis eſſet, ein emſtendiges anhalten. Prætorum autem nemo non provinciæ alicui præeſſe cupiebat, etiamſi ſortitio provinciarum à magiſtratibus negligeretur.

Confici] finito anno ſecundo deceſſionem tibi impetrari.

Non diffiderem] ubi enim ſumma, & quidem à multis adhibetur contentio; ibi effici quoq; aliquid poſſe ſperatur: alias hujuſcemodi contentio intermitteretur.

Opibus] omnibus ſubſidiis, & auxiliis adhibitis, mit hœchſten Vermœgen. Sunt enim opes in

latina

latina lingua, quibus aliquis plurimum, valet ſive id gratia ſit, ſive potentia, ſive divitiæ, ſive clientelæ ſive amici, ſive auctoritas: quo pertinent illa in Lælio. Divitiæ ut utare, opes ut colare, honores ut laudere. Cic. epiſt. 17. lib. 1. ad Attic. putavi mihi majores quaſdam opes, & firmiora præſidia eſſe quærenda. & poſtea exponit, quales illæ opes ſint, nimirum benevolentia Pompeii, & Pompejanorum.

Studio] ſtudium græcè σπουδή: quæ Cicerone in 1. de inventione interprete, eſt aſſidua & vehemens ad aliquam rem, magna cum voluntate applicatio. μετὰ σπουδῆς, id eſt, cupide.

Proficere poſſemus] atque ita tibi ſucceſſor miſſus non ſit, ut ita tertium quoq; annum duobus prioribus accedere oporteat,

Graviter ferre] ſicuti ἀποτεύγματα ſolent. Fruſtra enim niti, nec defatigando ſeſe, quidquam efficere, votorumque ſuorum compotem fieri non poſſe, admodum grave eſt, Sicuti ex adverſo non minima felicitatis pars eſſe cenſetur, poſſe votorum ſuorum fieri compotem, maximè ſi honeſta ſint. Nam alias illud Auſonianum tenendum eſt, felicem eſſe, non qui habeat, quæ cupit, ſed qui non cupiat, quæ habeat.

Noſtros animos] ut libro quinto epiſt. 2. ad Atticum. Idem non aſſequi dedecus eſt noſtrum, noſtrum, inquam, te conjungens. Seipſum enim hic, ut tolerabilior ſit, admonitioni unæ includit. Vſitatum quoque & ponderoſum cum ſit, in exhortationibus priſtinæ virtu-

tis memoriam alicui in mentem reuocare: eam quoq; partem non negligit. Ita Mneſtheus in V. Æneid.

Nunc, nunc inſurgite remis
Hectorei ſocii, nunc illas promite vires,
Nunc animos quibus in Getulis Syrtibus uſi
Ioniog, mari, Maleæq; ſequacibus vndis.

Huc etiam illud Vlyſſis Homerici pertinet. ι λ. ρ.

Τολμήεις μοι θυμός, ἐπεὶ κακὰ πολλὰ πέπονθα
Κύμασι καὶ πολέμῳ.

Duas autem hic cauſas affert, cur hanc moleſtiã Quintus æquo animo debeat ferre: quatum prior ex eo, de quo iam dixi loco, petita eſt: altera à Quinti innocentia, ſeu potius culpæ hac in parte vacatione, quam à fratre in ſeipſum M. Cicero transfert, cauſiſque ſui conſilii allatis, meritò ſibi ignocendum arguit.

Rebus gerendis) Ratiocinatur à maiori ad minus q. d. Nos enim in arduis & grauibus rebus prudenter gerendis, & fortiter ſuſtinendis ita hactenus exercitati ſumus, ut hæc etiam leuiora & minus ardua æquo animo didicerimus tolerare. Huc illud Mimog. Fer difficilia, vt facilia leuius ferras.

Suſtinendis) tanquã onus & moleſtiam.

Frangi & debilitari) q. d. deficere, eneruari, plus æquo affligi, cruciari, & de priori induſtria aliquid remittere.

Moleſtia) qualis moleſtia eſt inuitum in loco aliquo diutius retineri, quod prioribus iſtis longè eſt leuius, & minus periculoſum. quamuis Menãdreum quoq; illud verum ſit πρᾶγμα ἐπίπονον προσδοκᾶν.

Ea

Ea moleſtiſſimè ferre] magis enim animos male ſibi conſcios percellunt mala, quæ noſtra imprudentia, temeritate, vel ſcelere nobis attraximus. Sicuti ex aduerſo. Culpa vacare maximū eſt ſolatium, & ut Plutarchus loquitur. μὴ δὲ αὐτὸν κακῶς πράττειν, φάρμακον ἀλυπίας μέγιστον.

Eſt aliquid magnis crimen abeſſe malis.

Quæ ipſorum culpa] temeritate, imprudentia, ſcelere, quæ homines malè ſibi conſcios faciunt. Nam. *Quæ venit ex merito pœna dolenda venit.*

Mihi moleſtius] qui non planè culpa vaco.

Quam tibi] qui nullius culpæ aut erroris tibi hac in parte conſcius es.

Mea culpa] qui videlicet cupiebam te quam laudatiſſimum ex prouincia redire, memoria erratorum primi anni quaſi abolita.

Contra quam] Primo enim anno finito ſtatim miſſo ſucceſſore te reuocari cupièbas: & ego hoc tibi in Aſiam proficiſcenti futurum pollicebar.

Quod ego dum ſaluti ſociorum] Tres cauſas ponit, cur fratrem poſt primum annum diutius in Aſia voluerit detineri, quarum prima eſt ſalus ſociorum; quaſi eis ex gubernatione Quinti plurimum accederet emolumenti. 2. Honor ipſius Quinti, cui rumores negociatorum, eum reuocari ex prouincia cupientium non exiguas ignominiæ maculas inurebant. 3. Gloria vbiq; communis, cui ex tam diuturna & laudabili administratione plurimum acceſſurum videbatur incrementi.

Saluti ſociorum] q.d. quorum vtilitati tu in to-

ta provinciæ adminiſtratione ſtudes, ita ut meliórem proprætorem habere vix poſſint.

Sociorum] Sub imperio Rom. aliæ urbes erant Coloniæ, quæ omnia jura civitatis Rom. omnia privilegia, ſuffragia, & honores unà cum civibus Romanis habebant. Aliæ ſociæ inter Colonias & vectigales mediæ, quæ nihil tributi numerabant, ſed Romanis quaſi fœdere junctæ unà militare cogebantur; ita ut pacis & belli participes eſſent. Neque iſtarum incolis patebat aditus ad honores, niſi peculiariter jus civitatis Rom. eſſent conſecuti. Aſiæ vectigales, quæ pecuniam conferre, & ſumptus belli ſuſtinere cogebantur, ſed ab armorum tractatione ipſi erant immunes. Ita Cyrus quoque (ut eſt apud Xenophontem pæd. Cyri libro octavo) inter ſubjectos ſibi diſcrimen obſervabat, pro ſingulorum ingenio & natura. Quos enim cenſebat dignos, qui aliis præeſſent, eos ipſe exercitatione ad hoc idoneos efficere ſtudebat, & paulatim aliis præficiebat. Quos verò deſtinabat ad ſerviendum, horum neminem incitabat ad tractationem armorum, neque arma illis permittebat: ſicuti neque alias liberorum & ingenuorum exercitationes. Interim tamen de cibo & potu, ut abunde illis proſpectũ eſſet, curabat.

Impudentiæ nonnullorum negotiatorum] præſertim Paconii & Tuſcenii, quorum ſequenti epiſtola fit mentio: qui cum inhumanius ſe à Quinto tractatos eſſe putarent; rem omnem Rom. ad Senatum detulerant: petierantq;, ut ei ſucceſſor

quam

quam primum mitteretur. M. autem Cicero, ut frater illam maculam facilius eluere poſſet, effecerat, ut provincia in unum adhuc annum illi prorogaretur: atq; ita querelis iſtorum impudentibus dicit ſe reſtitiſſe.

Gloriam augeri] primo enim anno malè au-
Id commiſerim] occaſionem dederim. (dierat.

Tertium poſſet adducere] prorogationem provinciæ in tertium annum. τὰ σκληρὰ μαλθακὸς.

Confiteor] Ignoſcere humanum eſt. ubi piget, ibi ignoſcitur. In eandem ferè ſententiam alibi ad Quintum ſic ſcribit; Huic tu epiſtolæ non fraternè ſcriptæ, fraternè debes ignoſcere.

Humanitatis tuæ] fraternæ. Inter fratres autem omnia cum ſint communia, etiam erratorum quorundam mutuam emendationem illis communem eſſe decet.

Curare & perficere] quandam laboris conſtantiam indefeſſam ſignificat. Neque enim ſatis eſt curare & facere, niſi etiam benè cœpta plenè perficias.

Minus ſapienter provis] ut ita mea imprudentia aliquid in tua ſapientia inveniat præſidii. quod ipſum quoq; facit ad animum fratris demulcendũ. plus n. ei ſapientiæ tribuit, quam ſibimetipſi.

Proviſum] quod græcis eſt προνοεῖν, in quo ſi quid neglectum ſit; ei, quæ πάντα δύναται ἡ μελέτη, rectiſſimam adhibet ἐπανόρθωσιν.

Vehementius ad omnes partes benè audiendi excitaris] ut videlicet deinceps ſine exceptione laudari poſſis. Huc pertinet illud epiſtolæ ſequentis,

quod ratio ſalusq; omnium eorum qui ad Rem-
pub. accedunt, non veritate ſolùm, ſed etiam fa-
ma nitatur.

Benè audiendi] laudem conſequendi. Eſt enim
ἥδιστον ἄκουσμα ἔπαινος. Sicuti & malè audire non tan ſ
tùm ſurdaſtri eſt, ſed etiam malæ famæ & vitupe-
rationi aliorum obnoxii: quam ſignificationẽ et-
iam apud græcos habet τὸ κακῶς ἀκούειν, quod patet
ex dicto Alexandri βασιλικόν ἐστι τὸν εὖ ποιοῦντα κακῶς
ἀκούειν. Quo & illud Ciceronis, qui erat, inquit, ſur- 1
daſter M. Craſſus, ſed aliud moleſtius, quod ma-
lè audiebat.

Excitaris] Dormienti vel ſomnolento ſtimu-
los aut faces admonendo. Verum enim eſt quod
Silius dixit. Fax gloria mentis honeſtæ eſt. 1

Non ut cum aliis] q. d. quorum nullos habes
ſuperiores. Hac autem laude planè ſingulari, ſic-
uti alibi quoque denuò moleſtiam huius admo-
nitionis, & animum fratris iracundiorem miti-
gare ſtudet. 2

Tecum certes] Non loquitur hîc propriè de il-
lo certamine & victoria, de qua agunt hi verſus.

Vince animos, iramq; tuam qui cætera vincis.

Item Bis vincit, qui ſe vincit in victoria. Sed te-
cum iam ipſe certes, inquit, q. d. cum inter om- 2
nes, qui nunc tecum viuunt, nullum virtute te
habeas ſuperiorem cum quo certare poſſis; teip-
ſum tanquam exemplar ſingulare intuere: tecũ
ipſe certa, vt deinceps etiam te ipſo indies redda-
ris melior & præſtantior, & coneris poſthàc o- 3
mnia melius & prudentius agere, quam antehac
un-

vnquam Plato Nom. α. τὸ νικᾷν αὐτὸν πασῶν νικῶν πρώτηντε καὶ ἀρίστη, τὸ δ' ἡττᾶσθαι αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ πάντων αἴσχιστόν τε ἅμα καὶ κάκιστον. Quo accommodari hæc quoque poſſunt.

Fortior eſt, qui ſe, quam qui fortiſſima vincit
Mœnia: nec virtus altius ire poteſt.

Tuam mentem] in intelligendo & prouidendo.

Curam] Sollicitudinem & ſtudium inlaborando.

Cogitationem] animi intentionem indefeſſam, in iis quæ tui officii ſunt, meditandis; & erratis, ſique ſunt, corrigendis.

Excellentem laudis cupiditatem.] Non enim vulgaribus eum virtutis inſignibus, ſine inſigni aliqua virtute vult eſſe contentum, ſed ad ſumma potius aſpirare: quæ ſi quis non aſſequatur, tamen ſtudium in re tam honeſta adhibitum, ipſum quoq; eſt laudabile

Vnus annus additus labori] A iucundo vtili & glorioſo argumentatur. Huc illa πόνου μεταλλαχθέντος, ὁ πόνος γλυκύς. Sophocles apud Stobæum: Item. Meminiſſe dulce eſt, quod durũ fuit pati, vt ait Seneca Her. fur. Tu ne cede malis, ſed contra audentior inſta, vt Verg. cui addo illud, ſi recte memini, Euripidis.

Πόνος εὐκλείας πατήρ. Item hoc, σὺν μυρίοις τὰ καλὰ γίγνεται πόνοις. Necnon Plautinum illud. Fortiter malum qui patitur, idẽ poſt patitur bonum. Sicut & Terentianum hoc, Non fit ſine periculo facinus magnum, & memorabile. Item, Feras

quod lædit, vt, quod prodeſt, perferas. Publius. *Perfer & obdura dolor hic tibi proderit olim.* Verg. Quis autem adeo molliculus eſt, vt vnius anni labore, multorum annorum lætitiam & quietem parare ſibi recuſet?

Gloriam etiam poſteris.] Teſte enim Eurip. αἱ δ' ἀρεταὶ καὶ θανοῦσι λάμπει. Eiuſque gloriam vt Simonides aiebat, οὔθ' ὁ πανδαμάτωρ ἀμαυρώσει χρόνος. Tacite autem hic ipſe locus monet, quod pridem dixerat Lucilius. Hunc laborem ſumas, laudem qui tibi, ac fructum ferat. Fruſtra enim niti, nec quidquam defatigando ſeſe, niſi odia hominum quærere, extremæ dementiæ eſt, vt ait Saluſtius.

TRACTATIO
SEV COLLOCATIO.

EXORDIVM in vniuerſum cõſtat inſinuatione, vtpote in cauſa ἀμφιδόξῳ ſeu dubia. Imperii enim prorogatio Q. Ciceroni & toti eius familiæ erat quidẽ honorifica: ſed tamen culpam fateri & deprecari non omnino turpitudine carebat. Prima eius pars habet propoſitionem conſtantem expoſitione cauſarum: deinde rationem, tum rationis approbationem, continentem enumerationem; cauſarum. Altera primo habet συγχώρησιν ſeu conceſſio-

ceſſionem & confeſſionem moleſtiæ :deinde eiuſdem ἐπανόρθωσιν ſeu correctionem: mox cõſolationem ſuis rationibus conſtantem.

Tertia cõſtat μετάβασις tranſitione & aditu ad confeſſioné & deprecationem:deinde ipſa confeſſione: tertio excuſatione facta per enumerationem cauſarum : quarto reditu ad ingenuam culpæ confeſſionem. Poſtrema ſeu quarta pars Exordii breuiter abſoluitur propoſitione hortatoria, addita eiuſdem ratione.

Rationes præceptorum ſeu loci communes.

ATque ita verba, cũ ratione tractationis primæ huius Epiſtolæ partis, explicata ſunt. Iam igitur res quoq; ipſas videamus. Quarũ cõſideratione primo ſe offert locus de laboribus & moleſtiis eorum qui aliis gubernandis præſunt. Neq; enim exiſtimandum eſt officiũ magiſtratus ſemper cum voluptate & deliciis coniunctum eſſe.

Non enim gaſtæ, neque conſularis
Submouet lictor miſeros tumultus
Mentis, & curas, laqueata circum
Tecta volantes, vt canit Horat.

Neq; tamen propterea labor hic bonis & prudentibus viris fugiendus eſt. Non enim nobis ſolis, ſed aliis quoq;, & inprimis patriæ nati ſumus, cui etiam, ſi opus ſit vitam impendere tenemur. Et quidem cum boni officia publica recuſant, aditus ad ea fit hominibus malis, magno cum totius Reipub. detrimento.

II. De magiſtratus in prouinciis prorogatione, quam olim Romæ propter honores & opes homines ambitioſi & auari vnice expetebant: moderatiores vero moleſtiſſime ferebant. Vnde oritur hæc quæſtio. An præſtet habere perpetuos, an vero annuos Magiſtratus, de quo Ariſtot. 2. politicorum agẽs, ad perpetuos, tanquam potiores, inclinat. Sicuti & Cicero hic, ſociis, & prouincialibus, mutationes proprætorum crebras parum vtiles eſſe innuit. Quo pertinet fabula ab Æſopo Samiis recitata, de vulpe & erinaceo.

III. De cupiditate laudis & gloriæ, quibus viri generoſi & μεγαλόψυχοι in adminiſtratione Reip. verſantes contẽti, præter bonam conſcientiam, nihil aliud expetunt. Nam qui præter hunc honorem aliquid ſpectant aliud, ii, teſte Ariſtotele in politicis, iniqui fere fiunt, & tyranni.

IV. De exiſtimatione & fama bona apud ſubditos conſeruanda, & ad poſteros quoque propaganda, de qua tenendum eſt illud Platonis. Minime committendum eſſe, vt eorum quæ de nobis poſteri dicturi ſunt, curam abiiciamus. Ignauiſſimi enim, inquit, & profligatiſſimi ingenii homines, nullã futuri tẽporis curã ad ſe pertinere cenſent. Optimus autem & grauiſſimus quiſque, ita omnem vitam ſuam inſtituit, vt felicem laudabilemq; ſui memoriam ad poſteros tranſmittat.

V. De conſolatione, quæ facile locum inuenit in animo bene ſibi conſcio. Cic. pro Cluentio.

tio. Si optimorum conſiliorum & factorum teſtis in omni vita nobis eſt conſcientia, ſine vllo metu, ſumma cum voluptate, viuimus.

VI. De certamine: quod homines generoſi ſecum ipſi debent ſuſcipere: ne ſemper in eodem quaſi veſtigio ſubſiſtant, quod qui faciunt, regrediuntur magis quam progrediuntur. In hoc autem certamine indies ſeipſum vincere, hoc eſt, ſeipſo meliorem fieri, victoria eſt longe omnium pulcherrima. Sic Cicero, in Cl. Oratoribus, de Hortenſio ſcribit, quod in dicendo indies ſeipſum vinceret. His alia quoque πορίσματα ex ipſo contextu petita ſubiungi poſſunt.

PORISMATA EX IPSO CONTEXTV.

I. SÆPE fit vt epiſtolas etiam fideliter curatas, alii nuntii, & ipſa fama, celeritate ſua anteuertat.

II. *Fama malum quo non alius velocius vllum*

Dum ſubito terras peruolat & maria.

In rebus reuera aduerſis, quas tamen ignoramus, optandum eſt, quam diutiſſime iucunda opinione [quamuis falſa] poſſe oblectari.

Nemo tam facilis eſt, qui diuturni ſui laboris,

ſtudii & contentionis ἀποτεύγματα non grauiter ferat.

V. Μεγαλοψυχίας eſt, præſertim maximis in rebus & gerendis, & ſuſtinendis iampridem exercitata acceſſione nouarum moleſtiarũ, non frangi animo aut debilitati. Qui enim grauiora potuit, etiam leuiora forti animo feret.

VI. Non immerito ea mala & damna moleſtiſſime hominibus ferenda ſunt, quæ ipſorũ culpa ſunt contracta. Ad ipſum enim malũ dolores vulneratæ conſcientiæ inſuper accedunt. Quæ ſi abſit, grauiſſima quæque feruntur facilius.

VII. Gloria nulla alia re magis augetur, quam ſtudio & incremento virtutis.

VIII. Ἁμαρτάνει τε καὶ σοφοῦ σοφώτερος.

IX. Quẽ pœnitet peccaſſe, pene eſt innocens.

X. Humanitatis eſt, confitentibus peccatum benigne ignoſcere. Sicuti ſapientiæ eſt, minus ſapienter ab aliis prouiſa, ſua diligentia corrigere.

XI. Non ſatis eſt aliquid curare, niſi idipſum etiam perficiatur.

XII. Φιλοτιμίας generoſæ eſt ad omnes partes bene audiendi ſeipſum vehementer excitare: eodemque omnem ſuam mentem, curam & cogitationem incitare.

XIII. Qui ſuperiorem non habet, ſecum ipſe certare debet; vt ſeipſo quotidie fiat melior. Nam

Qui non fit melior deſinit eſſe bonus.

XIIII. Animi parum firmi eſt, paucorum annorum labores ferre non poſſe: qui tamen paulo

poſt

poſt multorum annorum lætitiam ipſi, gloriam vero etiam poſteris ipſius ſunt allaturi.

VSVS ET IMITATIO.

IAm de vſu quoque & imitatione huius partis videamus. Non raro autem accidit vt homines μικρόψυχοι, ob laboris aut muneris ſui vel difficultatem vel diuturnitatem, aut etiam propter aliorum vel calumnias vel ingratitudinem, vel inuidiam in officio ſuo faciendo fiant remiſſiores & cunctantiores. Eos igitur rationibus & loquendi quoque formulis ex hac huius epiſtolæ parte deſumptis, poterimus exſtimulare. Quod nos hac epiſtola conati ſumus, qua puerorum diſciplinā, ſcholaſticæ impatientem, ad laboris & patientiæ conſtantiam hortamur. quam ex Germanica Latinam facere, Romanæ linguæ ſtudioſus, non inutiliter poterit.

Lieber Bruder/ ich vnd deine liebe Mutter hätten wol verhoffet/ daß wir deinen Vatter vberredet/ vnd dahin wolten bewogen haben/ das er dich auff künfftigen Oſtern ſolt auß ewer kinderſchul zu hauß forderen/ vnd darnach auff eine hohe Schule abgefertiget haben; Denn aller müglicher fleis hierin von vns iſt angewendet worden. Es hatt aber nichts bey jhm helffen wollen/ denn er ſagt/ er verſtehe beſſer was dir nütze ſey/ dañ wir oder du ſelbſt. Darzu vermerckt er auch auß der Cōpoſitiō deines brieffs/ das du noch ein Jahr gnugſam in ewer ſchul zu lernen

habeſt. Auff daß du alſo die angefangene Lectiones vnd exercitia außhören / vnd endigẽ/ vnd alßdañ mit großẽ ruhm vñ nutz in eine höhere Schule/ mügeſt abgeſendet werden. Dweil du dann ſieheſt/ lieber Bruder/ das dir hiemit die hoffnũg deiner jetzigen widerkunfft benommen wird/ vnd das zu den zweyen vorigen Jahren / nũ auch das dritte hinzu kompt/ wölleſtu gutwillich mit dieſem deines lieben Vatters willen friedlich ſeyn / vnd dich dieſe kleine zeit nicht verdrieſſen / auch darumb deinen muth nicht ſincken oder fallen laſſen : Sondern wolleſt viel mehr behertzt vnd gutes muths ſeyn / vnd dich befleiſſen / daß/ dasienige ſo durch vnſere fürbitt nicht hat können beym Vatter erhalten werden/ durch dein fleiſsigs ſtudiren vnd ehrbar zuchtiges leben möge erſtattet vnd verbeſſert werden.

Welches dann gewißlich geſchehen wird / wen du erſtlich durch ein tägliches gebett Gottes ſegen erlangen / auch alle deine gedancken/ ſinn / vnd muth / thun vnd laſſen darhin richten wirſt / auff daß du / nicht allein von deinen mitſchuleren vnd Magiſtris / ſonderen auch von idermenniglich ohne beding vnd vorbehalt mögeſt gelobet werden. Wenn du das alſo thun wirſt/ ſo wird dir dieſes eintzigen Jahres / fleiß / vnnd arbeit vieler Jahr freud vnd luſt/ eynbringen. Vnd wird derſelbige dein verſtand vnd geſchickligkeit nicht allein dir/ ſondern auch vnſerm gantzen geſchlecht vnd nachkom̃enen nutz vnd ruhmlich ſeyn. Vale.

Quod

Quod latine aliquis ſic, vel alio modo formulis, ex huius Epiſtolæ initio deſumptis, conuerterit.

Etſi ego, & cariſſima mater noſtra, non dubitaremus, quin patri blandiloquentia noſtra perſuaſuri eſſemus, vt te, ineũte vere, ex ſchola veſtra puerili domum reuocaret, & indè paulo poſt in Academiam aliquam celebrem ablegaret: tanta enim adhibebatur & à me, & à matre contentio, vt voti nos noſtri compotes fore non diffideremus: tandem tamen accidit, vt noſtro illo ſtudio nihil proficere poſſemus. Sanctè enim confirmat pater longe melius ſe, quam vel tu ipſe, vel nos intelligere, quid tibi, ſtudiiſque tuis vtile aut noxium ſit. Præterea ex compoſitione exercitiorum, & epiſtolarum tuarum animaduertere ſe ait, nondum te ita ſolide profeciſſe, vt plane nihil in ſchola illa tibi reſtet addiſcendum. Atque ideo conſultum ſibi videri, vt vnus adhuc annus labori illi tuo, & deſiderio noſtro mutuo addatur, vt ita lectiones, & exercitia feliciter hactenus inchoata, ad finem quoque optatum poſſis perducere: atque ita maiori cum honore, & emolumento tuo, in ſcholam aliquam regiam ſuo tempore queas commigrare. Cum igitur intelligas, mi frater, ſpem omnem reditus ad nos tui, quo te hactenus oblectaſti, hoc quidem tempore tibi præciſam eſſe: & alterum illum annum, iam etiam tertium ſecum adducere; eſt modeſtiæ, atque humanitatis tuæ, in iudicio, & voluntate hac cariſſimi patris no-

ſtri, æquo animo acquieſcere: & perexigui huius temporis moleſtia minime debilitari, aut frangi, animumue adeo tuum prorſus contrahehere aut demittere. Sed eum potius erigere & obfirmare, omnibuſque ſi quæ ſunt, moleſtiis vltro occurrere & reſiſtere: atque ita curare & perficere, vt hoc interceſſione noſtra apud parentem minus feliciter confectum, ſtudii tui diligentia, & vitæ innocuæ integritate, corrigatur, & compenſetur. Quod certo fiet, ſi benedictionem diuinam, piis, ac quotidianis precibus tibi ante omnia conciliaris: deinde, ſi omnem tuam mentem, curam, cogitationem eo incitaris, vt non tantum apud tuos condiſcipulos, & magiſtros, verum apud omnes quoque alios ſine exceptione bene audias, & lauderis. Quod quidem ſi facies, crede mihi vnus hic annus, additus diligentiæ, & labori tuo, multorum annorum lætitiam & voluptatem nobis afferet: imo etiam fiet, vt eruditio & doctrina illa tua, non tantum tibi, verum toti familiæ & poſteris quoque noſtris perhonorifica ſit, & fructuoſa. Vale.

Ad eundem modum formari ex hoc loco poterit ingenua erroris confeſſio, & culpæ commiſſæ deprecatio, qualis, exempli cauſa, hæc eſt, filii ad patrem.

OB ich wol / herr lieber Vatter / nicht zweiffelte / das gemeine geſchrey / von meiner vbertretung / oder viel mehr vngluecke

glůck wurde, dir lang auch fur meinen briefen zu den ohren kommen: in dem du von anderen erfaren wurdeſt/das ich in vneinigkeit mit meinen ſtubengeſellen / den du mir zum fleiſſigſten commendirt hatteſt/geraten were/vnd ihm lezlich ſeinē abſcheid gegeben hette: Dennoch hab ich auch durch dieſe beſondere briefe ſolchen vnluſt an dich wollen gelangen laſſen. Denn in etlichen meinen vorigen briefen / obwol albereit allerhandt / iedoch nicht gantz vnd gar vnuerſonlich mißverſtande vnter vns beyden entſtanden / warenn : ſo hab ich mich dennoch nicht anders mercken laſſen alß wen wir hinfůro auch allezeit beyeinander bleyben wurden. Vnd das nicht allein darumb das ich dich in ſolchen deinen lieblichen whon auffs allerlengeſte beluſtigen möchte / ſondern dieweil nicht allein ich ſondern auch meine Condiſcipuli vnd præceptores, es ſich mit vnſerer verſönung alſo ſaur werden lieſſen / das ich gentzlich verhoffete / das ſolcher fleis nicht vnfruchtbar abgehn / ſondern vns in kurtz widerumb miteinander vereinigen wurde. Dieweil ſich aber nu vber zuuerſicht zugetragen hat / das weder ich mit meiner demůtigen abbit / noch meine Condiſcipuli mit ihrer furbit / wie dan auch vnſeſere præceptores mit irem anſehen vnd ernſtlich vermanungen nichts bey ihm haben erhalten können: iſt es wol zuerachten, das es dich zum hefftigſten verdrieſſen werde / furnemlich dieweil es mich ſelbſt auch nicht wenig verdreuſſet. Du aber / der du biſs anhero ſo viel merckliche

ſachen verrichtet / vnd ſo viel widerwertigkeit außgeſtanden haſt / mußt vmb dieſer geringen beſchwerligkeit willen / den muth nicht gantz vnd gar ſincken vnd fallen laſſen. Eben als wen ich (nach dem dieſer mein ſtuben gſell abgeſtanden) keinen andern zuchtigen / vnd fleiſsigen beywohner bekomen könte. Dieweil vns auch das ienige zum verdrießlichſten vnd beſwerlichſten plegt anzukommen / was wir mit vnſer ſchuldt verurſachet haben: ſo ſolte mir dieſes billich viel weher thun / dann dir. Dann ich mir wider deinen rath willen vnd ſchreiben/furnemlich / durch mein eigen anſtifften vnd ſchulb diſen menſchen erwehlet vnd beigebracht hab / Vnd in dem ich meinete / das ich hiemit meine ſtudia zum beſten befortern / böſer geſelſchafft widerſtreben / vnd von ſeiner geſchicklicheit meinen fleis vnd freydigkeit vermehren wölte / hab ich doch hieran vnweiſslich gethan / das ich mit dieſer plötzlichen annemung alſo bald auch dieſe trennung vnd dieſe abſonderung verurſacht habe. Demnach ich aber dieſe meine ſund / vnd ſchuld alſo frey heraus wie du ſiheſt bekenne:ſo wills deiner weißheit vnd gutigkeit geburē/mir dieſelbige zu vorzeihen/ vnd gunſtiglich zuuerſchaffen / das das ienige/ ſo hierin durch meine vnuerſichtigkeit verſehen ſein mochte / durch deinen guten raht / weißheit/ vnd fleis widerum möge verbeſſert / vnd erſtattet werden. Darumb ich dich dann/hertzlieber Vatter/auffs aller fleißigſte/vnd inſtendigſte wil gebetten haben. Vale.

IDEM EXERCITIVM Latine.

ETſi non dubitabã, chariſſime mi pater, quin nuncium delicti, ſeu potius infortunii mei, multorum rumuſculi, fama denique ipſa, ſua celeritate eſſet ſuperatura: tuq; ante ab aliis auditurus eſſes, me in rixam cum contubernali meo, qui mihi à te accuratiſſime commendatus erat, prolapſum, nuper eum à me ſeiunxiſſe: tamen exiſtimaui à me quoque per litteras tibi moleſtiæ huius nuncium perferri oportere. Nam ſuperioribus literis non vnis, ſed pluribus, cum iam tum aliquæ inter nos offenſiones, non tamen prorſus deſperatæ, exortæ eſſent: tamen tibi ego ſpẽ continuæ cum eo manſionis, & cohabitationis afferebam. Non ſolum, vt quam diutiſſime te iucunda ſpe oblectarem; ſed etiam quia tanta adhibebatur, & à me ipſo, & à condiſcipulis, & à præceptoribus quoq; noſtris diligentia, vt in gratiam breui nos redituros non diffiderẽ. Nunc quoniã præter opinionem ita accidit, vt neque ego mea deprecatione, neque condiſcipuli ſuis precibus, neque præceptores ipſi ſua auctoritate & cohortationibus accuratiſſimis, quicquam proficere poſſent: eſt omnino difficile nõ grauiter id ferre: præſertim cum ego ipſe non exiguum, eo nomine ſentiam dolorem.

Sed tamen animum tuum, hactenus tam va-

tiis in rebus, & gerendis & ſuſtinendis exercitatum, frangi, & debilitari tantilla hac moleſtiá non oportet. Quaſi vero hoc cōtubernali amiſſo nullum alium modeſtum, & ſtudioſum adoleſcentem nanciſci queam, cui cohabitare deinceps commode poſſim. Et quoniam ferre ea moleſtiſſime homines debent, quæ ipſorum culpa contracta ſunt: eſt quiddam in hac re mihi moleſtius ferendum, quam tibi. Factum eſt enim mea culpa: contra quam tu mecum, & hinc diſcedens, & poſtea per literas egeras, vt hunc potiſſimum ſtudiorum ſocium mihi coniungerem. Quod ego, dum ſtudiis meis quam optime conſulere, dum malorum ſodalitiorum impudentiæ reſiſtere, dum meam diligentiam, & eruditionem ipſius induſtria, & doctrina augeri expeto; feci non prudenter; præſertim cum id commiſerim, vt temeraria illa, huius tam rixoſi hominis, receptio, eiuſdem quoque dimiſſionem, tam cito ſecum adducere poſſet. Quod quoniam peccatum meum eſſe, ingenue, vt vides, confiteor; eſt profecto prudentiæ atque bonitatis tuæ paternæ curare, & perficere, vt hoc minus feliciter à me prouiſum, conſilio & induſtria tua corrigatur. Idque vt facias, maiorem in modum, mi pater, à te peto, & contendo.

Vale.

PARS

PARS EPISTOLÆ ALTERA.

QVAPROPTER HOC TE PRIMVM] Incipit hic pars epiſtolę huius ſecũda, quam continere diximus admonitionem, & præcepta politica prorſus inſignia, de gerendo magiſtratu, & adminiſtranda laudabiliter prouincia.

PRÆCEPTI PRIMI PARS PRIOR & eiuſdem Analyſis.

Pars autem ea monet, qualis ipſæ prouinciæ præſes Q. Cicero eſſe debeat. nimirũ ἀνδρεῖος, magnanimus, & laborum gubernationis tolerans. Eius in hac editione initium eſt, pag. 4. ibi, vbi iam dixi. Recte autem præcepti huius primi, mẽbrũ primũ primo loco eſt collocatũ: quia vt plurimum à magiſtratu peccatur, vel μικροψυχία vel ῥᾳθυμία. Ideoque M. Cicero hæc duo vitia, quod maxime obſtare inſtituto huic ſuo viderẽtur, ante omnia cenſuit remouenda. Eius vero hæc ſententia, & ſumma eſt. Non oportet te contrahere ac demittere animum, aut pati, vt negotii magnitudine veluti obruaris: ſed potius animũ erigere debes, atq; etiã vltro occurere negotiis. Rationes

eius tres afferuntur, quæ referri poſſunt ad facile, τὸ ῥᾴδιον: & poſſibile, τὸ δύνατον. Prima petita eſt à conditione & ſtatu ipſius prouinciæ, p. 4. fere in extrema NEQVE ENIM EIVSMODI PARTEM B. eius talis eſt argumentatio.

Qui præſunt prouinciæ alicui pacatæ & tranquillæ, animo quoque tranquillo & pacato eſſe debent, imo etiam magno, & excelſo.

Tu, ô frater, præes minori Aſiæ prouinciæ iam pacatæ, & tranquillæ. Ergo tu quoque animo eſſe debes tranquillo & excelſo.

Maior probatur à comparatione belli & pacis. In prouinciis bello turbatis plurimũ fortuna poteſt, nequaquam etiam in hominis ſapientiſſimi poteſtate & manu ſita. In pacatis vero dominatur ratio, & diligentia, quam magiſtratus adhibere poſſunt & debent.

2 Altera ratio deſumpta eſt ex loco cauſarum, & remotione eorum quæ magiſtratui præcipue φοβερὰ eſſe, eiuſq; animos perturbare, ſtudiũ retardare, & conatus præclaros ſolent impedire. Incipit cap. 5. ibi, Nullas vt opinor inſidias. Eſtq; talis ratiocinatio. Magiſtratus, cui nihil terribile pertimeſcendum eſt, debet eſſe animo excelſo. Maiorem dilatat enumeratione quinq; rerũ terribilium, à quibus confirmat fratri nihil eſſe periculi. Ea ſunt, 1. inſidiæ hoſtium, 2. præliorum dimicationes. 3. defectiones ſociorũ 4. inopia ſtipendii. 5. defectus rei frumentariæ. 6. ſeditio exercitus aut ſubditorũ. Illuſtanrtur autẽ hæc pulchra ſimilitudine à rebus nauticis petita. Quẽadmo-

âdmodum enim naucleri, etiam in ſua arte eximii ſæpe vim & impetum tempeſtatum, & procellarum vincere non poſſunt: ita ſæpe fit, vt ſapientiſſimi quoq; Rerump. gubernatores fortunæ viciſſitudines, & iniurias nequeunt superare: atq; ideo animum plane abiiciant:

Minorem cõfirmat à contrario, mentione ſcilicet pacis, & ſummæ, quę tum in prouincia eſſet, tranquillitatis.

3. Tertia ratio deducta eſt ab adiũctis, ſeu circumſtantiis perſonarum p. 5. ab his verbis incipiens. CONSTAT ENIM EA PROVINCIA: & vbi ſic argumentatur.

Qui præſunt ſociis, & ſubditis humanis, & morigeris, illi animis eſſe debent intrepidis. Tu. Q. frater præes ſubditis bonis & morigeris. Intrepido igitur animo eſſe debes. Maior probatione non eget. Subditorum enim bonitatem, humanitatem & ſtudium obſequii, laborem magiſtratibus levare in confeſſo eſt: ſicuti ex aduerſo labores iiſdem augentur; cum in ſubditis eſt inhumanitas, impietas, malitia, & contumacia. Minorem probat ſufficienti diſtributione, & enumeratione eorum quibus Q. Cicero præerat: Qui omnes, inquit, ſunt aut ſocij, aut ciues Romani, & hi quidem aut publicani aut negotiatores. ſocij autem non futuri videbantur Quincto moleſti, quia erant omnium humaniſſimi: neque etiam publicani homines eiuſdem cum Ciceronibus ordinis, nimirum equeſtris; atq; ita ſumma ipſis neceſſitudine devincti, neq; negotiatores,

qui conſulatus M. Ciceronis, in quo Catilina oppreſſus eſt beneficio, incolumes ſe fortunas ſuas habere arbitrabantur.

VERBORVM DECLARATIO.

Q*Vapropter*] quoniam hic fructus longè pulcherrimus præſentis ſcilicet temporis lætitia, & ad poſteros gloria tibi propoſitus eſt; ſis, videlicet, animo forti & excelſo.

Contrahas] Metaphora petita à velificatione, quæ fit vẽtis admodum ſecundis. De qua & Horatius præcipit.

Contrahas vento nimium ſecundo Turgida vela.

Contrahas ac demittas] Ex ſententia Malaſpinæ τὸ erigas, oppoſitum eſt verbo contrahas. qui enim erigit animum, is obſiſtit eius contractioni. τὸ reſiſtas, verbo demittas. Qui enim inſiſtit & contra quaſi inſurgit is animum non patitur demitti. Sanè contractio animi ac demiſſio, diuerſæ affectiones ſunt, quarũ poſterior ex priore naſcitur: vtraq; ex timore, aut diffidentia. Tum enim manus damus & ſuccumbimus, cum diffidimus. Marcus vero Quinctum vult, non modo, non ſuccumbere negotiorum magnitudini; ſed iis etiam reſiſtere, atq; vltrò occurrere. In Lælio diffundere: & contrahere opponuntur: cum virtus, inquit, ex bonis amici quaſi diffunditur, & incõmodis contrahitur.

Aut demittas) Vt nimis ſit ταπεινὸς vel humilis. ταπεινὸν enim grammatici dictum volunt quaſi ἐ-

δάφινον

δάφενον. Sicuti humilis Latinè ab humo dicitur. Demiſſum autem eundē cum humili eſſe docet illud Ciceronis ex V. Tuſculana: Non eſt auſus elatè & amplè loqui, cū humiliter demiſſeq; ſentiret. Animum demittere, & lætitia ſe efferre opponuntur à Cicerone in V. de Finibus. Vbi ſi vincunt, inquit, efferunt ſe lætitia: Victi debilitantur, animoſque demittunt. Cum autem reſpubl. ſimilis ſit naui, eleganter cum naucleris conferri poſſunt magiſtratus; cum procellis, tempeſtatibus & fluctibus marinis, ipſius reipubl. labores, tumultus, ſeditiones. Vide Od. 14. lib. 1. Carm. Horat. vbi continua, à rebus nauticis petita allegoria, Brutum à bello ciuili dehortatur.

Neue te obrui] Vt nauis in tempeſtate, & naufragio fluctibus obruitur.

Contra erigas] Vt palma oneri impoſito contra nititur.

Vltro] Cum quodam animi prolubio. Ex ſententia autem Plauti, in re mala, animo ſi bono vtare, adiuuat.

Vltro occuras] Tales autē ciues publice & priuatim optimos & præſtantiſſimos eſſe, etiā Thucydides indicat lib. 2. οἵτινες πρὸς τὰς ξυμφορὰς γνώμῃ μὲν ἥκιστα λυποῦνται, ἔργῳ δὲ μάλιστα ἀντέχουσι, οὗτοι καὶ πόλεων καὶ ἰδιωτῶν κράτιστοί εἰσι. Dici etiā poſſunt ii occurrere negotiis, qui prudēter cauſas delictorū & turbatū præcidūt, atq; ita magiſtratib. negotia minuūt. Vt paterfam. ſi neminē domi ſuæ otioſū eſſe ſinat, multis delictis & moleſtiis occaſio-

nem ſuſtulerit. Sunt autem hæ metaphoræ, vt dixi, petitæ à velificatione, in qua vela iam attollũtur, iam demittuntur, & contrahuntur, iam navis fluctibus obruitur, iam contra eos ſe iterum erigit, & per eos quaſi diviſos curſum ſuum continuat, iisq violentius incurrentibus occurrit. Saluſtius inquit, maximo imperio maximam curam ineſſe. Et Seneca de magiſtratu. Omniũ ſomnos illius vigilantia defendit: omnium otium illius labor: omnium delicias illius induſtria, omniũ vocationem illius occupatio. Ideo remiſſum aliquãdo animum habebit, nunquam ſolutum.

Neq enim eiuſmodi] Argumentatio à facili & tuto. Magiſtratuum autem gubernatio incidebat vel in provincias bello turbatas, aut domandas; vel in provincias tranquillas, & pacatas, quarum illa tota ferè à fortuna pendere, ethnicis, credebatur: hæc vero à prudentia & moderatione rectoris, ita vt plurimum in ea poſſet, ὁ λόγος, ἢ ἡ μελέτη.

Fortuna dominetur] Cui videl. animo & prudẽtia reſiſti non poteſt. Fortuna autem in nullius hominis ſita eſt poteſtate, eandẽq; de ſeipſo præſtare nemo poteſt, vt loquitur Cicero pro L. Manilia. Hęc autem de dominis fortunæ, ſapiũt philoſophiam Epicuri, tollentis providentiam divinam: quam tamen ad minutiſſima quoque ſe extendere, diſcimus ex monumentis ſacrarum literarum. Si enim neq; pilus de capite neq; paſſerculus de tecto decidit ſine voluntate patris cœleſtis: quanto magis tota aliqua regio, in qua innumera

mera hominum multitudo eſt, Deo curæ erit, & in bellis quoq; nihil accidere fortuitò poteſt. Sed hæc miſeris illis fuere ignota: quamvis Iuvenalis Sat. 10. nimis confidenter dixerit:

Nullum numen abeſt ſi ſit prudentia: ſed nos,
Te facimus fortunā deam, cœloq; locamus.

Item Sat. 13. *Victrix fortunæ ſapientia.*

Et Seneca in Medea, Fortuna opes auferre, nō animum poteſt. Et Alcmæon apud Plutarchū de fortuna P. R. τὴν τύχην εὐνομίας καὶ πειθοῦς ἀδελφὴν καὶ προμηθείας θυγατέρα nominat. Cum quo congruit illud Publij. Sapiens ſuis fortunam fingit morib. Fortuna nulli plus quam cōſilium valet. & quod Plautus in Trinum. Sapiens quidem pol ipſe fingit fortunam ſibi. Et illud in 4. ad Herennium. Ei non multū poteſt obeſſe fortuna, qui ſibi firmius in virtute, quam in caſu præſidium collocavit. Nec tamen defuerunt, vt Cicero ex Theophraſto citat, qui ipſam etiam hominis prudentiam & cōſilium fortunæ ſubiicerent hoc verſu: vitam regit fortuna non ſapientia. In primis autem τὰ τοῦ πολέμου, τυχὴν eſſe paſſim omnes inculcant. Senec. in Thebaide. Fortuna belli ſemper ancipiti eſt loco. Silius, Incerti fallax fiducia Martis. Et Livius Dec. 3. lib. 10. Nuſquam minus quam in bello eventus reſpondent. Item Dec. 5. l. 2. Martem communē eſſe, & eventum incertum belli. Thucyd. β. ἄδηλα τὰ τῶν πολέμων, καὶ ἐξ ὀλίγου πολλά. Pro Milone. Adde incertos exitus pugnarum, Martemq; cōmunem, qui ſæpe ſpoliantem iam & exultantem evertit. Quibus verbis alluſere ad illud Homeri

κοινὸς ἐνυάλιος καὶ τὸν κτείνοντα κατέκτα. In epiſtolis ad Atticum lib. 1. Nemini eſt exploratum, cum ad arma ventum eſt, quid futurum ſit. Qui igitur his opinionibus imbuti fuere, iis fortuna non potuit non eſſe formidabilis.

Prorogatum imperium] videlicet militare. Alibi etiam pro togata prouinciæ adminiſtratione accipitur. de ipſa hac voce hæc in genere habet Cicero in II. Agraria. Graue eſt nomen imperij: atq; id etiam in leui perſona pertimeſcitur, propterea, quod P. R. non ſuo nomine, cum hinc egreſſi ſunt, abutuntur.

Tremerem animo] Terrore & formidine correptus. Tremor enim propriè eſt corporis Virg.

Nonne vides, vt tota tremor pertentet equarum
Corpora. Cic. 4 Tuſc. Pudorem rubor, terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus conſequitur.

Nullas inſidias hoſtium] Vt maiorem vim habeat, & inuidentior fiat oratio, totũ in ſuas partes diuidit: qui modus amplificandi ſtudioſis artis dicendi, notus eſt. Dixerat antea, nullum in prouincia Quinti bellum eſſe: idipſum iam dicit oratione copioſiore, qua ea continentur, quę in bello Imperatoribus maximè grauia & formidabilia euenire ſolent, qualia ſunt: 1. Inſidiæ hoſtium. 2. Dimicatio prælij. 3. Defectio ſociorum. 4. Inopia ſtipendij 5. Defectus rei frumentariæ. 6. Seditio exercitus. Res autem hoc modo quaſi in partes diſſectæ maiores videntur, quam ſi integrè vno intuitu ſpectarentur, aut audirentur, vt ſi dicam

eam vrbem capi, dirui muros, incendi domos, ſpoliari fana, rapi matres & virgines, libetos in ſeruitutem abripi, viros ſenes & anus interfici, lamentatione, & eiulatione omnia cōpleri, id inquam, deductū, plus eſt, quam ſi bellum ſolummodo nominem, cui tamen hæc omnia nihilominus vna inſunt.

Tum autem temporis, Aſia, poſt bellum Mithridaticum virtute Pompei confectum, nō modo pacata; verum etiam tribus aliis prouinciis, quaſi propugnaculis cincta erat, quod Cicero de prouinc. conſularibus apertè teſtatur.

Rei frumentariæ] Eodem modo dicitur res literaria, naualis, pecuaria, militaris, vxoria, familiaris, paſtoritia, apiaria, pecuniaria, nummaria.

Seditionem exercitus] Omnia, quæ hactenus enumerata ſunt, eo ſpectāt, vt Quintus videat ſibi neq; bellum, ſed ne belli quidem metum, aut ſuſpicionem minimam formidabilem eſſe debere. στάσιν & πόλεμον. Plato. V. de republ. ita diſtinguit, vt illa ſit ἐπὶ τῶν οἰκείων, iſtud ἐπὶ τῶν ἀλλοτρίων.

Gubernatores optimi) Id eſt artis ſuæ peritiſſimi. Redit autem ad Metaphoras nauticas. Sicuti nauicularius etiam artis ſuæ peritiſſimus, ſæpe propter ventorum rabiem & tempeſtatem ac fluctuum vehementiam gubernaculum relinquere, & nauim procellis committere, nolens, volens, cogitur: ita gubernatores rerumpubl. quamuis ſapientiſſimi; tanto nonnunquam rerum aduerſarum cumulo obruuntur, vt clauum reipublicæ ſuæ, etiam inuiti relinquere

çogantur. Verbũ autem gubernare originę Græcum ęſt deductum à verbo κυβερνάω, i. guberno, navem rego: vnde κυβερνήτης gubernator, & κυβέρνησις gubernatio. Herodian. dixit. τὸν δρόμον τῶν ἵππων κυβερνᾶν.

Summa pax] De qua itidẽ, in oratione de provinciis conſularibus. nulla gens eſt, quæ non aut ita ſubacta ſit, vt vix extet; aut ita domita, vt quieſcat; aut ita pacata, vt victoria noſtra imperioq; lætetur.

Dormientem obruere] Securus enim imperator aut rex, & ab omni officio ceſſans, etiam in ſumma tranquillitate poteſt everti. Sicuti naves nonnunquam repentino turbine, velis expanſis, quæ ita cito contrahi non poſſunt, exorto nihil minus expectantibus vectorib. ſubito evertuntur. Eſt igitur etiam in ſumma tranquillitate & ſerenitate vigilãdum. Et quod Cicero ex poëta antiquo retulit: vigilãdum eſt ſemper, multæ inſidiæ ſunt bonis. Lucem autem peculiarem huic loco affert narratio de Palinuro; in fine Quinti Æneid. ubi ſomnus, áſſumptâ imagine Phorbantis, his alloquitur Palinurum:

Iaſide Palinure ferunt ipſa æquora claſſem,
Æquatæ ſpirant auræ, datur hora quieti.
Pone caput, feſſoſq; oculos furare labori.
Ipſe ego pauliſper pro te tua munera inibo.

Cui iterum Palinurus.

Mene ſalis placidi vultum, fluctuſq; quietos
Ignorare iubes? mene huic confidere monſtro?
Iam cœli toties deceptum fraude ſereni.

Poſt-

Poſtquam vero rore letheo aſperſus tandem obdormiſcit Palinurus.

Vix primos inopina quies laxauerat artus,
Et ſuper incumbens, cum puppis parte reuulſa
Cumq; gubernaclo liquidas proiecit in vndas
Præcipitem, ac ſocios nequicquam ſæpè vocantē.

Poſtea Æneas caſu Palinuri cognito his eum deplorat.

O nimium cœlo & pelago confiſe ſereno,
Nudus in ignota Palinure iacebis arena.

Quæ omnia eo pertinent, ut gubernatori etiam in rebus maximè ſecundis conſtituto, vigilantia commendetur.

Vigilantem] accuratum, & in præſtando officio ſedulum.

Delectare] ratione pacis & tranquillitatis. Si enim, ut Alexander dixit, καλὸν θέαμα ἐστὶν εὖ πράττων φίλος: quanto magis bono gubernatori nullum ſpectaculum accidere poterit iucundius, quam ſi totam ſuam Rempubl. aſpiciat florentē. Scitum etiam & ab hoc loco non alienum eſt, illud; ἡδεῖα ὄψις πιστὸς ἐν κακοῖς ἀνήρ, κρείσσων γαλήνης ναυτίλοισιν εἰσορᾶν. Comparat enim interuentum fidi amici, in rebus aduerſis, ſerenitati & trāquillitati maris, poſt grauem aliquam tempeſtatem ingruenti, quorum utroq; nihil eſt delectabilius.

Ex eo genere ſociorum] Subditi Quinti Ciceronis in minori Aſia, erant in duplici differentia: aut enim erant ſocii populi Romani, hoc eſt ipſius Aſiæ incolæ, quos alibi græcos & prouinciales nominabit. Alii ciues Romani in Aſia com-

mercia ſua habentes: & hi iterum erant, aut negotiatores in mercatura & fœnore exercendo occupati, aut publicani, vectig. exigendis dediti.

Humaniſſimum] vtpote non tantùm ratione φιλανθρωπίας, ſed literarum quoque græcarum quibus erãt exculti: & à quibus ad alios peruenerat humanitas. vt poſtea dicit. Innuit igitur cum ſint homines humaniſſimi, eos etiam fore tractabiles, & honeſtis rationibus vltro obſequentes. Sicuti autem Europæorum acritas, Africa- 1
norumq; perfidia: ita Aſianorum luxus & mollities, quæ humanitatis quaſi degenerantis & modum excedentis indicia ſunt, hiſtoriis & ore vulgi celebrantur. Infra autem hac ipſa epiſtola Afros, Hiſpanos, & Gallos vocat nationes, immanes & 1
barbaras.

Publicani] Conſuetudo Romæ fuit, vt cenſores ſingulis luſtris vectigalia pop. Rom. locarent: ad quæ conducenda equeſtris tantum ordinis homines admittebantur. In quo ipſo multæ & 2
diuerſæ ſocietates erant, quæ pecuniis & opibus ſuis coniunctis, antequam vectigalia prouinciæ alicuius conducerent prædibus & prædiis Reipubl. de ſumma certa, ex aliqua prouincia, certo tempore ſoluenda, cauere cogebantur. Vecti- 2
galia autem ſiue tributa pop. Rom. triplicia erant I. Portoria, græcè τέλη: vnde publicani τελῶναι, quæ in portubus ad mare aut flumina erant: conſiſtebantq; in negotiatorum rebus venalibus aut promercalibus æſtimandis. quod ipſum qui faci- 3
ebant & exigebant portitores vocabantur. II. Decumæ, quæ ex agris colligebantur habentes

nomen à reipſa: quia decimam partem frumenti aratores, Pop. Rom. debebant: quod ipſum frumentum decumanum: & eius exactores, Decumani quoq; dicebantur. III. Prouentus ex ſyluis & paſcuis publicis, pro pecore in iis paſcente. quos ipſos colligentes, pecuarii, appellabantur. Portitorum autem eſt pecuariorũ ratio, ſcriptura: & id vectigal deſcribentes aut colligentes magiſtri quoq; ſcripturæ vel ſcriptuarii nominabantur. Omnium trium meminit Cicero in Maniliana his verbis. Neq; ex portu, neq; ex decumis, neque ex ſcriptura vectigal conſeruari poteſt. Hæc verò vectigalia omnia ſuo periculo de cenſorib. redempta, quia ſociis exigebant, aut exigi curabant per ſuos, & certam inde ſummam Reipub. repræſentabant, [ſuis tamen interim in redemptione & exactione commodis, quod intelligitur, non neglectis] eo quod publicum curare, & ſuam pecuniã in uſus publicos impendere viderentur, vocabulo ſanè honeſto, publicani antiquitus dicti ſunt. quod ipſum tamen nomen propter eorum auaritiam & rapinas plurimum poſtea, præſertim apud Prouinciales, contraxit infamiæ. Teſtatur id hiſtoria Euangelica, in qua publicanis peccatores ferè adiunguntur. Erant enim hi peccatores publicanorũ ſocii & miniſtri, qui Iudæa in formam prouinciæ redacta, operam ſuam Romanis ad exactionem vectigalium tributorum, & per conſequens ad oppreſſionem libertatis publicæ locabant, & ideo à reliquis Iudæis peccatores, quaſi ſcelerate perditi, vocabantur. Publicanorum principes quoq; Mancipes ſunt vocati

quid à populo emit conducitve, qui manu ſublata ſignificat, ſe auctorem emptionis eſſe, ſic dictus quod manu capiat. Præterea ipſis etiam publicanis, à provinciis, quarum vectigalia percipiebant, variæ appellationes ſunt tributæ, ut alii Aſiani, alii Africani, alii aliter nominarentur. vide Aſconium in diuinatione. & Cic. epiſt. 15. lib. 1. ad Atticum. Quod autem hic Cicero ſuæ cum publicanis neceſſitudinis meminit, id primo ratione ordinis equeſtris factum eſt, qui Ciceronibus cum publicanis communis erat: deinde ratione patrocinii & defenſionis, quam ordo equeſtris pro Cicerone conſule, & ipſe Cicero pro ordine equeſtri ſæpiſſimè, & præſertim publicis malè conſtitutis, in ſenatu ſuſcèpit. Inprimis autem huc pertinent ea, quæ in oratione pro Plancio inter alia leguntur, ubi Flos, inquit, equitum Romanorum, ornamentum ciuitatis, firmamentum Reipubl. publicanorum ordine continetur. Nec non in Maniliana. Si vectigalia neruos eſſe Reipubl. ſemper diximus, eum certè ordinem, qui exercet illa, firmamentum cæterorum ordinum, rectè dicemus. Quod autem ordo ille apud Iudæos, ut dixi, tanto odio & infamia flagrauit, cauſa etiam hæc fuit, quod nihil magis indignum putabant, quam antea liberrimos, iam ſub jugo Romanorum eſſe vectigales, ſeu tributarios, atque ideo publicanos, ſeruitutis illius exercendæ adminiſtros, ferre nō poterant. Nunc miro quodam Dei indicio factum eſt, ut publicanorum nonnullis in regnum Dei ingreſſis, ipſi Iudæi hodie

die inter Turcas ſint publicani.

Nos] qui ipſi quoque equites Romani ſumus, & ordinis equeſtris patroni.

Neceſſitudine] Neceſſitudo capitur pro vinculo quodam à natura nobis injecto, quód neceſſe eſt ſeruare, niſi ab ipſa natura velimus deficere: tale vinculum eſt inter fratres, conſanguineos, affines, tribules, patronos, clientes, benefactores & beneficiarios aliosque intimos amicos præſertim ejuſdem familiæ, ordinis & officii. in quos præter cæteros neceſſaria officia conferuntur, & qui alias mutuis beneficiis quaſi neceſſariò inter ſe deuincti ſunt. Hi & Feſto ſunt neceſſarii, & græcis ἀναγκαῖοι. Iſocrat. ὅσοι μηδ' ὄνομα συγγενείας ἔχοντες οἰκειοτέρους σφᾶς αὐτοὺς ἐν ταῖς συμφοραῖς τῶν ἀναγκαίων παρέσχον. Apud Herodotum quoq; ſubſtantivè ἀναγκαίης ἰσχυρῆς, ſit mentio. Sic enim in Clione ἄνευ γὰρ ἀναγκαίης ἰσχυρῆς συμβάσιες ἰσχυραὶ οὐκ ἐθέλουσι συμμένειν, pro firma neceſſitudine.

Negociantur]. Negotiatores intelligit mercibus importandis & exportandis, item collybo & uſuris exercendis occupatos.

Locupletes] Hi propriè dicuntur, qui locis, i. agris & fundis abundant, ſeu qui poſſident latifundia: inde fit, ut poſtea de aliis quoque diuitiis vox hæc uſurpetur. Optima enim & certiſſima eſt, fertilibus fundata pecunia villis.

Noſtri conſulatus] In quo Catilina cum ſuis ſociis fortunis opulentorum imminens, oppreſſus eſt, & direptiones ac χρεοκοπίαι, ſeu, ut Cicero alibi nominat χρεῶν ἀποκοπαί, id eſt, novæ tabulæ &

ſcriptiones opulentorum impeditæ: atque ita ſua bona omnibus conſeruata, & commercia ipſa non ſunt interrupta. Prō quo beneficio publico, merito ſibi ſuiſq; gratiam deberi M. Cicero arbitrabatur. quamuis in eius etiam intempeſtiua celebratione nimis creber eſſe videretur.

TRACTATIO SEV COLLOCATIO.

PRopoſitio huius partis conſtat non προτροπῇ, cohortatione, non ἐπιταγῇ, mandato, ſed ἀξιώσει, precatiòne. Rogat enim fratrem M. Cicerò, ne animum contrahat. Quæ orationis forma tenenda eſt, cum aliquid quod vel viſu, vel auditu ingratum fore videtur, eſt proponendum: vel quando is, quò cum agimus bonarum admonitionum eſt impatiens. Altera pars tractationis eſt εὐθείας, ſeu directæ. quò enim loco & ordine præceptum propoſuit, eodem & confirmat & illuſtrat: quæ ratio maximè iis, qui aliquid docere volunt, accommoda eſt. Tertia ἦθος habet conueniens viris prudentibus, cum loquuntur de rebus futuris, quarum non eſt determinata veritas. Itaq; eiuſcemodi προθεσμοὶ, diuinationes, καὶ προρρήσεις, prædictiones cautè ſunt proponendæ, & quidem cum aliquo ἐνδοιασμῷ, ſeu particulis dubitationem ſignificantibus, quales hic ſunt, ut opinor, & alibi, niſi fallor. Qui enim de iis certò aliquid aſſerere audent, ſuſpicionem temeritatis & ſtultitiæ vix effugiunt.

Quæ

Quarto notanda eſt γοργότης καὶ μεσότης, ſeu orationis velocitas & denſitas, αὔξησις ſeu amplificationi ſeruiens. Breuiter enim & celeriter omnia, quæ magiſtratui occurrunt φοβερὰ, omnia item hominum genera quibus frater in Aſia præerat, percurrit. Cui parti ſimul inſunt συναθροισμοί, conglobationes, ἐπαναφοραὶ, iterationes, item ἄλυτα, diſſoluta.

Quinto obſeruanda eſt concinna & decora ratio περιαυτολογίας. Non enim ipſe beneficia conſulatus ſui commendat, ſed id fieri oſtendit à negotiatoribus Aſiaticis, qui inter alios, à Plutarcho peculiari libro indicatos, modus eſt ſeipſum ſine aliorum offenſione & inuidia laudandi.

RATIONES PRÆCEPTORVM.

IAm quantum ad res quoque ipſas ſpectat, primo obſeruandus eſt locus de conſtantia & magnitudine animi, in perferendis, officii cuiuſcunque, laboribus: ne quis vel ob magnitudinem & multitudinem negotiorum animum deiiciat, vel iis ſe tanquam fluctu obrui ſinat, ſed potius vltro iis occurrat: memor illius Virgiliani. *Tu ne cede malis*, ſed contra audentior ito. Magiſtratus enim ignauia & μικροψυχία ſubditis nocet, & ipſos perdit magiſtratus. Quam ob cauſam Traianus imperator dicebat, Tyran-

nos quietem quærere, principes verò bonos, laboribus deditos pro communi ſalute vigilare. Sicuti Plato quoque 3. de Republ. Magiſtratus comparat canibus, qui & inſomnes ſunt, & acutiſſimè vident & audiunt. Et reprehenditur hoc nomine Tiberius Imp. quòd continuò poſt arreptum imperium biennio pedem porta non extuliſſet. nec non Sergius Galba, qui antè imperium diligens fuerat, & accepto eo totum ſe tradiderat ignaviæ.

II. Sicut in agricultura non ſatis eſt lappas, & alias herbas inutiles ex ſegetibus evellere, & comburere, niſi etiam ager paulatim ita præparetur, ut hujuſmodi zizaniis locus relinquatur nullus: ita boni & prudentis magiſtratus eſt, non tantum lites ſubditorum dirimere, & ſceleratos punire; verum ita quoque negotiis, & ſcelerum occaſionib. occurrere, ut utraque paulatim magis magisque minuantur, nec tam crebris animadverſionibus & ſuppliciis opus ſit.

III. De duplici Reipubl. ſtatu, pacato nimirum & turbulento: in quorum illa plurimum poteſt gubernatoris ratio, diligentia, virtus, animi moderatio: in hoc autem dominari videtur fortuna.

IV. De iis quæ etiam ſapientibus in Repub. gubernatoribus ſunt terribilia, & honeſtis eorũ conatibus adverſa, quæ ſunt inſidiæ, prælia, defectiones ſubditorum, inopia ſtipendii, penuria frumenti, ſeditiones, &c.

V. De benevolentia ſubditorum, præ metu, à

ma-

magiſtratu expetenda. quo nomine in prima Philippica reprehenditur Antonius, quod verum ad gloriam iter ignoraret, malens ſcilicet metui; quàm amari. Sicuti neq; diuturnum eſſe poteſt id imperium quod metu, non beneuolentia ſubditorum continetur. Eſt enim, ut Cyrus moriens Silios monet, benevolentia ſubditorum, regni ſceptrum firmiſſimum. Et Antigonus inexpugnabile principum munimentum eſſe dixit, ſubditorum amorem & beneuolentiam.

V. De vitanda à magiſtratibus negligentia & ſecuritate: plerumq; in rebus ſecundis, obrepente. cum, ut Q. Curtius lib. 9. inquit, rarò quis ergà bona ſua cautus ſit. Quocirca & illud Homericum hic eſt tenendum, οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα:

VI. De ſpectaculo bonis gubernatorib. longè omnium jucundiſſimo, quod eſt ſubditorum & reipubl: ſuæ pax, tranquillitas & felicitas. Sicuti etiam bono præceptori nullum ſpectaculum eſt optabilius, quam ſi auditores ſuos videat in pietate, modeſtia, bonis moribus, & eruditione indies quamplurimum proficere. Sicuti ex adverſo, nullum eidem θέαμα eſt acerbius, quam ſi eoſdem videat impios, ſuperbos, immodeſtos, malè moratos, in luto ignorantiæ perpetuo hærentes, & bonis admonitionibus ac doctrinis refractarios. Quorum nonnulla etiam in declaratione verborum attigimus.

ΠΟΡΙΣΜΑΤΑ
ex contextu.

1. Boni magiſtratus eſt negotiis non cedere, aut iiſdem obrui, ſed contra ea animum erigere, iiſque vltro occurere. Non enim ſatis eſt vrgentia negotia probe expedire, niſi etiá eorum numerus & moles paulatim prudenter minuatur. quod etiam in occaſionibus peccatorum, & ea comitantibus ſuppliciis maturè avertendis, locum habet

2. Bellum magnum & pericuioſum adminiſtranti, non mirum eſt admodum gravem eſſe, imperii prorogationem. Nemo enim tam eſt animoſus, qui prælium initurus, non aliquo modo trepidet.

3. Quæ à noſtra ratione, diligentia, virtute, & moderatione pendent, faciliora videntur iis, quæ pendent à ſola fortuna.

4. *Περὶ τῶν ἀδήλων ἐπέχειν ἀσφαλές τε καὶ ἀναγκαῖον*, ut dixit Philo.

5. Quemadmodum ſæpè ſit, ut optimi quoque gubernatores vim tempeſtatis vincere non poſſint: ita optimi quoque principes, ſæpe eiuſmodi caſibus & difficultatibus implicantur, ut fortunæ adverſæ impetum nequeant ſuperare.

6. In homines humanos, & neceſſitudine ac beneficiis magiſtratui devinctos, facilius imperium eſt, quam barbaros & alienos.

7. Negotiatores nihil ferè aliud ſpectant, quã ut lo-

... ... ſiant, & fortunas ſuas habeant incolumes.

VSVS ET IMITATIO.

Vſus huius partis, ſi imitatione aliqua exprimenda ſit, erit, cum alicuius animus propter magnitudinem & multitudinem laborum officii ſui demiſſus, & fractus erit erigendus, & ad conſtantiam & fortitudinem excitandus. Quod nos, fidi juventutis ſcholaſticæ moderatoris laboribus, & moleſtiis, huncin modum accommodare ſumus conati.

DEinen Brieff/ in welchen du zum hefftigſten vber allerley Arbeit vnd Beſchwerungen deines Schulregiments klageſt / hab ich am XIII. Novemb. zu Bremen wol empfangen/ vnd denſelbẽ auch nicht one hertzlich mitleidẽ verleſen. Denn ich der Schulhendel vnd geſchefft nicht vnerfahren bin/ dz ich nicht wiſſen ſolte/ was dieſelbẽ für mühe vnd arbeit mit ſich bringẽ. Aber nicht deſto weniger ſag ich darneben/ dz dieſelben dennoch alſo geſchaffen ſeyn/ das ſie billich nicht gantz vñ gar für vnleitlich oder vntreglich ſollen vñ können gehalten werden/ ſonderlich wenn die operæ vnter alle collegas recht vnd bequem außgetheylet/ vnd alß dann mit vernunfft vnd vorſichtigkeit einhelliglich angefangen vnd verrichtet werdẽ. Vermane dich derwegen anfenglich / daß du für deine Perſon / allein nicht mehr arbeit auff dich nemeſt / dann du nachmals

ertragen könneſt/ ſondern das du die Schularbeit vnter deine Collegas vernünfftiglich vnd ordentlich durch alle claſſes außteileſt / doch alſo / das du nicht das geringſte Theyl von derſelbigen ſelbſt annemeſt / vnd zu dem oder die oberſte Auffſicht vber ſie behalteſt / vnd zu gleich mit gebürlicher freundligkeit vnd ernſt anhalteſt / das ſie jhr befohlenes Ampt fleiſſig vnnd trewlich verrichten mögen / vnd wirſt du jhnen ſelbſt in ſolcher Arbeit vnd fleiß
allezeit mit einem guten exempel vorgehen. Wenn 1
das alſo geſchehen wird / ſo wirſtu in der That erfahren/ das dich allgemählich dieſes dein Schulregiment deſto leichter ankommen wird. Solt dennoch von wegen deß beſchwerlichen Anfangs/
deinen Muth nicht gantz vnd gar ſincken vnnd 1
fallen / oder dich durch die Laſt dieſes beſchwerlichen Ampts / gleich alß mit einem Blut vberweltigen / vnd vberſchulten laſſen / ſonder denſelbigen viel mehr dargegen auffrichten vnnd obgemelter
Arbeyt entgegen gehen / vnd wiederſtand thun. 2
Dann es kan viel Vngelegenheit / Vnluſt vnd Zanck zeitlich abgewendet werden / wenn man jungen Leuten keine Gelegenheit zu ſündigen vbrig leſſet / vnd ſonderlich / wenn mann jhnen allzeit
etwas guts zu thun verſchaffet / auff daß ſie durch 2
Müſſigang böſes zu thun / nicht Vrſach vnd Anlaß habe. Sintemal durch Müſſigang ſchier jederman zu böſen Thaten angereitzet vnd getrieben werd. So verhoffe ich doch gentzlich /
das die weitberümbte Schul / die dir zu regieren 3
befohlen iſt / noch nicht alſo gantz vnd gar beſchediget

diget vnd verdorben ſey/das in derſelben die Boß-heit vnd der Mutwille/ die vberhand ſolte genom-men haben / alſo auch das durchauß kein Anzei-gung der vorigen Diſciplin/ Zucht / vnd Erbar-keit/ ſollen vbrich vnd zu ſpůren ſeyn. Vnd zwar/ wenn ich wůſte / das du jetziger Zeit / vnd bey ſo verdorbner / ruchloſer Jugend eine Schul anzu-richten/ willen wereſt/vnd das dir bald im anfang deſſelbigen Fürhabens ſolche vnd dergleich Ver-hinderung vnd Beſchwerligkeit fůrkemen / wůrd ich darůber erſchrecken / vnd mich beſorgen / das ſo ein bőſer vnd vnglückhafftiger Anfang / auch einen bőſen Fortgang / Mittel vnd Ende mit ſich bringen wůrde. Nun iſt dir aber das Regiment vber ſolche Schule befohlen / darein biß anhero die vbermeſſige licentz / vnd ſchädliche Freyheit/ keinen raum gehabt / vnd in welcher durch deine Weißheit / Geſchickligkeit / vnd Meſſigung / viel gutes kan geſchaffet vnd verrichtet werden. So haſtu dich auch nicht zu beſorgen / daß du deine Schutzherrn mit deinem herrlichen Fürhaben worin mőchteſt erzůrnen / oder von den Kirchen-dienern vbel außgeruffen / oder aber von der ge-meinen Bůrgerſchafft/ oder von deinen Collegis, ſolteſt verleumbdet werden / deine diſcipuli wer-den ſich auch halſtarriger weiß nicht wieder dich aufflehnen / deine Beſoldung wird dir nicht vor-enthalten werden / der gemeine Mann werd keine Meuterey wider dich erregen. Welche Widerwer-tigkeyten doch vielen andern hochgelehrten Leuten

in jhrem Schulregiment zum öfftern wiederfahren ſeyn / daß / (gleich wie auch ein wolerfarner Stewerman / von wegen deß groſſen Vngewitters / die Regierung deß Schiffes auffgeben muß) alſo ſie auch ſo viele groſſe Verhinderung/ Wiederſtand / vnd Anſtoß nicht haben vberwinden können. Dieſe deine Schularbeit iſt von Alters her wolbeſtellet / ruhig vnd ſtill / doch alſo das ſolche Stilligkeit einen vnachtſamen vnnd ſchlefferigen Rectorem auch wol in der eyle vberfallen / einen fleiſſigen aber vnnd wackern daneben / auch wol zum höchſten belüſtigen köndte. Dann was köndte einen trewen / vnnd des gemeynen Vaterlandes liebhabenden Præceptori, für ein Schawſpiel fürkommen / daß jhm lieber vnd gefelliger ſeyn möchte / dann wann er ſpüren vnnd ſehen mag / das ſeine Schüler in wahrer Gottſeligkeit / guten Künſten vnnd Sprachen/ vnd zugleich auch mit löblichen Sitten gezieret ſeyen / vnnd in denſelbigen von Tag zu Tag / je lenger je mehr zu nehmen. Es iſt aber deine Schul nur Theyls beſetzt mit Bürgerkindern / welche / dieweil ſie in einer ſo wol beſtelleten Stat geboren vnd erzogen ſeyn / ſich auch in der Schul wol werden nach Gebür wiſſen zu verhalten / darnach auch mit etlichen Außländern vnd Einkömblingen / welche / dieweil ſie mehr Theyls edler vnd wolhabender Leute Kinder ſeyn / vnd an dich auff daß aller fleiſſigſte verſchrieben / auch nicht ehe von dir in deine diſciplin angenommen

wer-

werden / ſie haben dir dann zuvor gehorſam / vnd willfertigkeit in allen billichen Sachen angelobet / ſo haſtu auch dieſes fals nichts ſonderliches zu beſorgen. Die Dritten ſind ehrlicher Bürger Pædagogi, welche mehrer Theyls bekennen müſſen / das ſie durch deine Commendation vnd Beförterung in ſolche gute Gelegenheit vnnd Vnterhalt kommen ſeyn. Wie ſolten ſie dann in ſolche vnvorſchämpte Vndanckbarkeit geraten das ſie auch im geringſten mit Worten vnd Wercken dir beſchwärlich oder verdrießlich zu ſeyn / ſich vnterſtehen wolten Habe derwegen einen guten vnd ſtarcken Muth; befleiſſige dich der Trew / Glaubens / vnd eines guten Gewiſſens. Thu ſo viel alß du verſteheſt / vnd vermagſt / das vbrige befehle vnſerm Herrn Gott / welcher alles wol machen kan vnd wil. Hiemit Gott befohlen.

LIteras tuas, querelarum, de difficultate & laboribus gubernationis ſcholaſticæ, pleniſſimas, Bremæ Idib. Novembris accepi, &, non ſine commiſeratione aliqua, legi. Neq; enim uſque adeò negotiorum ſcholaſticorum imperitus ſum, ut quaſnam occupationes & moleſtias ſecum afferant, planè neſciam. Sed tamen idem ego confirmo, tales eas eſſe, ut non prorſus ſint intolerabiles, ſi temporibus certis commodè dividantur, & cum judicio ac prudentia quadam ſuſcipiantur & ſuſtineantur.

Quapropter hoc te primum moneo, ne tibi uni plus oneris imponi ſinas, quam humeri tui ferre queant, ſed ut operas illas inter collegas tuos bono ordine diſtribuas, earundemq; partẽ non minimam ipſe ſubeas: ita tamen ut veluti ſupremus operarum exactor, omnes & ſingulos, in officio fideles & ſeduli, ut ſint, moneas, bonoque illis præeas exemplo. ita futurum eſt, ut in hac rei ſcholaſticæ adminiſtratione indies omnia tibi fiant faciliora. Nequaquam igitur, propter nonnullorum, quæ in principio horum laborum fortè graviora videri tibi poſſint, difficultatem contrahes aut demittes animum, neque te obrui tanquam fluctu ſic magnitudine & mole negocii huius ſines, ſed contra potius eriges animum ac reſiſtes, ſive etiam ultrò occurres negotiis. Multa enim incommoda, turbæ, & contentiones multæ, tempeſtivè averti poſſunt, ſi omnes peccandi occaſiones, improvidæ huic ætati, prudenter præſcindantur, imprimisque caveatur, ne unquam ſit otioſa. Nihil enim agendo ad malè agendum, omnes ferè incitari & allici in confeſſo eſt. Spero etiam nobilem illam, ad cuius gubernacula iam ſedes, ſcholam non ita planè depravatam & corruptam eſſe, neque in ea planè ita dominari petulantiam & improbitatem, ut veteris diſciplinæ, modeſtiæ, & honeſtatis morum nulla amplius in ea appareant veſtigia. Quod ſi tibi, his moribus, hac juventute novum aliquem ludum liter. aperient, has & ſimiles moleſtias

leſtias ſtatim initio incumbere viderē; tremerem animo, quod malum illud & ominoſum principium, progreſſum & finem quoq; turbulentum exiſtimarem portendere. Nunc vero huiuſcemodi ſchola tibi commiſſa eſt, in qua aut nullam, aut perexiguam partem licentia tenet: & quæ mihi tota in tua ſapientia, induſtria, ac moderatione animi poſita eſſe videatur. Nullas, vt opinor, ſcholarcharum offenſiones: nullas concionatorum inſectationes: nullas ciuium obtrectationes, nullas collegarum delationes: nullam diſcipulorum rebellionem: nullam ſtipendij dilationem, nullum hominum plebeiorum in ſcholam impetum pertimeſcis: quæ per ſæpe doctiſſimis ſcholarum rectoribus acciderūt, ut, quemadmodum naucleri optimi, quoq; vim tempeſtatis, ſic illi tot rerum aduerſarum fluctus & procellas ſuperare non poſſent. Tibi data eſt ſchola iam antiquitus bene conſtituta, & tranquilla: ita tamen, ut ea tranquillitas dormientem rectorem vel obruere, vigilantem etiam delectare poſſit. Quodnam enim ſpectaculum fido, & publicæ utilitatis amanti præceptori offerri poſſit iucundius, quam ſi ſcholaſticos ſuos videat in vera pietate, bonis litteris, & moribus probè excultos, & in iiſdem in dies ſtrenuè proficientes? Conſtat autē tua ſchola primum ex eo genere diſcipulorū, qui eius Reip. ſunt, quæ à multis iam ſeculis bene conſtitutæ ſunt. deinde ex eo genere advenarum & inquilinorum, qui aut quod nobilium & fortunatorum hominum liberi ſunt, quàm accura-

tiſſime à parentibus, aut cognatis tibi commendantur, ſuamq; antequam recipiantur, data fide, obediētiam tibi promittũt: aut quod pædagogorum officio fungentes in honeſtorum ciuium familiis tua commendatione adiuti viuunt, iiſque cōmoditatibus fruuntur, quas ſe, ſine tua interceſſione obtinere ita facile nō potuiſſe arbitrantur. Quis autem horum omnium ſine inſigni impudentia & animi ingrati macula tibi vllo modo audeat aduerſari, aut moleſtiam vel minimam dicto; aut facto vllo indecenti tibi creare? Sis igitur bono & forti animo, & fidei, bonæq; conſcientiæ ſtudioſus: fac quantũ ſcis & potes. reliqua piis & quotidianis precibus Deo commenda, qui ſemper bene fecit, & hic quoque, bene faciet omnia. Vale.

ALTERVM MEMBRVM PRAEcepti primi eiuſq; analyſis.

A*T enim inter hos ipſos*] Alterum hoc membrũ præcepti primi agit de integritate ἀκεραιότητα ſeu ἐγκράτεια, quas Quincto fratri ineſſe cupit. Quæ quidē ipſæ virtutes omnium præclararum actionũ quoddã quaſi fundamētũ ſunt. Occaſio autē eius ſumitur à tacita obiectione. Obiicere.n. poterat Quinctus, graues eſſe prouincialiũ controuerſias, magnas cōtentiones, multas iniurias, quæ adminiſtrationē prouinciȩ difficilē & moleſtã reddent. Pręcipit igitur fratri, ſi in officio ſubditos & prouinciales recte & cōmode continere velit; vt ante omnia ſe ipſum probè cōtineat, ſeq;

quoddam

quoddã quaſi ſpeculũ aut exemplar conſtituat, ad cuius ideã ſubditi ſe cõformẽt. Faciendũ hoc eſſe, tribus probat argumentis. quorũ primum ductũ eſt à cauſis adiuuantib. ſeu à facili. Ibi Id autẽ ſit magnũ & difficile &c. p. 6. Qui natura & doctrina ad moderationẽ factus & excultus eſt, is continere quoq; & ſeipſum & alios facile poteſt. Tibi, ô Quinte, & natura, & doctrina talis contigit. Ergo te ipſum & alios in officio continere facile potes.

Maior probatur, quod, ſicut ad cęteras virtutes, ita ad continentiã quoq; duo ſint neceſſaria: *φύσις* ſeu naturę bonitas, & *παιδεία* ſeu doctrina & inſtitutio accurata, in philoſophia & ſtudiis humanitatis. Hęc autẽ duo in fratre inquit cõcurriſſe. igitur expectari ab ipſo & pręſtari etiam poſſe. Quod autę tantam moderationẽ fratri tribuit, id prorſus eſt *ἔξοχον*; aliquid eximium. Aliunde enim notum eſt Quintum natura fuiſſe iracundum, & quodammodo auſterum.

Alterum argumentum petitur à comparatis, itidẽ, p. 6. Ibi, Tu cum pecuniæ, &c. &. quidẽ tale eſt. Qui pecuniæ, voluptati, omniumq; adeo rerũ cupiditati poteſt reſiſtere, is ſubditos quoq; ſibi negotiatores publicanos, & alios prouinciales ſine negotio poteſt cõprimere. Tu frater pecuniæ, voluptati, & aliis cupiditatib. potes reſiſtere. Ergo ſubditos quoq; tuos cõprimere, & in officio potes cõtinere. Vis argumẽti ex eo pẽdet. Quod pecunię, qua omnia parãtur, reſiſtere, voluptati & cupiditatibus quib. ſępe fortiſſimi quiq; molliũtur, reluctari, ſeipſum deniq; vincere lõgè ſit difficili⁹,

quam alia, quæcunq; ea ſint, ſuperare. Qui igitur, quod difficilius eſt, poteſt; poterit etiam id, quod eſt facilius.

Tertium argumentum eſt deſumptum ab effectu, laude ſcilicet & gloria, ipſam continentiam ſequente, & incipit etiam p. 6. Ibi. Nam Græci quidem, &c. eſtq; talis ratiocinatio. Id quod eximiam lætitiam, voluptatem, laudem & gloriam parit, merito ſingulari ſtudio eſt excolendum. Tale eſt continentia. Ergo continentia ſingulari ſtudio eſt excolenda. Minorem probat ex laude & gloria ipſius Quincti, in omnium oculos incurrente: eamque illuſtrat congerie σημείων, ſeu ſignorum & effectorum continentiæ, quæ ſunt, nullo ſigno, pictura, pecunia à continentia abduci, itineribus ſubditos non terreri, ſumptu non exhauriri: præſidis adventu non commoveri. Et quidem hæc omnia non occultari in tenebris, ſed in luce, oculis, & auribus non tantum ſubditorum, verum omnium quoque gentium, & nationum poſita eſſe.

VERBORVM DECLARATIO.

AT *enim*] Occurrit, ut dixi tacitæ obiectioni.

Inter hos ipſos] Publicanos, ſocios, & negotiatores, partim vectigal exigentes, partim exactioni illi obnoxios. Inter quos, ut inter lupum & ovem naturale diſſidium eſſe neceſſe eſt. Nam, ut infra dicet, difficile eſt ea, quæ commodis, utili-

tare,

tate,& prope natura diuerſa ſunt, voluntate coniungere.

Exiſtunt] Oriuntur, naſcuntur, creſcunt. Exiſtere enim, fere cum Emphaſi uſurpatur de iis, quæ aliquo modò moveri & augeri videntur, & quidem de rebus magnis, & ſingularibus. Tò ſum verò, de rebus quietis, & communibus ſine diſcrimine. Sic Cic. 1. de oratore, inquit, plures in aliis artibus, quam in dicendo mirabiles exſtitiſſe. Item in arte Mathematica multi perfecti homines extitere. Item minimam copiam poëtarum egregiorum extitiſſe. Item pro Roſcio Am. Ex luxuria exſtit auaritia. & ad Attic. VII. Ex victoria exiſtit Tyrannis.

Controverſiæ, iniuriæ, contentiones] ſecutus eſt ordinem naturalem. Ex controverſiis enim naſcitur ὕβρεις, ſeu iniuria, quas poſtea δίκαι, ſeu contentiones & altercationes in foro, & alibi ſubſequuntur.

Quaſi vero] Reſponſio ad obiectionem.

Non te aliquantum] Verum & conſideratione dignum eſt illud Xenoph. παιδ. α. τὸν ἄρχοντα οὐ τῷ ῥᾳδίως ζῆν χρῆναι διαφέρειν τῶν ἀρχομένων, ἀλλὰ τῷ προνοεῖν καὶ φιλοπονεῖν προθυμούμενον. Ideo Diocletianus quoq; Imp. dicebat, nihil eſſe difficilius, quá bene imperare.

Suſtinere] Metaphora à baiulis, quorum eſt verſare diu quid ferre recuſant, quid valeant humeri, ut Horatius.

Conſilii magis) Vtpote in gubernatione pacifica.

Quam fortunæ] Quæ in bellis & tumultibus precipue dominari credebatur, vt paulo ante pluribus dictum eſt.

Quid eſt negotii] Quid difficultatis, aut moleſtiæ, paulo poſt. Erit credo periculum ne improbum negotiatorem comprimere non poſſis.

Si te ipſe contineas] videlicet σώφρων, ἐγκρατὴς καὶ ἄμεμπτος ὤν. Princeps enim ſuos bonos eſſe volens, prius ipſe ſit: & vt Velleius ait. Recte facere ciues ſuos faciendo doceat. Plus enim exemplo quã præceptis docetur. Et, Pluris eſt regentis vita quam ſententia. Contra nihil eſt minus ferendum, quam rationem ab altero vitæ repoſcere eum, qui ſuæ non poſſit reddere. Vel vt in quadam epiſtola ad Atticum dicitur. Quomodo ii prouincias & remp. regent, quorum nemo duos mẽſes potuit patrimoniũ ſuum gubernare? Itẽ quod pro lege Manil: aſſeritur. Neq; enim poteſt exercitũ is continere imperator, qui ſe ipſum non continet, neq; ſeuerus eſſe in iudicando, qui alios in ſe ſeueros eſſe iudices nõ vult. Quibus etiam in rebus conſiſtat illa continentia in eadem Oratione inſignibus hiſce verbis explicatur. Etiamſi, inquit, quem habetis, qui collatis ſignis exercitus regios ſuperare poſſe videatur: tamen, niſi erit idem, qui ſe a pecuniis ſociorum, qui ab eorum coniugibus ac liberis, qui ab auro, gazaque regia, manus, oculos, animum cohibere poſſit, non erit idoneus, quem ad bellum Aſiaticum regiumque mittatis. In quam ſententiam etiam Claudianus in 4. conſ. Honorii,

In com-

In commune iubes ſi quid, cenſesq; tenendum,
Primus iuſſa ſubi: tunc obſeruantior æqui
Fit populus: nec ferre vetat, cum viderit ipſum
Auctorem parere ſibi. Item paulo poſt
——*Non ſic inflectere ſenſus*
Humanos edicta valent, quam vita regentis.

Simile eſt illud Pittaci: Pareto legi, quiſquis legem ſanxeris. Et hoc Senecæ in Thyeſte; Rex velit honeſta, nemo non eadem volet. Adde & hoc Iſocratis, qui dicebat κάκιστον ἄρχοντά ἐστι, τὸ ἄρχειν ἑαυτοῦ μὴ δυνάμενον.

Sicuti eſt difficilimum] Agnoſcit hoc ipſum in quadam oratione Lyſias, cum ait. Inter publica munera hoc laborioſum eſt: vt perpetuo omni tempore modeſtum aliquis & temperantem ſeſe præbeat, vt neque voluptatibus inferior ſit, neque lucri cupiditate efferatur: ſed cum ſe præſtet, quem neque culpare, neque in ius vocare alter ex ciuibus quicunque audeat, &c. Et hanc ipſam difficultatem in adminiſtratione Ciliciæ agnoſcit Cicero ad Att. lib. 7. ep. 1. cum de familiæ ſuæ continentia ſic ſcribit. Omnia illa prima, quæ etiam tu litteris in cœlum ferebas, ἐπίπεδα fuerũt. Quam non eſt facilis virtus, quam verò difficilis eius diuturna ſimulatio!

Natura & doctrina] quæ duo apud Græcos quoq; celebria ſunt nimirum εὐφυΐα καὶ ἀγωγὴ μετὰ λόγου. Huc pertinet locus Ciceronis pro Archia. Cum ad naturam eximiam atque illuſtrem acceſſerit ratio quædam confirmatioq; doctrinæ, tum illud neſcio quid præclarum ac ſingulare

ſolere exiſtere. Plutarchus quoque in principio libelli de educatione liberorum docet, ad virtutis perfectionem tria oportere concurrere: naturam, rationem, & aſſuefactionem. Sub ratione autem intelligit doctrinam: ſub aſſuefactione exercitationem. ita, ut initia hoc in genere debeantur diſciplinæ: uſus exercitationi: perfectio omnibus & ſingulis ſimul. Vt, ubi horum unum vel plura deſint, ab ea parte mancam fieri virtutem neceſſe ſit. Natura enim diſciplina ſi careat; cœca eſt: diſciplina ſi à natura deſtituatur; mutila; exercitatio quoque prioribus duobus demptis; imperfecta eſt. Sicuti in agricultura nihil prodeſt ſolum fertile, niſi peritus quoque colonus, & ſemina quoque bona, & lecta acceſſerint. Quod igitur in agricultura terra eſt bona, id in homine inſtituendo eſt natura vel ingenium, aut bonum, aut malum. Quod ibi eſt peritus vel imperitus agricola, id hic eſt præceptor, & diſciplina recta ac commoda, vel minus. Quod ibi bona vel corrupta ſemina, id hic ratio, & vel bonæ doctrinæ vel male, &c.

Vitioſiſſimam naturam] q.d. quanto igitur magis excolere debuit optimam. Huc illud Plutarchi de Educ. φύσεως γὰρ τὴν ἀρετὴν διαφθείρει ῥαθυμία, φαυλότητα δὲ ἐπανορθοῖ ἡ διδαχή.

Pecuniæ] ſeu ſtudio lucri, de quo alicubi Thucydides, τὸ γὰρ νικᾶν τοῖς χρήμασι, πᾶσαν καὶ ῥήτορος, καὶ πολίτου, καὶ ἰδιώτου, καὶ ἄρχοντος ἀρετὴν ἀφανίζει. Cui conſentit Cicero 2. offic. Nullum eſt vitium tetrius quam avaritia, præſertim in principibus, & Rerump. guber-

gubernantibus. Habere enim quæſtui Rempub. non modo turpe eſt, ſed ſceleratum & nefarium.

Paulo cupidiorem] λιτότην, ſignificans maximè auarum.

Græci] Incolæ minoris Aſiæ, qui omnes Græcè loquebantur; &, vt Cicero in oratione pro Flacco teſtatur, Græci vocabātur. Apud Paulum quoq; Apoſtolum Grecorum nomine quoties opponuntur Iudæis, omnes gentiles ſignificantur. Maxima enim pars orientis Græcè loquebatur.

Ita viuentem te, ſic intuebuntur] Tanquam diuinum continentiæ exemplum, quale ſuum quoque Nicoclē iubet eſſe Iſocrates. τὴν σεαυτοῦ σωφροσύνην παράδειγμα τοῖς ἄλλοις καθίστη. γινώσκων ὅτι τὸ τῆς πόλεως ὅλης ἦθος ὁμοιοῦται τοῖς ἄρχουσι. Hoc autem ſi faciat rex bonus, non poterit non illi quoq; cōtingere illud de quo Homerus; ἐρχόμενον οἱ ἀνὰ ἄστυ θεὸν ὥς εἰσορόωσι. Erga quem vero ſubditi ita ſunt affecti; ab eo ſe quam libentiſſimè in officio contineri patiuntur, eique refragari vel in re minima nefas eſſe arbitrantur.

Annalium memoria] Tanquam aliquē Fabricium, Curium, Scipionem, aut Quintum Fabium Maximum, vel Paulum Æmilium. Erant autem annales, rerum pluribus annis geſtarum ὑπομνήματα; ſeu conſequens quædam narratio, quid quouis anno factum aut geſtum eſſet, breuiter ſummatimque perſtringens. Erantque quaſi prima materia hiſtoriarum; quæ poſt-

ea facta mentione, perſonarum, cauſarum, locorum temporum inſtrumentorum, affectionum, conſiliorum, & actionum, & modorum agendi, omnia plenius, vberius & ſplendidius perſequebâtur. Virg. 1. Æneid. etiam pro hiſtoria vſurpat annales.

Si vacet annales noſtrorum audire laborum.

Sicuti etiam Ouid.

Sacra recognoſces annalibus eruta priſcis. de faſtis aut monimentis pontificum vel aliarum hiſtoriarum nec inutile fuerit conſiderare locum Ciceronis 2. de oratore diſertè de annalibus agentem, hoc modo. Græci ipſi ſic initio ſcriptitarunt, vt noſter Cato, vt Pictor, vt Piſo: erat enim hiſtoria nihil aliud, niſi annalium confectio. cuius rei, memoriæque publicæ retinendæ cauſa, ab initio rerum Romanorum vſque ad P. Mucium pontificem Max. res omnes ſingulorum annorum mandabat litteris pontifex Max. efferebatque in album: & proponebat tabulam domi, poteſtas, vt eſſet de populo cognoſcendi: iique etiam nunc annales maximi nominantur. hanc ſimilitudinem ſcribendi multi ſecuti ſunt; qui ſine vllis ornamentis, monumenta ſolum temporum, hominum, locorum, geſtarumque rerum reliquerunt. Idem l. de legib. inquit, annalibus pontificum Max. nihil poteſt eſſe iucundius, &c. Sicuti enim apud Perſas magis, apud Ægyptios vatibus, apud Iudæos ſacerdotibus: ſic apud Romanos Pontifici max. ſcribendæ

bendæ hiſtoriæ cura incumbebat, quo ſanctior eius fides eſſet.

Diuinum hominem] Iis virtutibus præditum, quæ non cadunt in quoslibet terræ filios, qui diuinis illis opponuntur. Ariſtotelis 7. Ethicorum vocat, τὴν ὑπὲρ ἡμᾶς ἀρετὴν, ἡρωϊκήν τινα καὶ θεῖαν, quod huiuſmodi homines, quaſi enthuſiaſmo quodam, diuinitus afflati videantur. Huiuſmodi enim virtutis præſtantia, magis naſcitur, quam fingitur. Hebræorum quoque idiotiſmo dicitur DEVS eſſe cum illis, in quibus diuina quædam elucet excellentia, quos ſimili pœnæ ratione Græci vocant, θείους καὶ ἀντιθέους, id eſt, diuinos, & quaſi Deo æquiparandos.

In VII. Ethicorum citatur etiam locus Homericus, vbi Priamum de Hectore loquentem fecerat, ὅτι σφόδρα ἦν ἀγαθός· οὐδὲ ἐῴκει ἀνδρός γε θνητοῦ παῖς ἔμμεναι ἀλλὰ θεοῖο. Ibidem de Laconibus ſcribitur, qui, ſi aliquem valde admirentur, dicant σεῖος ἢ θεῖος ἀνήρ. Plato quoque in fine Menonis ſcribit. καὶ αἱ γυναῖκες τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας θείους καλοῦσι, καὶ οἱ Λάκωνες ὅταν τινὰ ἐγκωμιάζωσιν ἀγαθὸν ἄνδρα θεῖος ἀνήρ φασιν οὗτος. Sic Scipio Africanus legatione fungens dum inſpicit vrbem Alexandriam, ipſis Alexandrinis tanquam vir diuinus ſpectaculo fuit. Teſte Iuſtino lib. 36.

De cœlo delapſum] Qui Græcis eſt ἀεροπετὴς, οὐρανοπετὴς, διοπετὴς, quaſi diuinitus excitatus, & ex inſperato ſe oſtendens, opemque homini-

bus ferens. Iuuenalis Satyra 2. Tertius è cœlo lapſus, Cato. Talem in Maniliana Cicero prædicat Pompeium. Eum omnes, inquit, in his locis. Cn. Pompeium ſicut aliquem non ex hac vrbe miſſum, ſed de cœlo delapſum intuentur. Eſtq; hæc locutio petita à Tragœdiis in quibus ἀπὸ μηχανῆς ſubito apparebant certæ quædam perſonæ, quæ, reb. omnibus iam perturbatis & deſperatis, quid ad ſalutem opus eſſet oſtendebant.

Atq; hæc] nimirum officia tibi indicata.

Sed feciſſe gaudeas] q. d. ſcribo hæc, non quod aliquid in te deſiderem; ſed potius, vt tuam induſtriam meo elogio comprobem. In excitando enim & acuendo plurimum valet; ſi laudes eum quem cohortere. Cic. Trebonio. Non autem obſcure hæc & multa ſequentia, ſapiunt τὸ ἐσχηματισμένον κατ᾽ εὐπρέπειαν καὶ ἀσφάλειαν. de quo eruditè & eleganter agit Demetrius Phalereus in libro, περὶ ἑρμηνείας, vbi inter alia hoc quoque monet. Si quid rectè & commodè officij ſui admonere velit hominem potentem & fortunatum, is aliquando eum, tum etiam cum lapſus eſt, laudabit, non ob ea, quæ malè fecit (hoc enim non eſſet viri boni) ſed ob ea, quæ in eodem illo genere rectè aliquando & laudabiliter fecit. Vt ſi ira commotus in pœnis ſumendis modum excedat; ſubiiciet ei hic artificioſus orator, magnam eum nuper laudem & celebrationem conſecutum eſſe, cùm alteri cuipiam, etiam in maiori delicto deprehenſo, parceret. Nam, inquit, Demetrius, ſinguli libenter

benter imitantur ſe ipſos, cupiuntque prioribus ſuis laudibus aliquem cumulum adiicere. Ideoque hic quoque, iracundus deinceps huic affectui moderari ſtudebit. Quod ipſum dicendi artificium Ciceronem hic ſecutum eſſe liquet. Laudes autẽ quas fratri hoc loco tribuit ſunt, lenitas ἀφιλαργυρία, moderatio voluptatum & cupiditatũ temperantia, clemẽtia, ſtudioſa φιλοστοργία, amabilitas, gratia, magnanimitas, ſapientia, humanitas, experientia, & vſus rerum diuturnus.

Summo cum imperio] à cuius mandatis & iuriſdictione appellare non liceret. Tale autem imperium lege iurata tam propraetores, quam proconſules in prouinciis habebant. Emphaticum autem eſt, quod ſummi hoc loco imperii mentionem facit. Eo enim altius & euidentius virtutem Quinti conatur extollere. Quo enim maior peccandi licentia alicui conceſſa eſt, eo maior eiuſdem continentiæ & moderationis laus eſt, quando nimirum ὁ δυνάμενος ἀδικεῖν μάλιστα, μὴ ἀδικεῖ. Hinc illud Claudiani de quarto conſulatu Honorij.

—— Sed comprime motus,
Nec tibi, quid liceat, ſed quid feciſſe decebit
Occurrat, mentemq; domet reſpectus honeſti.

Sicuti & Seneca in Troad. Id facere laus eſt, quod decet, non quod licet. Item, minimum decet libere, cui multum licet. Ex aduerſo Quod non poteſt, vult poſſe, qui nimium poteſt. Senec. Hippol. Et Bias ille Auſonianus, in eandem ſententiam, per interrogationes & reſponſiones ait.

Quid prudentis opus? cum poſſet nolle nocere.
Quid ſtulti proprium? non poſſe & velle nocere.

In Aſia] opulentiſſima & lautiſſima totius orbis prouincia, vbi talium illecebrarum tanta erat copia. Loquitur autem de Aſia minore; quæ cótinebat regiones, Ioniã, Lydiam, Myſiam, Troadam, Doridem, Phrygiam: & vrbes nobiles, Epheſum, Miletum, Halicarnaſſum, &c. eam auté ſic dictã ab Aſia vxore Promethei ſcribit Herod. lib. 4. Et Iuſtinus lib. 38. Neq; cœlo, inquit, Aſiæ eſſe temperatius aliud, nec ſolo fertilius, nec vrbium multitudine amœnius. Sub ſummo autem imperio, quod Quintus Cicero hic in Aſia habuiſſe perhibetur intelligere aliquis poſſet, eũ fuiſſe ἀσιάρχην (quæ vox extat Act. 19. v. 31. ſicut & alibi vox Syriarches.) Sic autem vocabantur, non qui Aſiæ aut Syrię, cum imperio præeſſent: ſed certi quidam ſacerdotes, quorum munus erat Ludos Theatrales in honorem Deorum edere, qui aliis erant munerarij.

Signum] ἄγαλμα vel ſimulacrum marmoreum vel eburneum, à Praxitele Myrone aut Polycleto olim elaboratum: aut etiam Hermæ, Hermatheną, de quibus libr. 1. epiſtolarum, ad Atticum ſermo eſt. Primus autem L. Mummius deuicta Corintho vrbẽ huiuſmodi ſignis & tabulis repleuit. Et Verres multa eius generis abſtulerat ex Sicilia.

De quo lectu dignum eſt initium Quintæ actionis lib. 4. in Verrem, quod quia huic & ſequenti parti aliquid lucis affert: aliquot eius verba hic adſcribere non pigebit. Exprobrat autem

ibi

ibi Cicero Verri direptionem ſignorum in Sicilia, â quibus in Aſia Quintum Frat. hic ait abſtinuiſſe. Sic igitur ibi princeps oratorum. Nego in Sicilia tota, tam locuplete, tam vetere prouincia, tot oppidis, tot familiis, tam copioſis, vllum argẽteum vas vllum Corinthium, aut Deliacum fuiſſe: nego vllam gemmam, aut magaritam fuiſſe, & quidquam ex auro & ebore factum, ſignum illud æneum marmoreum, eburneum: nego vllam pictutam, neq; in tabulis, neq; textilem fuiſſe, quin quæſierit, inſpexerit: quod placitum ſit abſtulerit.

Pictura] Apellis aut Protogenis. Similis laus tribuitur Pompeio in Maniliana, vbi ſigna, inquit, & tabulas, cæteraque ornamenta eorum oppidorum, quæ cæteri tollenda eſſe arbitrabantur, ea ſibi ille ne viſenda quidem exiſtimauit.

Nullum vas] qualia fuere vaſa Samia, Æginctica Corinthia, Deliaca, de quibus vide Plin. lib. 34. cap. 2. item toreumata & pocula áurea & argentea, ſigillata ſeu inſignibus emblematis conſpicua.

Veſtis] Phrygia, Attalica, Babylonica, Tyria, Damaſcena, Purpurea, pro qua noſtri magnates iam vtuntur holoſericis de excrementis vermiũ confectis. Quo ipſo quam vilis ſit Deo ſuperbia in veſtitu, perſpicue declaratur.

Mancipiũ] Seruus vel ancilla Terẽt. Eunuch. Act 2. Sce. 1. Quid videtur hoc tibi mancipium. Par. Non malum hercle de Pamphila. Vlpianus

meminit mancipij nouitij, cui opponitur veteranum, & tritum.

Nulla forma cuiuſquam) vel virginis, vel pueri, vel matronæ.

Nulla conditio pecuniæ) vel magnæ, vel exiguæ quacunq; conditione accipiendæ. Eodem modo loquitur Horatius. lib. 1. od. 1.

Gaudentem patrios findere ſarculo
Agros, Attalicis conditionibus,
Nunquam dimoueas, vt trabe Cypria
Myrtoum pauidus nauta ſecet mare.

Quibus rebus abundet) Ideoq; maior tuæ abſtinentiæ laus eſt, quo plures & maiores ſunt, ἀκολασίας & luxuriæ occaſiones & oportunitates.

Iſta prouincia) quã eo nomine infra corruptricem nominabit. Non autẽ Aſiam nunquã vidiſſe, ſed in Aſia continenter vixiſſe laudandũ eſt, dixit Cicero pro Murena. Quod Philemon de iuſtitia dixit, id etiam ad continentiã poteſt accõmodari.

Ἀνὴρ δίκαιος ἐστιν οὐχ ὁ μὴ ἀδικῶν,
ἀλλ᾽ ὅστις ἀδικεῖν δυνάμενος μὴ ἀδικῶν,
οὐδ᾽ ὅτι μικρὰ λαμβάνειν ἀπέρετο.
ἀλλ᾽ ὡς τὰ μεγάλα καρτερεῖ μὴ λαμβάνων.
ἔχειν δυνάμενος καὶ κρατεῖν ἀζήμιος.

Quod enim quis egeſtate & inopia coactus hac in parte præſtat, id magnæ ſibi laudi ducere non poteſt.

Non latere] Quod multis ſæpe clariſſimis viris contigit. Vnde illæ querelæ Plaut. capt. vt ſæpe ſumma ingenia in occulto latent! & illa Horatij. 4. car. od. 9.

Vixere

Vixere fortes arti, Agamemnona
Multi, ſed omnes illacrymabiles
Vrgentur, ignotiq; longa
Nocte carent quia vate ſacro.

Ex adverſo ὄλβιος ὃν φᾶναι κατέχονται ἀγαθαί. Pind. od. 7. Olymp.

Et ut Theocritus τί κάλλιον ἀνδρὶ κὲν εἴη ὀλβίῳ ἢ κλέος ἐσθλὸν ἐν ἀνθρώποισιν ἄρεσθαι.

Quocirca Alexander M. cum in Sigæo ad Achillis tumulum aſtitiſſet: ô fortunate, inquit, adoleſcens, qui virtutis tuæ præconem Homerũ inveneris. Nam paulum ſepultæ diſtat inertiæ, cælata virtus: ut Romanæ fidicen lyræ, canit od. 9. lib. 4. Apparet autem ex his omnibus quid in cultu officii & virtutis qualicumque potiſſimum ſpectaverint gentiles, ſuam nimirum, non Dei gloriam & celebrationem.

Non latere in tenebris] Atq; ita nulli uſui eſſe.

In luce: in oculos: in auribus] Metaphoræ, per Anaphoram.

Eadem Metaphora uſus eſt pro L. Manilia. atque in veſtris vectigalibus, hoc eſt in Aſiæ luce verſari, i. quanti in loco orbis terrarum maximè celebri & frequenti. Eſt autem Metaphora habens ἀναλογίαν. Quemadmodum enim ignis aut facula in monte vel arce collocata clarius & à pluribus conſpicitur, quam ſi alicubi ſita eſſet in loco depreſſo & obſcuro: ita magiſtratuum quæque virtutes & res geſtæ loco celſo & illuſtri collocatæ à pluribus conſpiciuntur, quam virtutes hominum privatorum. Et hæc etiam cauſa eſt, quod vitia quoque magiſtratus & deprehendantur

citius & vehementi⁹, juxta illud. omne animi viti um tanto conſpectius in ſe crimen habet, quanto maior qui peccat, habetur.

Oculis clariſſimæ provinciæ] Quaſi dicat omnes provinciales cum admiratione virtutis Quinti excellentiam ſuſpiceret. Provincia pro provinciæ incolis Metonymia eſt vel Sinech. Sic epiſt. ſeq. Fumo aliquem comburere, plaudente tota prov.

Gentium & nationum] Quæ ſi opus ſit teſtimonium de ea ferre poſſint, cum tanquam αὐτή- 1
κοοι ſuis omnia auribus hauſerint.

Itineribus perter.] Differt enim adventus tuus ab adventu hoſtium. Tu beneficus & amicus : illi rapaces & acerbi.

Non adventu commoveri] Etiam in Maniliana 1
Cicero quæritur, ſæpè eiuſmodi homines cum imperio in provinciam mitti, qui etiamſi ſubditos ab hoſte defendant, tamen ipſorum adventũ in urbes ſociorum, non multum ab hoſtili expugnatione differre. Et mox in eadem, difficile di- 2
ctu eſt, inquit, Quirites, quanto in odio ſimus apud exteras nationes propter eorũ, quos ad eos hoc anno cum imperio miſimus iniurias, ac libidines. Quod etiam fanum putatis in illis terris, noſtris magiſtratibus religioſum : quam civitaté 2
ſanctam, quam domum ſatis clauſam ac munitã fuiſſe : Vrbes iam locupletes ac copioſæ requirun tur, quibus cauſa belli propter diripiendi cupiditaté inferatur. quod hodie, de militibus in auxilium vocatis dici, teſtatur experientia. 3

Sumptus exhaurire] Metaphora à fontibus, aut vaſis ac doliis petita. Alibi Cic. ſentinam urbis

exhaurire, id eſt, hauriendo evacuare ita exhaurire ærarium, oratores, civitates.

Eſſe quocunq; veneris] Quod certè ſignum eſt egregiæ cuiuſdam tuæ integritatis, & populi tui in te benevolentiæ & amoris. Nam ut Livius ait, Firmiſſimum id imperium, quo obedientes gaudent. vel ut Plin. in Paneg. Hæc arx inacceſſa, hoc inexpugnabile munimentum eſt, munimento non egere. Contra & Seneca dixit. Invita nemo imperia retinuit diu. Huc pertinet cap. 20. lib. 17. Variar. lect. Petri Victorii cuius cum titulo ſuo hæc ſunt verba. Quam rationem ſecutus eſt M. Cic. in Qu. Fr. laudando [poſitis namq; virtutibus ipſius, ſtatim contraria earum vitia ſuſtulit] eandẽ Iſocr. in celebrandis Priſcis Athen. tenuiſſe. Ideq; penè ab ambob. dictũ eſſe. Poſtea præclarum, inquit, gravemq; ſentent. à Cic. in epiſt. illa ad Q. Fr. incluſã, quæ libri inſtar eſt, & quia longiſſima eſt, & quia optimorum præcept plenissima, conformatã arbitror ad ſimilitud. Iſocr. vocis. preter n. quam quod notio, visq; ambarũ ſimilis admodum eſt, par quoq; vel idem poti⁹ ornatus ac forma dicendi in utraq; conſpicitur. M. Tull. igitur cum inſtituta multa Q. laudaſſet, dixiſſetq; ad extremũ, eſſe quocunq; ille venerit, & publicè & privatim maximã lætit. ꝙ multum valuit ad illum ornandũ: ſignumq; eſt egregiæ cuiuſdã integrit. gaudii illi⁹ juſtã eſſe veramq; radic. oſtendens, inquit: Cum urbs cuſtodẽ, non tyrannũ dom⁹ hoſpitẽ non expilatorẽ recepiſſe videatur. Græc⁹ a. ſcript polit. inprimis ornãdęq; pat. ſtudios⁹ laudib. antiquorũ Athen. ſuæ ætat. homines ad illos

imitandos excitare ſtudens, ita in Panegyrico locutus eſt: καὶ μᾶλλον ἐπιθυμοῦντες ἡγεμόνες ἢ δεσπόται προσαγορεύεσθαι· καὶ σωτῆρες ἀλλὰ μὴ λυμεῶνες ἀποκαλεῖσθαι. Vt igitur ſimiles admodum inter ſe loci facile conferantur, & vt vera rectaque ratio regendi ciuitates priuatorumque fortunas adminiſtrandi, 5
celebrata à duobus prudentiſſimis ſcriptoribus magis peruulgetur, hæc adnotaui. nam nimis multos opulentos homines, contra ſe gerere, magno priuatorum malo ſæpe intelligitur. quod exprobrauit ipſe atrociſſimis verbis C. Verri, dicens. Cum in oppidis & ciuitatibus amicorum nō legatum populi Romani, ſed tyrannum libidinoſum crudelemque præbueris. 1

Publice & priuatim maximam lætitiam] Huc pertinet illud Agapeti ad Iuſtinianum, Νόμιζε τότε βασιλεύειν ἀσφαλῶς ὅταν ἑκόντων ἀνάσσεις τῶν ἀνθρώπων· τὸ γὰρ ἀκούσιον ὑποταττόμενον στασιάζει καιρὸν λαμβανόμενον· τὸ δὲ τοῖς δεσμοῖς τῆς εὐνοίας κρατούμενον βεβαίαν ἔχει πρὸς τὸ κρατοῦν τὴν εὐπείθειαν. 1 2

Et talem ſuum in prouinciam aduentum, ſuamque adeo Ciliciæ gubernationem fuiſſe gloriatur Cic. ad Atticum lib. 6. epiſt. 1. 2. 3. quas hac occaſione ſtudioſi recognoſcant.

Cum vrbs cuſtodem] Refertur hoc ad τὸ publice est enim bonus magiſtratus, ſicuti præſens ſit, πολιτοφύλαξ ſeu cuſtos quietis & tranquillitatis publicæ. cui congruit vulgatum illud. 2

Quid bonus eſt princeps? canis eſt, cuſtos gregis, acres
Qui fugat inde lupos. quid malus? ipſe lupus.

Cum vrbs) vrbani vel ciues, Metonymia continentis pro contento. 3

Non

Non tyrannum] Nomen tyranni initio in vtraque lingua honeſtum fuit: & regem aut principem ſignificauit. Ariſtoph. in nubibus ipſum Iouem τύραννον θεῖον Virgil.

Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe Tyranni. i. e. Regis. Poſtea creſcente regum malitia & crudelitate, ipſa quoque Tyrannorum appellatio in malam partem accepta eſt. Et ex hac ſignificatione nata eſt Etymologia. quæ tyrannum dictum ait τρύω, id eſt, vexo, fatigo, vt tyrannus dicatur quaſi τρύανος. Quod autem ſit diſcrimen inter bonum principem & tyrannum, docet Ariſtot. 7. Polit. cap. 10. ὁ μὲν τύραννος τὸ ἑαυτοῦ συμφερὸν σκοπεῖ, ὁ δὲ βασιλεὺς, τὸ τῶν ἀρχομένων. Nec non Polybius lib. 2. Tyranni proprium eſt, vt affligat, & per metum violentam dominationem exerceat, cum & oppreſſos potentia ſua ipſe, & hi illum, oderint: Regis autem afficere, beneficiis cunctos & eorum ob benignitatem & humanitatem, ita ductorem & præſidem eſſe voluntariorum. ſeu vt ipſe græcè multo elegantius βασιλέως ἔργον ἐστὶ τὸ πάντας εὐποιοῦντα διὰ τὴν εὐεργεσίαν καὶ φιλανθρωπίαν ἀγαπώμενον ἑκόντων ἡγεῖσθαι καὶ προστατεῖν. Eſt igitur tantum inter cuſtodem & tyrannum, quantum in re pecuaria inter canem, & lupum.

Domus hoſpitem] Refertur hoc ad τὸ priuatim. Iura autem hoſpitii ſingularem quandam & inuiolabilem neceſſitudinem inter hoſpites, tam excipientes quam exceptos olim ſanciebant.

Expilatorem) expilare eſt furtiue deprædari, & fraudare, ita vt ne pilum quidē relinquas. de quo

vide

vide Nonium in verbo ſuppilare, quod ait eſſe involare, vel, rapere, à pilorum ruptu: unde & furtũ paſſi compilati dicuntur. Auſonio quoque expilatores ſunt fures atrociores, qui ne pilum quidem relinquant in corpore ſpoliatorum. Expilatoris opus eſt expilatio. Alias Turnebus Advers. lib. [illegible]. cap. 10. Pilare, inquit, & compilare dubium non eſt, quin deducatur à verbo Græco ſeu Æolico πιλήτης, id eſt, fur, qui φιλήτης ab Heſiodo vocatur. Nam Æolum eſt aſpiratas in tenues mutare. Quid ſit expilare etiam patet ex illo Horat. epiſt. 1. lib. 2.

Vtor permitto, caudaq; pilos & equinæ.

Paulatim vello, & demo unum, demo etiam unũ.

Harum verò omnium bono magiſtratui convenientium virtutum contrarium Verr. exprobat Cicero actionis VI. lib. V. his inſignibus verbis, Secuta provincia eſt, in qua tibi nunquã venit in mentem, non tibi iccirco faſces & ſecures, & tantam imperii vim, tantamque ornamentorum omnium dignitatem datam, ut earum rerum vi & autoritate omnia repagula juris pudoris, & officii perfringeres, ut omnium bona prædam tuam duceres; nullius res tuta, nullius domus clauſa, nulli⁹ vita ſepta, nullius pudicitia munita contra tuam cupiditatem & audaciam poſſet eſſe: Act. 2. his verbis eundem Verrem compellat. Eademque vi & injuria cum pecunias maximas cogeres per omnes partes provinciæ te tanquam aliquam calamitoſam tempeſtatem, peſtemque pervaſiſſe demonſtro. Et tantũ quidem de præcepto huius partis primo.

Tracta-

Tractatio ſeu Collocatio.

TRactatio huius membri obliqua eſt, earum enim virtutũ quas in Quinto eſſe unicè exoptabat, admodum πλειωνῶς plenariam quaſi poſſeſſionem ei tribuit, ut ſic admonitionis acrimoniã mitiget. è quo tamen ipſo defectum ille ſuum agnoſcere, & non tam qualis à fratre prædicaretur, quam qualis revera eſſe deberet, debuit conſiderare. Obſervanda etiam hic eſt ratio ab uno præcepto ad aliud tranſeundi: quo nihil ferè in oratione eſt, difficilius, in qua omnia inſtar annulorum catenæ cohærere debent. Eſt igitur in principio huius membri πρόληψις, ſeu occupatio, quæ ſolvitur primum συγχωρήσει, confeſſione: deinde compenſatione, correctione & admiratione ſeu νουθετήσει, cum laudes fratris permiſcet: quæ ad excitandũ & cohortandũ plurimum afferunt momenti. Laudat a. potiſſimũ natũ â fratris ad moderat. inclinatã & pterea ſingulari doctr. excultã. ubi ordine recenſet, quæ laudabilit. facere, frater videbatur ſigna picturas, vaſa, veſtes, mancipia: circa præcipua continẽtię obiecta, pecuniã, voluptatẽ, cupiditatẽ, q̃ quidẽ omnia talia eſſe ut virtutẽ & continẽtiã ei⁹ plane heroiẽ arguãt. Vult igitur ut non tam hæc faciat, q̃ ſeſe feciſſe gaudeat. Denique ſubiungitur αὔξησις, ſeu amplificatio notatu digna, quæ deſumitur à circumſtantiis & attributis ipſius rei ſcilicet ſummi imperii, deinde loci, Aſiæ, tertio temporis integri videl. triennii, quarto modi. ubi præfuiſti, inquit, ita ut nullum te ſignũ aut pictura à cõtinẽtia ſeduxerit. Quib. accedunt Anaphoræ συναθροισμοί, conglobationes.

& ἐπιμοναὶ commemorationes; & antitheſes ſeu contentionis cõtrariorem&c. De rebus huc pertinentibus inter explicandum quoque nonnulla monuimus.

Rationes præceptorum ſeu loci communes.

1. De exemplo magiſtratus & quorumcunque aliis præpoſitorum, ad quod ſubditi ferè mores ſuos componunt. Si igitur id eorum laudabile ſit, plurimum populo prodeſt. Nam κατῶς ἄγων ἐμπειεῖ τὸ καλῶς ἔπεσθαι: ſeditioſum, inſtar peſtis pub. plurimum nocet. Per incontinentiam enim magiſtratus ſuam authoritatem perdit, quæ ſine virtute diuturna eſſe non poteſt. Idem cogitur eſſe iuſto indulgentior. Qua enim fronte aut conſcientia delicta puniet, quibus te quoq; ipſum obnoxium eſſe nouit?

2. De continentia, qua, non aſſuetis, nihil eſt difficilius. Ideoque aſſuefactio illa à teneris inchoanda eſt: ne obiecta illa continentiæ multiplicia, à curſu inſtituto aliquando nos abducant.

3. De cauſis virtutum & actionum præclararum. quæ hic ſunt natura & doctrina, quorum utraque ſine altera ferè manca eſt. Quocirca omnibus hominibus & imprimis principibus & magiſtratibus commẽdatæ eſſe debent literæ. Et quidem vt præclarè Vegetius de re militari ſcribit. Nemo plura vel maiora ſcire debet, quam princeps, cuius doctrina non uni aut alteri, ſed omnibus prodeſt. Contra principes indocti, teſte Plutarcho, ſunt ſimiles ſtatuis, coloſſis, qui heroicam

roicam præ ſe ſpeciem ferunt, intus autem lapide, plumbo aut luto pleni ſunt.

IV. De diſcrimine bonorum magiſtratuum & tyrannorum: quorum hi itineribus ſuis ſubditos terrent, ſumptu exhauriunt, aduentu commouent; illi vero & itineribus & aduentu ſuo ſubditos exhilarant & ditant: hi gregis lupi, & domuum expilatores; illi vero ciuitatum cuſtodes & domuum hoſpites eſſe ſtudẽt. Illorum in ſecunda Philippica exemplum eſt Antonius: horum in oratione Maniliana Pompeius.

ΠΟΡΙΣΜΑΤΑ Ex Contextu.

I. Subditorum controuerſiæ, iniuriæ, contentiones vt plurimum magiſtratui moleſtiã creant.

II. Gubernare alios eſt negotiũ per magnum & maximi conſilii.

III. Qui ſe ipſum probe continere, & regere poteſt, is videtur alios quoque continere & regere poſſe: & contra.

IV. Continentia, doctrina & aſſuefactione redditur facilior.

V. Sæpe fit ut nõ aſſuetis difficilima videantur ea, quæ aſſuefactis vel facilima eſſe videntur.

VI. Nonnullæ naturæ etiam ſine doctrina ad moderationem inclinãt, quas doctrina ſi acceſſerit eo reddit moderatiores Si enim pręclare doctrina etiam vitioſiſſimam naturam poteſt excolere, cur non etiam excolit minus vitioſam?

VII. Obiecta cõtinentiæ quibus curius eius ſæ-

pe inhibetur,ſunt pecuniæ, voluptates,libidines Item ſigna,picturę,vaſa,veſtes,mancipia,forma.

VIII. Continentia,integritas,& aliæ virtutes heroicæ opinionem quandam diuinitatis homini conciliant.

IX. Plures ſemper ſunt terræ filii,quam homines diuini.

X. Merito gaudemus poſt recte facta: ſicuti etiam propter perperã factum merito dolemus.

XI. Quo plura & ſpecioſiora ſunt continentiæ obiecta: quo etiam potentia principis maiori & peccandi illecebrarum abundãtia eſt vberior, eo ipſa quoq; continentia eſt honeſtior, & laudabilior.

XII. Præclarum eſt egregiam virtutem non latere in tenebris,ſed longe lateque celebrari.

XIII. Boni principis itinerib. ſubditi nõ perterrentur: ſumptu eius non exhauriuntur: aduentu non cõmouentur. Quocunq; is veniat publice priuatimq; maxima eſt lætitia: cũ ciuitas cu- 2
ſtodem non tyrannum; domuum hoſpitem, nõ expilatorem receperit.

XIIII. Sæpe fit vt propter potentiam vel alias cauſas,laudes certæ, viris minime laude dignis tribuantur,vt ex iis diſcant non quales reuera ſint, 2
ſed quales eſſe debeãt. Laudati igitur illi,memotes ſint vulgati illius.

Cum te alius laudat iudex tuus eſſe memento:
Plus aliis de te quam tu tibi credere noli.

VSVS ET IMITATIO. 3

Seruire hoc huius epiſtolę membrũ iis poterit qui

qui principem aut moderatorem reipub. quemcumque caute & artificioſe monere volent, ſi recte & commode alios regere, & in officio continere velit: vt ante omnia ſe ipſum regat & contineat: quaſi Athenodorus Octauianum ſuum per epiſtolam in hunc modum ptimum Germanice, deinde latine compellet.

ATHENODORVS OCTAVIANO Cæſari.

OB ich mich wol hochlicherfreuwe / das du nach des Antonij niderlag zum Oberſten Regiment im Rômiſchē Reich kommen biſt: dir auch derwegen von hertzen gluckwunſche / dennoch hab ich nicht ohne bekummerniſs deine brieffe geleſen / darinnen du dich vonwegen allerlei vnrichtigkeit beklageſt / welche nach ſo lang wirigen burgerlichen kriegh / vnder den inwonern des reichs / auch nach erlangetē fried nothalben entſtehn vnd noch ein zeit lange werē muß. Auff welchs dan auch mancherley zweyen vnd gezēck pfleget zufolgē / das ohn zweiffel ſonderlich dir / als der Allerhôcheſtē obrigkeit deins erachtēs beſchwerlich vnd verdrieslich ſein wirdt / zwar eben als wen du vermeiniſt / das in ſo einer groſſen weitleuftigen Regierūg nicht allerlei muhe vnd arbeit mit vnterlauffen ſolte. Ja ich halte es ſelber dafur das nichts ſchwerer vnd arbeitſamer ſei dan mit gutē Radt vn weißheit das regimēt vber andere leute fuhren / Glaub aber dennoch / das in einer friedſamē regierung alles leichter zugeht vnd durch guten Radt mehrersteils beſſer kônne verrichtet werden

als in kriegsleufften / dauber das blinde gelück/ wie man meint fürnemlich herſchen thut. Dan wie ſchwer ſolte es dir wol ſein andere zu regieren wen du dein eigene affect vnd begirligkeit woll im zaum halten kanſt / Solchs aber mag wol andern beſchwerlich fur vallen wie es dan in warheit niemand leicht an kommet. Du aber haſt es allzeit ſehr leichtlich thuen können / ſo hat es dir auch billich nicht beſchwerlich ſein ſollen. Dieweil es vmb dein Natur alſo beſchaffen iſt / das die ſich alle zeit auch ohne lehr vnd zwange hat meſsigen konnẽ. Nu iſt aber zu derſelben alſo löblichen natur noch ſo ein beſunder Aufferziehung vnd vnterweiſſung hin zu kommen / welche auch einer durchaus verderbtẽ natur hette zurechte helfen konnen. Derhalben wen du hernach auch wie du dann albereit löblich angefangen haſt/ dem geitz / der Ehrſucht auch anderen wolluſten Vnd begierligkeit Widerſtreben wirſt / wie ſaur ſolte es dan wol werden / etwa einen Zänckiſchen burger/einen ſtoltzen von adel/oder von der Ritterſchafft einen geldgeitzigẽ kaufman oder wucherer oder auch ſunſt einen vnuerſchempten Meütmacher einzuhalten vnd ein zuſtoſſen. Dan wen du dein leben alſo anſtellen wirſt ſo werden andre bürger vnd bundtgenoſſen des Römiſchen volcks dich mit verwunderung vnd entſetzunge anſchauwen nicht anders als wenn etwa ein ſonderlicher wunderman aus den alten hiſtorien Buchern wiederherfur kommen oder etwa ein Götlicher helt aus dem himmel herunder in das Römiſche

miſche Reich vnd die ſtadt Rom geſendet were/ vnd das alles ſchreib ich an dich nicht das du es thun ſolſt/ſondern viel mehr dich erfreweſt/das du ſolches alles/nicht allein thun kanſt vnd wilt/ſondern auch biß anhero haſt gethan vnd thuen können. Zu dē gereicht es dir nicht zu einen geringen lob vnd rhum/ das du von Jugent auf dein leben alſo angeſtellet haſt / das dich keine böſe luſt / kein gaſtmal/kein ſchmeichler / kein muſsiggang / kein wurfell oder kartenſpiel/kein dantz/kein Pferd oder hundt kein Jagt oder fiſcherei/ kein Schawſpiel/ kein leckerbiſslein / keine ſchöne geſtalt oder ander dergleichen lichtebrodt (dar an es Jn groſſer herren häuſer nimmer mangelt)von der höchſten Aufrichtigkeit muſsigange / Jngezogenheit vnd wackerheit hat abwenden können/was möchte aber ſo herlich außbundigs vnd das mehr zu wunſchen vnd zubegeren were / erfunden werden / dann das dieſe dein tugendē nicht im finſteren verborgē vnd vnnutz ſein / ſondern das ſie eben in dieſer ſeligen zeit mit ihren glantz herfur leuchten Vnd nicht allein in der gantzen ſtadt Rom in gantz Jtalia iedermenniglich fur augen ſtehen/ſondern auch in allen landē vnd bei allen volckern/auff der gantzen weldt außgebreitet vnd geruhmet werdē/das nemlich weder durch dein gebott noch verbott die leute erſchrecket/ durch deine bitterheit niemand zu einigen widerwillen bewogē durch deine krieg vnd ſchatzung niemand außgeſogē durch ein fal der kriegsleute niemand beſchediget werde. Sondern wo iemand ietzund im gantzen Römiſchen Reich hin-

vnd die hieaus entſtehen pflegt beide ins gemein/ vnd inſonderheit die groͤßeſte frewd/dieweil es godt lob/widerumb ſo weit komen iſt das die vntertha= nen nicht einen grauwſamen wolff ſondern einen guten hirten / die burger vnd einwohner nicht ei= nen Tyrannen vnd wuͤterich/ſondern einen Trew= wen wechter vnd huͤter / alle leute vnd volcker nicht einen Schinder / ſonder einen beſchutzer / in das gantz Roͤmyſch Reich / nicht einen ſtieffvatter/ ſondern einen rechten gnedigen wolthetigen kin= der vatter/von oben herab widerumb zu einen Re= genten erlanget hatt etc.

ATHENODORVS OCTAVIANO Cæſari. S.

TAmetſi, deuicto iã Antonio, te ſũmo cũ imperio rerum potiri vehementer gaudeam, tibiq; ex animo gratuler; tamen non ſine aliqua moleſtia legi quæ relam tuam de grauiſſimis, quę poſt bella vicilia tam diuturna inter ciues Romanos etiam poſt pacificationem exſtitere, controuerſiis, exquibus multæ quoque iniuriæ magnæ contentiones cõſecutæ: quas tibi potiſſimum oneroſas & acerbas eſſe, equidem non dubito. Caue tamen putes in cuſtodia tanti imperii fieri poſſe, vt non aliquam moleſtiam ſuſtineas. Quin etiam iudico rem maximi laboris, bono prudentique conſilio alios regere. Tum etiã in hac opinione, faciliori & prudentiori via ſubditos in officio retineri, tum videlicet cũ omnia ſunt pacata, & tanquilla ꝙ de bello, vbi fortunæ caſib. omnia ſubiiciuntur, ſperari non poteſt Quid eſt n. ne-

gotii regere eos, quibus præſis ſi te ipſum & affectus tuos probe regas & in officio cõtineas. Id autem, ſit graue & difficile aliis, ſicuti reuera & difficilimũ ne vnquã graue eſſe debuit, cuius natura talis eſt vt etiã ſine inſtitutione & aſſuefactione videatur moderata eſſe potuiſſe, ea autem à teneris vnguiculis adhibita eſt ex præſcripto Philoſophiæ educatio, & inſtitutio, quę vel vitioſiſſimam naturam emendare & colere poſſit. Tu igitur cum deinceps quoq; vt cœpiſti auaritiæ, cum ambitioni cum luxurię cum voluptati cum omnium rerum cupiditati & libidini reſiſtes, ait credo periculum, ne vel contentioſum aliquẽ ciuẽ vel iuſto inſolentiorẽ patricium, aut equidem vt rabulam aliquem impudentem aut negotiatorẽ comprimere non poſſis Nã alii ciues & ſocii pop. Romani, ſic te ita viuentẽ ſuſpicient & admirabuntur, vt quondam & vltima annalium memoria, aut etiam de cœlo verum diuinum in vrbẽ & imperium hoc Reipub. Romanæ delapſum putent. Atque hæc nunc nõ vt facias ſed vt te facere poſſe, & velle, imo iam pridem ſemper potuiſſe & feciſſe gaudeas, ſcribo. Glorioſum eſt n. ab ineunte ætate ita te vitam inſtituiſſe vt nulla te libido, nullæ epulæ, nulla ſympoſia nullæ adulationes, nullũ otiũ nulla alea, nullæ choreæ, nullæ venationes nulli ludi nulla ſpectacula, nullæ deliciæ, nulla deniq; forma, aut illecebræ cuiusquã (quib. irritamẽtis familiæ magnatũ fere abundãt ad ſummã integritate cõtinẽtiaq; deduxerint. Quid autẽ reperiri tã præclarum & eximium aut etiam

& ἐπιμοναὶ commemorationes; & antitheſes ſeu contentionis cõtrariorem&c. De rebus huc pertinentibus inter explicandum quoque nonnulla monuimus.

Rationes præceptorum ſeu loci communes.

1. De exemplo magiſtratus & quorumcunque aliis præpoſitorum, ad quod ſubditi ferè mores ſuos componunt. Si igitur id eorum laudabile ſit, plurimum populo prodeſt. Nam κατῶς ἄγων ἐμπειεῖ τὸ καλῶς ἐπεσθαι: ſeditioſum, inſtar peſtis pub. plurimum nocet. Per incontinentiam enim magiſtratus ſuam authoritatem perdit, quæ ſine virtute diuturna eſſe non poteſt. Idem cogitur eſſe iuſto indulgentior. Qua enim fronte aut conſcientia delicta puniet, quibus te quoq; ipſum obnoxium eſſe nouit?

2. De continentia, qua, non aſſuetis, nihil eſt difficilius. Ideoque aſſuefactio illa à teneris inchoanda eſt: ne obiecta illa continentiæ multiplicia, à curſu inſtituto aliquando nos abducant.

3. De cauſis virtutum & actionum præclararum. quæ hic ſunt natura & doctrina, quorum utraque ſine altera ferè manca eſt. Quocirca omnibus hominibus & imprimis principibus & magiſtratibus commẽdatæ eſſe debent literæ. Et quidem vt præclarè Vegetius de re militari ſcribit. Nemo plura vel maiora ſcire debet, quam princeps, cuius doctrina non uni aut alteri, ſed omnibus prodeſt. Contra principes indocti, teſte Plutarcho, ſunt ſimiles ſtatuis, coloſſis, qui heroicam

roicam præ ſe ſpeciem ferunt, intus autem lapide, plumbo aut luto pleni ſunt.

IV. De diſcrimine bonorum magiſtratuum & tyrannorum: quorum hi itineribus ſuis ſubditos terrent, ſumptu exhauriunt, aduentu commouent; illi vero & itineribus & aduentu ſuo ſubditos exhilarant & ditant: hi gregis lupi, & domuum expilatores; illi vero ciuitatum cuſtodes & domuum hoſpites eſſe ſtudēt. Illorum in ſecunda Philippica exemplum eſt Antonius: horum in oratione Maniliana Pompeius.

ΠΟΡΙΣΜΑΤΑ Ex Contextu.

I. Subditorum controuerſiæ, iniuriæ, contentiones vt plurimum magiſtratui moleſtiā creant.

II. Gubernare alios eſt negotiū per magnum & maximi conſilii.

III. Qui ſe ipſum probe continere, & regere poteſt, is videtur alios quoque continere & regere poſſe: & contra.

IV. Continentia, doctrina & aſſuefactione redditur facilior.

V. Sæpe fit ut nō aſſuetis difficilima videantur ea, quæ aſſuefactis vel facilima eſſe videntur.

VI. Nonnullæ naturæ etiam ſine doctrina ad moderationem inclināt, quas doctrina ſi acceſſerit eo reddit moderatiores Si enim pręclare doctrina etiam vitioſiſſimam naturam poteſt excolere, cur non etiam excolit minus vitioſam?

VII. Obiecta cōtinentiæ quibus curſus eius ſæ-

rientia ipſius Quint. Deinde difficile nõ eſſe probat, primum laude & cõmendatione legatorum Quincti: ſecũdo enumeratione aliquot modorũ quibus imperii miniſtri in officio quæant contineri. Legatorum laus in quinq; fere reb. cõſiſtẽs incipit pag. 7. lib. 1. Quanquã legatos habes eos &c. & petitur primo à prompta benefaciẽdi volũtate ipſorum legatorum. Facile eſt enim in officio continere eos, qui ipſi per ſe accuratam ſuæ dignitatis habent rationem. Secundo, ab eorum loco & conditione. Qui non ſunt obſcuro loco nati, ſed honore & dignitate præſtãt, labore non magno in officio cõtinentur. Tertio ab ætate. Iuſtæ & maturæ ætatis homines ad præſtandũ officiũ ipſi propẽdẽt. Quarto à doctrina & inprimis cognitione hiſtoriarum. Iis .n. qui hiſtorias legũt aut ſcribũt, in illa exemplorũ multitudine facile eſt deligere, quos ad imitãdũ ſibi proponãt. Quinto, à benevolentia & amore erga pręſidem prouinciæ Q. Ciceronẽ. Qui amãt & colunt magiſtratus ſuperiores ii ſeipſos quoq; regũt diligẽtius ne eos aut offendãt, aut deformẽt. Modi autẽ legatos & adminiſtros ſuos in officio continendi Quinto Ciceroni à Marco fratre præſcribuntur octo. Quorũ primus eſt p. 8. ibi Quæſtorem habes. &c. Quæſtor quę officii erunt faciet, ſi ſit ſua ſpõte moderatus, & ſi inſtitutis & præceptis magiſtratus obtẽperet. Ideoque ante omnia bonis inſtitutis & præceptis eſt informãdus. Secundus modus eſt diſſimulationis. ead. pag. ibi Quorũ ſi qui forte. &c. Facilius regũtur legati & Quæſtores ſi pſes nõ ad viuũ omnia, reſecet, ſed ad q̃dã p-

ſertim ad dignitatẽ ſuã ꝓprie ptinentia prudẽter cõniueat. Huiuſmodi.n.lenitate plus ſæpe efficitur q̃ nimia ſeueritate. & vnũquẽq; miniſtrũ excutere, omnes ſordes ſcrutari velle illiberale eſt. Tertius eſt ἐκλογῆς ſeu delectus.p.9.ibi. Sed habes eos tecũ. Præſes pſertim in officio ſuo aliquandiu verſatus, & cautior factus hoc quoq; modo comites & miniſtros ſuos in officio cõtinebit, ſi prudenti adhibito delectu recte faciẽtes penes ſe retineat; minus cõſulentes exiſtimationi ſuę remoueat. Tribuitur autẽ hoc pſidib. veteranis: recẽtes.n. ex ſuo ingenio alios iudicantes facile decipiuntur. Quartus eſt de εὐπροσηγορία & fugiendis ſuſurronum delationib. pag. eadem ibi, Hunc vero terti⁹ hic ann⁹ &c. vt ſcilicet pręſes libẽter alios ipſe audiat, neq; adulationibus vel calũniis decipi ſe patiatur. Quintus de cura annuli ſeu obſignationib. & ſubſcriptionib pag ead. ibi. Sit annulus tuus. Inſolẽtia. n. miniſtrorũ plurimũ augetur, ſi annulũ obſignatorium, principis, ipſi in ſua habeãt poteſtate. Debet autẽ annulus illi teſtis eſſe, nõ alienę volũtatis, ſed ꝓprię ipſi⁹ principis, quo ipſo facultas inſoleſcẽdi, & perperã agẽdi, aulicis adimitur Sextus eſt de Accẽſis & Apparitoribus pag. eadẽ. ibi. Accẽſus ſit eo &c. Hos autẽ in officio cõtineri poſſe ait, ſi more maiorũ libertis hæc ipſa cõmendentur atq; ita quidẽ vt ea nõ habeãt loco beneficii, ſed laboris ac muneris. VII. eſt de lictorib. pa. ead. ibi, ſit labor, &c. vbi lictores facile regi ait ſi ſeueritate quadã interueniẽte aſſueſiãt, vt ad volũtatẽ & mores pſidis ſe totos cõponãt, nihil p ſe aut indulgẽter aut nimis ſeuere agant ſed

efficiant vt faſces & ſecures potius ſint dignitatis quam poteſtatis inſignia. Octauus & poſtremus eſt δωροδοκία ſeu de largitionibus nō admittendis p. 10. ibi, Deniq; hæc opinio ſit &c. Id enim ſi fiat, miniſtri ſtudioſiores erunt integritatis & officii, vtpote cum intelligant principē inimicū eſſe ſolere non iis tātum qui acceperint, verū iis quoque qui dederint. Nemo etiā facile aliquid dabit miniſtris, vbi hoc erit perspectū per eos, qui munerum eliciendorum cauſa plurimum poſſe apud magiſtratū videri volūt, plane nihil impetrari ſolere. His autem Appendicem ſubiungit de vitanda in omnibus duritie, & nimia ad ſuſpicionem propenſione, quam ita Quintum moderari cupit vt iis in quibus iam aliquoties offenderit plane nihil, iis vero qui nunquam in ſuſpicionem venerunt ſine dubitatione pleraque omnia credat & committat.

VERBORVM DECLARATIO.

VSVS *ipſe erudiuit*] ipſa te docuit experiētia, vt ex rudi fieres peritus ſine vllis cuiuſque præceptis.

Nequaquam ſatis eſſe] ſimile quid etiam aſſeritur in 3 Verr. his verbis. *Si innocentes exiſtimari volumus, non ſolum nos abſtinentes, ſed etiam noſtros comites præſtare debemus.* Qua in re anteceſſorē ſuum Appium plurimū in Ciliciæ gubernatione peccaſſe indicat Cicero Ep. 1 lib. 6. Ad Atticū, vbi inter alia, Appio inquit, imperāte exhauſtā eſſe ſumptib. & iacturis prouinciā; ſe vero iā obtinente nummū nullum eſſe erogatū, nec pri-

priuatim, nec publice. Mox addit. Quid dicam de illius præfectis, comitibus, legatis de cõtumeliis? In eandem ſententiam Cicero in L. Piſonem ait. Neq; multum intereſt, præſertim in conſule, vtrũ ipſe pernicioſis legibus, improbis concionib. rempub. vexet, an alios vexare patiatur.

Hiſce habere virtutes] integritatem & continentiam.

Circumſpiciendum] circũquaq; in omnes partes & in omnes adminiſtros imperii oculos conii ciendo, & obſeruando quid à quolibet recte aut ſecus fiat.

In hac cuſtodia] adminiſtratione, gubernatione. in qua hoc potiſſimum agitur, vt ſubditi ab omnib. iniuriis cuſtodiãtur. Quod & boni paſtoris officiũ eſt, de quo Virg. 4. Georg. dicit. Peculum cuſtodia ſollers. qui ipſe actus cuſtodiẽdi & uẽdi Græcis quoq; eſt φυλακή; & magiſtratus apud Græcos inſignia epitheta ſunt χοράφυλαξ, ἱεροφυλαξ, νομοφυλαξ, εἰρηνοφύλαξ.

Omnes miniſtros imperii] Qui jã vulgo vocantur officiales; à publicis quibus præſunt, officiis. Qua voce etiam Apuleius & Modeſtinus jcti vſi ſunt; quibus ipſis princeps carere nõ poteſt. Nam & Xenophõ. Pauca vnus videt, vnus audit. Cum contra multos principis oculos, multas aures eſſe oporteat. Et vt Liuius. Qui de ſua vnius ſententia omnia geret, ſuperbũ hũc judicabo magis quam ſapientem. Eadem autem Nicocli ſuo præcipit Iſocrates, ἀκριβεῖς ποιοῦντας δοκιμασίας τῶν συνόντων, εἰδὼς ὅτι πάντες οἱ μὴ σοὶ πλησιάζοντες ὅμοιον σε τοῖς χρωμένοις νομοῦς.

Præſtare videare] Præſtare aliquẽ, eſt prædem eſſe pro aliquo, & periculum aut damnũ quod ex eo timetur in ſe recipere: quaſi de eius dictis & factis rationẽ reddere, ipſius culpæ deſpendia luere, damna ab ipſo data reſarcire quis velit. Quod Iſocrates ſic Nicocli præcepit Græce τοιούτους ἴσθι τοῖς πράγμασι, τοῖς διὰ σοῦ γιγνομένοις, ὡς αὐτὸς αἰτίας ἕξων ὧν ἂν ἐκεῖνοι πράξωσι. Sic in quadam Epiſtola ad Atticum. Quid debet, inquit, qui conſiliũ dat præſtare, præter fidem? Germanice dicimus Fur einen gut ſein / ihn gewehren / als einen Ehrlichen vnd nutzen mann vnd wo er anders befunden / den ſchaden auff ſich nemmen. Sic dicimus præſtare damnum, incommodum, culpam, exitum, factum. Quam autem hoc graue ſit, patet ex poſtrema Ciceronis epiſtola, ad Brutũ; vbi maxime inquit, afficiebar dolore, quod cum me pro adoleſcentulo reſpub. accepiſſet vadem, vix videbar, quod promiſeram, præſtare poſſe. Eſt autem grauior & difficilior animi & ſententiæ, maximis præſertim in rebus, pro altero, quã pecuniæ obligatio. hæc enim ſolui poteſt & eſt rei familiaris iactura tolerabilis: reipub. quod ſpoponderis quemadmodum ſoluas niſi is dependi facile patitur, pro quo ſpoponderis.

Sociis] in prouincia habitantibus; de quibus paulo ante plura dicebamus.

Ciuibus] Publicanis & negotiatoribus in prouincia tua res ſuas agentibus.

Quanquam] Correctio

Legatos] quos nos Germani Gallico vocabulo vocamus *Lieutenant*, oder Stathalter q.d. locum

tenentes. erant enim præſidum Vicarii & officiales, quorum illi opera & induſtria in rebus peregre expediendis vtebantur. Numero fuerunt octo vel ad ſummum quindecim.

Tubero] Huius meminit ſub finem orationis pro Plãcio his verbis. Cũ ad me L. Tubero, meus neceſſarius, qui fratris mei legatus fuiſſet, decedens ex Aſia veniſſet.

Cum ſcribat hiſtoriã] Non in iucundum fore arbitror ſi hic referam, quæ annotauit P. Victorius V. L. lib. 38. Cap. 5. vbi de fructu, qui capitur ex hiſtoria aſſeuerat idẽ exiſtimaſſe Plutarchum quod ſenſerit Cicero. his verbis. Narrat Plutarchus in vita ipſius, de diligentia loquens quã adhibuit Paulus Æmilius, qui deuicit Perſen, regem Macedonũ, in ornanda vita ſua, & omni virtute expolienda; ſolitum eum tanquã in ſpeculũ inſpicere in hiſtoriã atq; ita ſtudioſe ſemper conatũ eſſe imitari virtutes & præclara facta eorũ, qui illic laudati forent. hæc autẽ profecto non parua vtilitas eſt, q̃ capitur ex hiſtoria: ipſiusque omnes qui volunt, & animo eo cõtẽdunt particeps eſſe poſſunt: Expoſita .n. hiſtoria eſt cunctis hominibus: nec vllos mortales à ſe reiicit. Sed tamen aliquãdo maiores & vberiores inde fructus vidẽtur capere poſſe, qui ipſam ſcribunt: ſubtilius n. ipſi poterant q̃ laude digna ſunt, & q̃ contra: omneque ſtudiũ ſuũ ponere debẽt in hominib. qui recte aliquid fecerint, & vtiles valde cæteris fuerint, celebrãdis: turpe autẽ ipſis foret, ea, q̃ illic cõmendarint, vita & factis nõ exprimere. Quare Cicero in epiſt. illa lõga ad Q. fratrẽ, plena optimorũ

præceptorum, cum de hac reſentiret, ita locutus eſt. Oſtēdebat autem tunc. Quintum multos ſecum habere ſocios illius muneris, qui toto animo ſeruirent laudi, & honori ipſius. Tubero quē ego arbitror, præſertim cum ſcribat hiſtoriā multos ex ſuis annalib. poſſe deligere, quos velit, & poſſit imitari. Sūt igitur duo hi loce valde ſimiles & oſtendunt nobis, quo animo, & conſilio hiſtoriam in manus capere debeamus.

Et quod hic Victorius ex Plutarcho de Paulo Æmilio refert: idem pęne iam pridem ante de Q. Maximo, & P. Scipione ſcripſerat Saluſtius, in principio Iugarthæ. Sæpe inquit audiui Q. Maximum, P. Scipionem præterea, ciuitatis noſtræ præclaros viros ſolitos ita dicere, cum maiorum imagines intuerentur, vehementiſſimè ſibi animum ad virtutem accendi, ſcilicet non coram illam, neque figuram tantam vim in ſeſe habere, ſed memoria rerum geſtarum vnam flammā egregiis viris in pectore creſcere neq; prius ſedari, quam virtus eorum famam atque gloriam adæquauerit. Et hoc illud eſt quod Plutarchus in Timoleonte dixit. Tanquam in ſpeculo ornare & componere vitam ſuam ad alienas virtutes.

Multos] egregie officio legatorum in prouinciis functos.

Ex ſuis Annalibus] qui ſunt quaſi prima lineamēta videlicet ſciographiæ integræ hiſtoriæ, vt paulo ante dixi. Hiſtoriæ C. Tuberonis meminit A. Gellius lib. 6. cap 344. & lib. x. c. 28.

Velit & poſſit] Bene hæc duo coniungit volun-

luntatem nimirum & facultatem, quarum neutra ſine altera quidquam poteſt.

Imitari] in hoc ſuo officio.

Allienus] ludere videtur in voce alienus. q. d. nomine quidē alenus, re autem vera noſter eſt.

Ita laborare] Anxium & ſollicitum eſſe. Alibi non laboro de nomine. De ſe nihil laborat. De re alicuius laborare.

Etiam de noſtra laborat] Amicorum enim omnia ſunt communia. Significat igitur Gratidium ita in omnibus officii partibus accuratum fore, cum ſuæ propriæ exiſtimationis cauſa, tum etiam ne Quinto Proprætori, ſummo amico ſit dedecori.

Quæſtorem] Aſconii in diuin. hæc verba ſunt: Prima ſenatoris adminiſtratio erat quæſtorem fieri, & in prouincia curam gerere pecuniæ publicæ in vſus aduerſos erogandæ: eiuſq; rationes vbi ex prouincia rediiſſet, ad ærarium referre. Quæſtores autem comitiis tributis creabantur: poſtea juſſu ſenatus prouincias ſortiebantur. ſorte igitur huic Aſia obtigerat.

Non tuo] ſicuti legatos tuo judicio delegiſti.

Inſtitutis] moribus, certo conſilio & ratione ſumptis, niſi malis accipere pro inſtitutione. germanicè diceres, Er muß ſich nach deiner weiſe richten.

Sordidior) ad rem attentior, auarior. ſorditas vel ſordities, μικροπρέπεια Græcè: ut ſi quis alias μεγαλοπρεπὴς videri volens, calceos veteres vendat. Velut Cato, ſervos vetulos. Germ. filzig.

Ferres eatenus] tantiſper conniveres dum, contra præſcriptas leges aliquid admitteret.

Quoad] pro quatenus.

Per ſe negligeret) In partibus officii ſui à repub. commiſſi. q. d. Si præter commune legatorum officium & quæſturæ munus à Repub. ipſi concreditum, tu peculiarem aliquam poteſtatem illi, puta juriſdictionem commiſiſſes, qua turpiter abuteretur, diſſimulare id ne ad momentum quidem deberes: quia hoc ad dignitatem & exiſtimationem tuam pertinet. In altero ad rempubl. pertinente tam diu conniveres, donec per ſe negligeret eas leges quibus à Repub. eſt adſtrictus. Proprætoribus autem licuiſſe legatis, & quęſtoribus tale quid ſuo arbitrio injungere, patet ex Ciceronis orationibus Verrinis.

Adſtrictus] tanquam vinculis, non temerè relaxandis. eius enim poteſtas non indefinita, ſed quaſi finibus & cancellis quibuſdam circumſcripta & alligata eſt. Sicut enim alia animalia, vinculis, & loris, ita homines legibus aſtringuntur.

Ea poteſtate] præter, videlicet, officium legat aut Quæſtoris à te conceſſum.

Ad quæſtum abuteretur] ea enim culpa in te redundaret, qui ipſi eam poteſtatem credidiſti: atq ita incuterent aliena tibi peccata pudorem.

Præſertim cum hi mores ad nimiam levitatem Sunt qui legant lenitatem: atq; hoc non ſine ratione, ut nimirũ lenitas nimia ſignificet indulgentiã, & diſciplinæ laxationẽ, cui cum pleriq; omnes in repub. quacunq; indulgent; admodum difficile

ædle eſt paucos aliquam etiam umbram diſciplinę conſervare.

Ambitionem) Nimiæ lenitati adjungit ambitionem; quæ fermè indulgentiæ cauſa eſt. Putant enim, quantumvis præpoſterè, illi diſciplinæ publicè laxatores, ſe apud ſtultam plebeculam, & imperitam juventutem, in maiori authoritate & gratia futuros, & quidlibet ab illis impetraturos eſſe, ſi more Mitionis Terentiani, dent: prætermittant. quaſi non neceſſe habeant omnia pro ſuo jure agere. atq; ita diſciplinæ veteris nervos privati commodi cauſa incîdunt.

Incubuerint] tanquam paries, & murus ruinam minitans, & in unam aliquam partẽ, qua caſurus eſt, ſe inclinans. Plaut. Aulul. Hoc ſervi officium reor, retinere ad ſalutem, non eum, quo incumbat, eò impellere.

Scrutari] ἐξετάζειν, ἐρευνᾶν, inquirere in aliq.d, Hor. Scrutari ignẽ glad. Scrutari tabel. arcana, veſtigia.

Excutere) quaſi aliquid furto ſublatum occultet. Cicero etiam pro Roſcio, utrumq; hoc verbum coniungit. non ait, excutio te, ſi quid fortè ferri habuiſti: non ſcrutor. Innuit autem malæ & inveteratæ conſuetudini per diſſimulationẽ non nunquam aliquid dandum eſſe; ne ſoli videamur ἀκεκιβοδίκαιοι, καὶ ἀντιπνεῖν αἴμωσι, quaſi omnia volentes ἐξακριβοῦν καὶ ἐξετάζειν, Germanicè. beſuchen/ rechtfertigen / unterſuchen.

Quanta ſit in quoq; fides] Non jubet planè nulli credere: eſt enim idipſum nimiæ κακοηθείας, ex ſua propria gravitate, de omnibus aliis malè ſuſpicantis. ut enim, quod paulò poſt dicet, quiſq; eſt

vir optimus, ita difficilimè alios eſſe improbos ſuſpicatur. ex adverſo, ut quiſq; eſt vir péſſimus, ita difficilimè eſſe alios probos ſuſpicatur. Vult igitur, fratrem, ſuorum familiarium ingenia & naturas diligenter dignoſcere, & tantum cuiq; fidei, quantum meretur, habere. Huc illud Phocil. Μὴ πίστευε τάχιστα πρὶν ἀτρεκέως πέρας ὄψῃ. Item Epicharmeum illud Νᾶφε, καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν. ταῦτα νεῦρα τῶν φρενῶν. Item Euripid. σώφρονος ἀπιστίας οὐκ ἔστιν οὐδὲν χρυσιμῶτερον. Vbi emphaticum eſt Ephitheton σώφρονος, ne nobis ſuſpicacem illam, & ſub quolibet lapide ſcorpium dormientem, ἀπιστίαν commendari arbitremur. Nam & Heſiod. dixit πίστις δ' ἄρα ὁμῶς καὶ ἀπιστίας ὤλεσαν ἄνδρας Qua in parte ſe quoque medium tenere, Cicero epiſtola 20. lib. 2. ad Att. ait his verbis. Quia pragmatici homines omnibus hiſtoriis, præceptis, verſibus deniq; cavere jubent, & vetant credere: alterum facio ut caveam; alterum ut non credam, facere non poſſum. Facit & huc illud Theog. παύροισιν πίσυνος, μεγάλ', ἀνδράσιν ἔργ' ἐπιχείρει. μὴ κατ' ἀνήκεστον κύρνε λάβῃς ἀνίην. Paucis dicit, non omnibus. Nam, ut Seneca ep. 3. ait, utrumq; in vicio eſt, & omnibus credére, & nulli. ſed alterum honeſtius, alterum tutius.

Eos quos tibi comites & adiutores] Alios enim, ut ex prioribus quoq; patet, auctoritate publica ſibi adjunctos habebant provinciarũ præſides, ut quæſtores, alios privato ſuo conſilio ſibi adjunxerant, ut legatos & præfectos.

Adiutores negotiorum] Cum enim, ut Cicero 1. offic. ait, omnis ratio & inſtitutio vitæ adjumenta ho-

ta hominũ deſideret: maximè ea opus ſunt principi, qui ſua ſcientia non omnia poteſt complecti: cum, ut Tacitus ait, fieri non poſſit, ut unius mens, tantæ molis, capax ſit. Neceſſe igitur eſt, ut princeps ſit ſapiens τῶν σοφῶν συνουσίᾳ, quos in partem curarum adſumat. certò, cum eodem Corn. Tacito ſciens, magna negotia magnis adjutoribus egere.

Duntaxat finibus] eouſq;, eatenus, ſo ferm/ ut videl. ſi poteſtate ad dignitatem à te accepta ſordide abutantur, tum demum à te ſine mora coërceantur. Sin verò in re aliqua ad rempub. pertinente delinquant, tum idipſum aliquandiu diſſimiles, donec manifeſtis indiciis ſe ipſam prodat illa ἀνομία. Hoc enim reſpub. illud tu ipſe præſtare teneris.

Domeſticis convictionibus] tanquam domeſticos, & familiares, jucunditatis & ſodalitatis gratia tibi conjunctos: quales fuerunt adoleſcentes Romani, qui rei militaris aut peregrinationum gratia magiſtratus in provinciis ſequebantur. Umb beſchens willen.

Aut neceſſariis apparitionibus] quod Germani dicunt auffwartung. de iis enim loquitur, qui magiſtratui in imperio præſtò ſunt, & quaſi ſemper ob oculos verſantes, ad obſequendũ, & juſſa capeſſendum vigiles, prompti & expediti ſunt. Græce ὑπηχόοι, quod ad manum præſtò ſint. unde verbum apparere, pro ad obſequendum præſtò eſſe, etiam uſurpat Virg. XII. Æneid. de diris cœleſtibus loquens:

Hæ Iovis ad ſolium, ſævíq; in limine regis
Apparent.

Et Gellius lib. 2. Poſteaquam lictor, qui apparebat, intellexerat.

Vocat autem apparitiones neceſſarias: quia talium opera magiſtratui non eſt ſupervacua, ſed talis, ut ea carere nunquam poſſit. Quid eſt enim magiſtratus ſine miniſtris?

Tecum eſſe voluiſti) à te ipſo nimirum, non ſorte, ſed privato judicio in provinciam deductos.

Cohorte Prætoris) Docet Aſconius, omnem magiſtratum, cui exercitus pareret, prætorem à veteribus appellatum eſſe. Erat autem cohors prætoria intimus prætoris comitatus, ſeu manus militum, partim evocatorum, partim adoleſcentiũ nobilium, quæ in caſtris, & in agmine atq; acie, vel imperatori, vel proconſuli, aut proprætori etiam in provincia ad nutum præſtò eſſe ſolebat, ita ut ab ea nunquam diſcederet. Deß Landspflegers oder Obriſten Gwardia/ oder Leibfahne.

Horum non modo facta] quia à te ipſo privato judicio ſunt delecti. Atq; ita ſi vel dicto vel facto delinquant, eorum errata non reipub. ſed tibi imputabuntur, eorumq; culpa in te redibit. Melius igitur eſt, ut loquitur Tacitus, officiis & adminiſtrationibus non peccaturos præficere, quã damnare cum peccârint.

Facta, dicta] ut non modò nihil injuſtè faciant, verum etiam à dictis iniuriis, contumelioſis & impuris abſtineant.

Sed habes eos) A facili, quod comites Quinti ſint

ſint tractabiles, & in officio contineri, non ita difficulter poſſint.

Diligere] quod minus eſt quam amare. Sicut Græcis φιλεῖν minus eſt, quam ϛέργειν.

Diligere, coercere) Argumentum à facili. Boni autem amando, ſeu præmio, improbi coërcendo, tanquam pœna in officio continentur: ita quidem, ut pœna hæc ad paucos, metus & emendatio ad omnes perveniat. Sicut Solon dicebat, rempub. duabus rebus contineri, præmio & pœna. Quarum hanc niſi adhibeat princeps, uſurpari de eo poterit illud Senecæ in Medea. Qui nõ vetat peccare, cum poſſit, jubet.

Rudis] ἄπειρος, cum nimirum recens in provinciam veniſſes, neque ſingulorum ingenia & naturas ita exactè perſpexiſſes.

Liberalitas] id eſt hominis ingenui, liberalis & aperti bonitas, candor, facilitas, vel etiam liberalitas: quæ non tam pecunia, quam opera exercetur. de qua in primo offic.

Vt quiſq; eſt) Et ex adverſo, ut quiſque eſt vir peſſimus, ita difficilimè alios probos eſſe ſibi perſuadere poteſt: quando ea fere ſuſpicari de aliis homines conſuevere, quorum ipſi ſibi ſunt conſcii. Vnde verè & eleganter dictum eſt ab Ariſtotele in Ethicis ad Eudem. lib. II. Ὁ φαῦλος, καὶ κακοήθης πρὸς πάντας, αὐτὸς γὰρ μετρεῖ τοὺς ἄλλους. διὸ εὐεξαπατητότεροι εἰσὶν οἱ ἀγαθοί, ἂν μὴ διὰ πεῖραν ἀπιστῶσιν.

Difficilimè] niſi cauſæ manifeſtiſſimæ appareant, atque ita ſuo periculo tandem experiatur nõ omnibus eſſe fidendum.

Suſpicatur] omnes enim candidos, apertos, & ſui ſimiles arbitrantur.

Cautiorem] alii legunt. Cautionem etiam diligentiorem: quod in medio relinquo. Vtroq; n. commendatur ἐυλάβεια, & circumſpectio creſcens potius, quam aliquid remittens. Nam hac quoq; in parte, qui non fit melior, deſinit eſſe bonus. Vigilandum autem eſt ſemper, quum multæ inſidiæ ſunt bonis.

Sint aures) Id eſt, jube omnes palam loqui in 1
publica audientia, tam miniſtros quam litigantes.
Suſpecti enim eo in loco ſunt clandeſtini ſuſurri,
& conſilia domeſtica, ex aulæ ferè mancipiis cõ-
ſtantia, quibus honeſta atq; inhoneſta laudare
mos eſt; dummodo rem ſuam augeant. Sit igi- 1
tur, vult dicere, aures tuæ iis patulæ, qui apertè,
quod res eſt, dicunt: Sint verò clauſæ ſuſurroni-
bus & aſſentatoribus; & conſiliariis cubiculariis,
qui in publicis conſultationibus decreta ſæpe re-
tractant. Vel aures tuæ ita ſint comparatæ, ut o- 2
mnes animadvertant, te revera & ſerio audire,
attẽdere, & obſervare, quod in præſentia dicitur.

Exiſtimentur audiri] Commendat ipſi ſeriam attentionem, etiam in aliorum circumſtanti-
um oculos incurrentem: quæ animo non pere- 2
grinetur, aut aliud agat. Idipſum enim judicem admodum facit de negligentia & injuria ſuſpectum, & contemptum.

Ficte & ſimulate] Quod ii faciunt, qui apud
principem videri volunt multum poſſe; ideoq; 3
oſtentationis gratia in aurem eius aliquid inſu-

ſurrare

ſurrare ſe ſimulant, intuentibus iis, quos eo nomine argento ſtudent emungere.

Huc illud Zenonis apud Stobæum ἔλεγχε σαυτὸν ὅστις εἶ, μὴ πρὸς χάριν ἄκουε, ἀφαιροῦ δὲ κολάκων παῤῥησίαν.

Sit annulus) De cuſtodia annuli ſignatorii, quẽ accurate à magnatibus reconditum fuiſſe etiam arguit vox σφραγιδοφυλάκιον, ſignificans peculiare receptaculum cuſtodiæ illi deſtinatum. De uſu annulorum multa habet, Macrob. ſat. 7. c. 13. & inter illa hæc quoq;. Nec plus habere quam unũ licebat: nec cuiquam niſi libero: quos ſolos fides deceret, quæ ſignaculo continetur. Ideo ius annulorum famuli non habebant. Et paulo ante Veteres non ornatus, ſed ſignandi cauſa annulum ſecum circũferebant. De annulis vide Plinium lib. 33. cap. 1.

Vas aliquod] Vaſa Græcis ſunt σκεύη, τεύχεα. id eſt res & ſuppellectilia ſiue etiam inſtrumenta omnis generis, quæ etiam lat. nonnunquam ſunt vaſa. quib. quam multis modis aliquis abuti poſſit notum eſt. Talia etiam ſunt pocula & vaſa culinaria, quæ in aulis & familiis magnatum huc illuc temere à quibuslibet circũferuntur. Germanicè, Ein jeder ſchleppet ſich damit. Franciſcus tamen Robertellus lib. 2. Emẽdationum cap. 17. conrra P. Manutium contendit, legendum eſſe vas aliquis. Ita vt vas vadis non pro vaſe accipiatur, ſed pro ſponſore. q. d. Marcus Cicero, videndum tibi eſt, ô Quinte ne annulus tuus ſit tanquã vas, aut ſponſor aliæ voluntatis, id eſt, ne aliquis

tuorum, quæſtum hac ratione faciat in prouincia, dum annulo tuo prætorio multa obſignat te inſciente, corruptus largitione alicuius prouincialis. Fuiſſet igitur tum annulus tuus vere ſponſor, & vas voluntatis alienæ, id eſt eorum, qui pecunia corrupti erant. Nam ſicuti creditores vadem poſtulant, ita illi prouinciales, ne temere pecuniam darent; iis qui polliciti erant ſe obſignaturos prætoris edictum, aut interdictũ aliquod, poſtulabant ante vadem, ac veluti ſponſorem aliquem. Is autem erat annulus proprætoris. Obſignationem enim vbi viderant, ſe decipi poſtea poſſe, nõ credebant. Nam vulgo ſi habemus manum & ſigillum alicuius, tum dicimus nos vadẽ ſeu fideiuſſorem ſufficientem habere.

Vſitatam tamen lectionem retinet & probat Adr. Turneb. aduer. lib. 27. c. 1. pręmiſſa prius loci huius explicatione, his verbis. Hoc, vt opinor, ſentit, ne paſſim ſinat annulum ſuum ſignatoriũ à quouis, vt domeſtica vaſa tractari, vulgoque & temere ſine delectu quiduis obſignari, ſed eo ſolus vtatur: alius non abutatur; ſolusque quod ius fasq; ſit annulo ſignet. Vas igitur eſt, vt ſi Græcè σκεῦος diceres. Vaſorum autem in domeſticorum familia vſus eſt cõmunis. His addit ibidẽ Turnebus. Non deſunt, quibus vas aliquis legẽdum videatur, homines de vtraq; lingua bene meriti: ſed cum eam ſententiã quam expoſui, nec ineptam, nec inſulſam, imo vero prudẽtię & grauitatis plenam videã, cur ab ea mihi recedendum ſit nondum videre poſſum.

Ipſe

Ipſe tu] cuius perſona abuti quilibet veretur. Id autē fiet, ſi omnia decreta, diplomata, tabulæ, codicilli & quæcunq; alia obſignāda, à te ipſo accuratiſſime antea perlegētur, & expēdētur, & poſtea demū obſignabūtur. Quam autē hoc neceſſarium ſit, docet exemplū Imp. Theodoſii ſecundi, qui cū plus iuſto ꝓcliuis eſſet ad quibuslibet obſequendū, adeo vt ſæpe ſchedis nō lectis manū & ſigillū adderet; Pulcheria ſoror eius hoc animaduertēs, callide ſe munus petere ſimulans, per literas poſcebat ſibi in ſeruitutē tradi Eudoxiam cariſſimā Imp. coniugē. Quas cū ille ſigillo mox cōfirmaſſet; ſoror monſtratis & lectis, acriter eum reprehendit, atq; vt deinceps in re tanti momenti cautior eſſet, grauiter & amice admonuit, teſtibus hiſtoriis eccleſiaſticis, & Suida. In ſacra quoque hiſtoria non obſcure notatur rex Achabus, quod publicū regni ſigillum, in poteſtate vxoris Iezabelis eſſe pateretur, cūm illa regis nomine ad Seniores populi literas daret, quibus innocentis Nabothi cædem mandabat.

Non miniſter alienæ] vt ſcilicet cuilibet, quādo velit aut libeat, ipſo vti vel abuti liceat. In ſumma annulus ſit tanquam ipſe magiſtratus, cui ea fides habeatur, quę magiſtratui coram præſenti. Sit teſtis, quod certo & reuera propraetor illa fieri velit, quæ anulo ſunt obſignata. Quod nulla fraus, nullæ corruptelæ interuenerint.

Accēſus] cuius munꝰ erat iuſſu magiſtratꝰ alios accire, ſeu citare ad prętorē ius poſcētib. & importunis interpellatorū clamoribus ſilentiū impera-

re, noſtris der Gerichtknecht. Sic infra dicet. Tacuit accenſus. Dictus eſt accenſus ab acciendo, vt aſſerit Turneb. Aduerſ. lib. 29. cap. 19. Vbi accenſi, inquit, dicuntur, quod accientur, quaſi accerſiti. Alij in militia accenſi vocabantur, quaſi poſtea additi, vel adnumerati, quàm legio fuiſſet completa: quos etiam, neſcio quali vocabulo, ſupernumerarios aliqui dixere. Vide Vegetium lib. 3. cap. 14. Vbi, quibus, inquit, ſcuta deerant, ſiue lapidibus manu iactis, ſiue miſſilibus in hoc ordine dimicabant quos accenſus, tanquam iuniores & poſtea additos nominabat. Item Feſtus in voce accenſi, inquit: accenſi dicebantur, qui in locum mortuorum militum ſubito ſubrogabantur: dicti ita, quia ad cenſum adiiciebantur. Sicuti propter inopiam Senatorij ordinis ex equitibus in ſenatũ adſumpti vocabantur adlecti. Aſconius Pædianus in 3. Verri. generalius dixit, accenſus nomen eſt ordinis & promotionis in militia. Sed hic non agitur de militaribus, ſed de togatis accenſis, qui Plinio ſunt oſtiarij.

Eo numero quo cum maiores noſtri eſſe volunt) id eſt, ſit miniſter, non Dominus. Vſitatum enim tum quoque fuit, quod ex hoc loco, & aliunde patet, vt miniſtri publici, facti opulentiores, dominium paulatim affectarent, & vicarios poſtea ſuo loco ſubſtituerent quod noſtro ſeculo quam ſit vſitatum, omnes, non cæci qui ſunt, vident. Omnes enim ferè ſua officia non laboris aut muneris, ſed lucri, ignauiæ & ſuperbię gratia ſibi collata arbitrantur. Et officia olim pæne vi-

nè vilſa, imo ſeruilia quoq; & probroſa, iam etiã tanquam honeſta & primaria certatim appeti videmus. Quod ipſum fatetur Bodinus lib. 3. de Repub.

Cum viatorum, inquit, & accenſorum quondam ſeruilia fuere, nunc honeſta munera putantur.

Non in beneficio] è quo lucrum quæreret, aut quæſtum faceret.

Lictor] Lictorum, ſic à ligando dictorum, munus erat, faſces & ſecures magiſtratui præferre, turbam ſubmouere, ſontes comprehendere, vincire, virgis cædere, ſecuri percutere, ultimoue quolibet ſupplicio nocentes afficere. Græcè ῥαβδοῦχοι. De lictoribus hæc habet A. Gellius lib. 12. cap. 3. Valgius Rufus in ſecundo librorum, quos inſcripſit de rebus per epiſtolam quæſitis, lictorem dicit à ligando appellatum eſſe: quod, cum magiſtratus P. R. virgis quempiam verberari iuſſiſſent crura eius, & manus ligari vincirique à viatore ſolita ſint; iſque, qui ex collegio viatorũ officium ligandi haberet, lictor ſit appellatus: vtiturque ad eam rem teſtimonio M. Tullij verbaque eius refert ex oratione, quæ dicta eſt pro C. Rabirio. Lictor, inquit, colliga manus.

Non ſuæ ſed tuæ lenitatis] Hoc quoque eo ſpectat, vt Quintus ſuam auctoritatem integram retineat, neque miniſtris nimium ſe facilem aut familiarem faciat.

Natura enim hoc genus tale eſt, vt ſi paululum concedas, ſemper ſupra modum plus occupet.

Vnde fit, vt multi ſe Dominum habituros propitium confidant, ſi modo miniſtros habeant, ſibi fauentes. Atque ita fauor & beneuolentia, quæ ad dominum ex aliquo beneficio & gràtia redire debebat, prorſus adminiſtros transfertur.

Quod certe auctoritate magiſtratus prorſus eſt indignum. Præterea hoc quoque præcipit, vt lictor non plus aut minus faciat, quam prætor iuſſerit, neve pœnam ſuo arbitrio vel remittat, vel intendat. ſed exactam Prætori obedientiam præciſe præſtet. In quo ipſo grauiſſime peccabant lictores Verris Act. 6. lib. 5. vbi carnifex parentes eorum, quos iam ſuplicio affecturus erat, ſic alloquitur. Quid, vt vno ictu ſecuris afferam mortem filio tuo, quid dabis? ne diu crucietur; ne ſæpius feriatur. Vbi addit Cicero, non vitam liberúm; ſed mortis celeritatem pretio redimere cogebantur parentes. Vnde apparet lictores & carnifices Verris, ſuo arbitrio ſupplicia iam intendiſſe, iam minúiſſe. idq;, quo nihil turpius eſt, interueniente pecunia.

Lenitatis] vel etiam ſeueritatis, cuius tamen expreſſe non meminit, quod ſciat fratrem in eam alias, plus iuſto, propendêre.

Apparitor] vocabulum generale complectens ſub ſe lictores & accenſos, vt ex hoc loco patet.

Faſces & ſecures] Inſignia magiſtratus Romani & inprimis conſulum & prætorum, quibus in vrbe 12. faſces & ſecures, in prouincia ſex tantum à totidem lictoribus præferebantur. Vnde Rector prouin-

prouinciæ à Polybio nominatur ἐξαπέλεκυς. Quid autem faſcibus & ſecuribus ſignificatum fuerit probabiliter indicat Plutarchus, in quæſtionibus Romanis, Probl. 28. vbi quæritur, cur Prætorum faſces colligati ferantur appenſis ſecuribus? & reſpondetur his verbis. An id ſigno eſt iram magiſtratus non debere eſſe in procliui & ſolutam? an ſolutio faſcium, quæ paulatim fit, moram aliquá iræ iniicit & cunctationẽ, & nonnunquam fecit, vt ſentẽtia de ſupplicio exigendo mutaretur? Iam cum vitiorũ alia ſint ſanabilia, alia inſanabilia; virgis corrigebantur, qui emendari poterant: ſecurib. amputabantur immedicabiles. Hæc Plutarchus. Ex ſententia autem Ouidij merito planè

Immedicabile vulnus
Enſe recidendum eſt; ne pars ſincera trahatur.

Quam poteſtatis] Seuere & acerbe faſcibus caſtigandi (quod Græcis eſt ῥαβδίζειν) aut ſecuribus feriendi, quod iiſdem eſt πελεκίζειν.

Salutem] cum modo & ſecuritate cõiunctam. quod germanicè dicimus jhr Heyl vñ Wolfahrt. Cõmendat autem ei pręcipuè φιλανθρωπίαν & φιλοπονίαν, quę duo firmiſſimũ bono magiſtratui ſunt præſidium. Ferrum quidẽ tuetur principem; ſed lõge rectius & tutius fides, vt Seneca in Octauia loquitur. Præterea nõ obſcurè docẽt hæc verba, verũ eſſe, ꝙ Xenophon in memorabilib. Socratis lib. 3. aſſerit, principẽ aut regẽ, vel etiã magiſtratũ quemcunq; eligi, non vt ſeſe, & ſuos molliter curet, & locupletet: ſed vt per ipſum, ij qui elegerũt, benè beateq; agant. Quod Cicero 5. de rep pluri-

bus explicauit, his verbis, plane memorabilibus, quæ incluſit epiſtolæ 11. lib. 8. ad Atticum. Vt, inquit, gubernatori curſus ſecundus, medico ſalus, imperatori victoria: ſic moderatori Reip. beata, ciuium vita propoſita eſt, vt opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honeſta ſit. huius enim operis maximi inter homines, atque optimi illum eſſe effectorem volo. Non igitur ſine cauſa Homerus, principem ſuum ποιμένα λαῶν, vocat. Et Xenophon, inquit, bonum Principem, nihil à bono patre, differre. Maximo, inquit, Saluſtius, imperio, maximam curam ineſſe. Et vt Seneca. Omnium ſomnos boni principis vigilantia defendit, omnium otium illius labor, omnium delicias induſtria, omnium vacationem illius occupatio. Ideo remiſſum aliquando animum habebit: ſolutum nunquam. Sciat igitur quiſquis aliis regendis præeſt, ciuium non ſeruitutem ſibi traditam eſſe, ſed tutelam: nec rempublicam ſuam eſſe, ſed ſe reipubl. Audiat item Claudianum his verbis Honorium Imper. compellantem.

Tu ciuem patremq; geras, tu conſule cunctis,
Non tibi: nec tua te moueãt, ſed publica damna.

Tyranni enim propriũ eſt, ſuum ipſius commodum ſpectare, & quærere: ſed regis, ſubditorum. Et hoc quidem animo erga ſuos fuiſſe, optimos quoſque principes & reges in confeſſo eſt. Xenophon certe de Ageſilao ſua ita ſcribit: ἅπαντες ἐπιστάμεθα ὅτι Ἀγησίλαος ὅπου ᾤετο τὴν πατρίδα ὠφελήσειν, οὐ πόνων ἐφίετο, οὐ κινδύνων ἀφίστατο, οὐ χρη-

οὐ χρημάτων ἐφείδετο, οὐ σώματος, οὐ ψυχῆς. προσυφατίζετο. ἀλλὰ καὶ βασιλέως ἀγαθοῦ τοῦτο ἔργον ἐνόμιζε, τὸ τοὺς ἀρχομένους εἰς πλεῖστα ἀγαθὰ ποιεῖν. Et Ariſtoteles in quadam epiſtola Alexandro præcipit, δεῖ πειρῶσθαι ἀρχὴν μὴ εἰς ὕβριν, ἀλλ' εἰς εὐεργεσίαν καταστῆσαι πρὸς ἀρχήν. Talis ergo principis, vt Seneca ait, magnitudo ſtabilis fundataq; eſt: quem omnes tam ſupra ſe eſſe, quam pro ſe ſciunt.

Qui vel qui d acceperint] δωροφάγοι facti, aut corruptelis munerum implicati.

Qui dederint] Eo, quod parum honorificè de tua tuorũq; integritate ſenſerint: aut ipſi de bonitate ſuæ cauſæ deſperauerint, atq; ita doloſe iudicẽ quoq; ad iniquitatem pertrahere fuerint conati. Qui.n.vel blanditiis, vel muneribus, vel alia quacunq; ratione animum iudicis cupiunt inflectere, ij perinde faciunt, ac ſi architectus aliquis regulã aut normam ipſe intorqueret, qua nihilominus in angulis aut corporum quorumcunq; ęqualitate examinãda vti poſtea vellet. Eſt autẽ dignum obſeruatione hoc præceptũ, modum magiſtratui ſuperiori pręſcribens quo δωροφαγίαν inferiorum iudicum poſſit coërcere. Quãuis ad idipſum plurimum momenti afferre debebat ſeueriſſimum illud veri Dei interdictũ, quod legitur Deut.c.16.v.19. Ne pervertito iudicium, ne accipito perſonã, neq; ſuſcipito munus: quia munus excæcat oculos ſapientum. & pervertit verba iuſtorum. Vbi obſeruatione digna ſunt verba, Ne pervertito iudicium: quibus inter alia prohibetur, ne quis muneribus iudicẽ audeat corrumpe-

re,quod is non minus peccet,quã δωροληπτες. Si.n.magnum crimen eſſet violare aut corrumpere imaginẽ principis,multo certe magis peccabit,iudicem aut magiſtratum,qui eſt imago & vicarius Dei,ſuis muneribus ſtudẽs corrũpere. Et friuola eſt excuſatio,quã amatores illi munerũ ſuę Pleonexiæ prætendunt: ſe iis acceptis nihilominus fore integros & incorruptos. Deus enim creator longè melius nouit & videt figmẽtum cordis humani,quã noſmet ipſi. Maiorẽ igitur Deo quam nobis & nõſtris imaginationibus fidẽ habeamus. Congruit cum his emphatica illa inſcriptio tribunalis Patauini, omne fere boni iudicis officium paucis verbis complectens. Excute manus ab omni munere: partes patienter audi. Benigne reſponde: iuſte iudica.

Neq; vero quiſquam] aliquid apud te expedire cupiens.

Dabit] munera corruptoria,vt vocant. Sublata enim ſpe finis, tolletur, etiam cauſæ efficientis effectus. Solent enim δωτῆρες illi, vt loquitur Plinius,in epiſtolis,viſcatis hamatiſq; muneribus non ſua promere,ſed aliena corripere.

Hoc perſpectum] ipſum fruſtra dare. Ideo enim dãtur munera, vt maiora bona aut cõmoda eliciantur. Hac aũt ſpe præciſa,nemo *facile ſterili ſemẽ comittet arenæ.* Quia hac in parte nõ beneuolẽtię, ſed proprij quæſtus cauſa munera conferuntur.

Qui ſimulant] cum tantum in fidem,vt munera accipiant.

Nec tamen] Correctio.

Durũ aut ſuſpiciosum] ferè ſit, vt in vitiũ ducat

culpæ fuga, ſi caret arte, vt Horatius noſter canit. Idem ne Quinto fratri accidat (vt videl. defectũ, ſeu credulitatem ſtultam vitare cupiens, in alterũ extremum, ſeu duram nimis & ſuſpicioſam diffidentiam impingat) hac quoq; in parte mediocritatem, id eſt, cautionem circumſpectam & prudentem illi commendat.

Suſpicioſum] Hominibus autem iſtis aſperis, & ſuſpicacibus à nemine, quantumuis probo & induſtrio, ſatisfieri poteſt quo ipſo in maximum aliorũ odium & contẽptum ſe ipſos præcipitant. id quod Q. Ciceroni, eo præſertim tẽpore, minime ex vſu erat. Præcipit idem Claudianus de Honorij Conſul. l. 4.

Nec dubiè ſuſpectus agas, nec falſus amicis,
Rumorumve auidus, qui talia curat, inanes
Horrebit ſtrepitus, nulla non anxius hora.
Non ſic excubiæ, nec circumſtantia pila,
Quam tutatur amor, non extorquebis amari.
Hoc alterna fides, hoc ſimplex gratia donat.

Biennii ſpatio] quo finito, putabant ſibi Romã redeundum. Tempus autẽ certum definit, quod quodammodo ad explorandum & perſpiciendũ alicuius ingenium & naturam ſufficiat. Nulla enim ſimulatio ita artificioſa & circumſpecta eſt, quæ hoc ipſo temporis ſpacio non certis quibusdam indiciis, quaſi ſui ipſius immemor ſeſe prodat. Quod & noſter hic non ignorat, cum ep. 1. lib. 1. ad Att. ſcribit. Quam non eſt facilis virtus? quam vero difficilis eius diuturna ſimulatio!

Caſium] Nomina hæc propria appellative ac-

cepta has ſignificationes habent: Cæſius color ſidem eſt, cum glauco, & cæruleo: & homo Cęſius Græcis γλαυκόφθαλμος. Chærippus eſt, qui gaudet equis. Labeo Græce χειλών, qui labra habet tumida & prominula.

Quia cognoui] Non temere credulus.

Nihil eſt] tam magnum an ſerium.

In quo iam offenderis) notas ſimulationis, leuitatis, mendacij, vanitatis, pleonexiæ, aut perſidiæ animaduerteris.

Nihil credideris] Alias enim futurus eſſes plane inexcuſabilis. Improbè enim Neptunum accuſat, qui denuo naufragium fecit.

Et is perfidiæ ac mendacij fructus eſt, vt nemo illi etiam veraci poſtea fidē habeat. Quod ipſum argutè, vt omnia, indicat Mimographus. Fidem nemo vnquam perdit, niſi qui nō habet. Et digni memoria ſunt verſus Ovid. 2. de Ponto, Eleg. 7.

Sed me iam ſortis ipſe malorum,
Sæpe ſuperuacuos cogit habere metus.
Da veniam quæſo, nimioq; igneſce timori,
Tranquillas etiam naufragus horret aquas.
Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo,
Omnibus vnca cibis æra ſubeſſe putat.
Sæpe canem viſum longè fugit agna lupumq;
Credit, & ipſa ſuum neſcia vitat opem.

Ita canis Æſopicus calida aqua perfuſus, poſtea etiam metuit pluuiam frigidam. Contra viris integris & bonis, quorum fides certò perſpecta eſt, etiam iniuratis creditur. quod de Xenocrate, & Metello Numidico proditum eſt.

Nullam partem exiſtimationis tuæ] rem nullam ad honorem & exiſtimationem tuam, quæ vitæ æquiparatur, pertinentem. Si enim homini dubiæ, aut ſuſpectę fidei, non committis pecuniam: quànto minus viro leui & vano exiſtimationem tuam credes, quæ tibi, ſi ille paululum modo peccauerit, prorſus perierit. certe huiuſmodi periculum in re tanti momenti facere, admodũ eſt graue. Quàm autẽ in vniuerſum hæc, de prudẽti diffidentia, admonitio principi neceſſaria ſit, patet ex iis, quæ Vopiſcus, in vita Aureliani de Diocletiano iam priuato, refert eum dixiſſe. Nihil eſt difficilius quã benè imperare. Nam quatuor vel quinq; viri ſe colligunt, atq; vnum conſilium capiunt ad imperatorem decipiendum. dicunt quid probandum ſit. Imperator, qui domi clauſus eſt, vera non nouit: cogitur hoc tantum ſcire quod illi loquuntur: facit iudices quos fieri non oportebat: amouet à Repub. quos retinere debebat. Quid multa? Bonus, cautus & optimus venditur Imperator.

TRACTATIO SEV COLLOCATIO.

ORditur à tranſitione, & prioris membri repetione. poſtea huius partis propoſitionẽ, de omnibus imperij miniſtris in officio continẽdis, adiungit. Et quomodo id ipſum fieri debeat, ordine explicat, ita vt paſſim correctiones, ὑποφοραὶ, interrogationes, & reſponſiones ad eaſdẽ, nec non dubitationes, & neceſſariæ de ipſius pręſidij officio admonitiones, cũ eiuſdẽ laudib. con-

iunctę inſpergātur. Inſunt etiā legatorum nominatim indicatorū breuia elogia, ex adiunctis, ſeu ſtudio humanitatis, ætate, eruditione, amore & æmulatione. Vt Tuberonis hiſtorici, Allieni & Gra-tidij. Itē ſuggeſtiones de officio Quæſtoris, Cōvictorum Apparitorū, Accenſi, Lictoris nec non cuſtodia annuli ſignatorij. Quibus omnibus ſuccedit concluſio per occupationem, & præceptorum iam poſitorum mitigationem.

In enumeratione quoq; modorum obſeruāda eſt, ποικιλία ſeu varietas, quæ efficit, vt oratio non ſit μονοειδὴς, ſeu vniformis. Quidam enim eorum nudis conſtant expoſitionibus, quidam per occupationes proponuntur. Nonnullis rationes ſubiiciuntur, quibus aliæ carent.

RATIONES ET EXEMPLA præceptorum ſiue loci communes.

I. DE diligētia plane accurata in eligendis miniſtris i magiſtratu adhibenda. Quandoquidē eorum dicta & facta omnia ipſi magiſtratui ſunt præſtanda. Quo nomine laudatur Alexander Seuerus Imp. qui teſte Lāpridio quotiescunq; publica officia cōmittere alii vellet, eorum nomina prius publice proponebat, hortabaturq; populū vt, ſi quis quid haberet criminis, probaret manifeſtis iudiciis; ſi non probaſſet; vt pœnā capitis ſubiret. eamq; exploratione ideo neceſſariā aiebat, quod a miniſtris publicorū officiorum, fortunæ & capita hominum cōmitterentur. In

quam

quam ſententiam etiam Iſocrates, inquit, εἰ ἀρχὴν καλῶς σταθεὶς μηδενὶ χρῶ πονηρῷ πρὸς διοικήσεις quod pœne iiſdem verbis, ſed magis Chriſtiane Iuſtiniano Imp. ſcribit Agapetus: μηδενὶ χρῶ τῶν πονηρῶν πρὸς τὰς τῶν πραγμάτων διοικήσεις. ὧν γὰρ ἐκεῖνοι κακῶς διαπράξονται, λόγον ὑφέξει θεῷ, ὁ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῖς δεδωκώς.

II. De vitanda nimia diligentia & curioſitate. Neq;.n decet magiſtratum omnes ſordes ſcrutari, & vnumquemq; miniſtrorũ, aut ſubditorum excutere. Qui enim hoc modo ad viuum reſecare omnia volũt, ij vt Plato aiebat, quaſi caput hydræ reſecant, hoc eſt, ſibi labores magnos & inutiles, & ſæpe etiã periculoſos vna cum inuidia & odiis hominum, quaſi dedita opera accerſunt: id quod extremæ dementiæ eſſe Saluſtius confirmat. Et Plutarchus verè in Philopœmene dixit, τὰ οἰκεῖα μὴ κινεῖν, ἀλλὰ καὶ παιδεύειν τὰ καὶ παρορᾶν ἔστιν τῶν ἁμαρτημάτων. In communi.n. hac infirmitate hominum nõ poteſt eſſe tranquillitas, niſi publicæ quieti multa condonemus, multa diſſimulemus, multa cõmoditate, & dexteritate noſtra leniamus & ſanemus. Qui enim nimis odit vitia homines quoq; ipſos odiſſe exiſtimatur. Et (vt Plutarchus in præceptis politicis ait) qui omnibus in rebus nimis eſt accuratus & vehemens, nihilq; concedit aut diſſimulat, is dum vbiq; ſe aſperum & implacabilem gerit, multitudinem ad certamen mutuæ cõtentionis & moroſitatis aſſuefacit.

III. De duobus præcipuis modis alios in officio continendi, qui ſunt recte facientes diligere, delinquentes coercere. Vt igitur à ſuperiorib. ameris, amabilis eſto. M 4

Si à pœnis abhorres; etiam à delictis abſtine.

IV. De cauenda nimia diffidentia, nec non etiam facilitate, & credulitate nimia: vt ſcil. neq; omnibus, neq; nullis fides adhibeatur; ſed quanta ſit in quoq; fidelitas, tantũ cuiq; committatur. Vtroq; enim modo facile decipitur princeps, præſertim nouus adhuc, & rerũ imperitus, ſuæq; bonitati & facilitati ita indulgens, vt ex ſuo ingenio iudicet alios. Huc illud Chryſoſtomi. Quemadmodũ nõ facile aliquẽ ſuſpicatur malum, qui bonus eſt; ita non facile aliquẽ ſuſpicatur bonũ, qui malus eſt. Quo pertinet præceptum Ouidij,

Ne cito crediderís, multum cito credere lædit.

V. De diligentia in cognoſcendis cauſis & cõtrouerſiis ab ipſo principe adhibenda, ne ſcilicet cogitationes illæ ſolis conſiliariis committantur: aut ab ipſo principe præſente ita vſurpentur, vt pateat animum & cogitationes eius interim peregrinari, & aliud agere. Propterea Thebani principes ſuos cæcos & auritos, eorumque conſiliarios & aſſeſſores ἀχείρους, ſeu mancos finxerunt. Cęcos quidem, ne eſſent προσωπολῆπται reſpiciendo perſonas.

Auritos, vt in cauſas ipſi intenderent; nõ dormitarent inter audiendum. Aſſeſſores vero ἀχείρους, vt ab accipiendis muneribus, ius omne euertentibus, plane abſtinerent.

VI. De ſubſcriptionib. caute adhibẽdis, & de annulis ſignatoriis accurate cuſtodiẽdis. Eſt. n. in principe magnũ hoc leuitatis & ſupinę negligẽtię indiciũ, diplomatib. nõ lectis ſubſcribere, aut annulos

nulos ſignatorios temere quibuſvis committere. Quo nomine laudatur Carolus V. Imp. qui non cognitis, nunquam aut ipſe voluit ſubſcribere: aut aliis manum ſuam exprimentibus, ut id facerent, permittere. Ne deinceps permiſſione illa abuterentur.

VII. De accenſis & lictoribus intra metas officii accuratè continendis, ut non ſuo, ſed principis arbitrio exactè omnia faciant: quicquid enim illi peccant, id in ipſum principem redundat Et ſi hoc non poteſt, quomodo coercebit alios.

IIX. De cavenda ſuſpicione, & nimia in familiam duritie. Suſpicioſi enim homines, ut plurimum ſunt ſævi, malevoli, tyrannici. Vnde Seneca, Amicitiæ venenum eſſe, ait, ſuſpicionem: & inter ſuſpecta malè degi.

IX. De vitanda δωροδοκίᾳ καὶ δωροληψίᾳ. Vt nimirum non modò ipſe princeps munera reſpuat, ſed etiam accuratè caveat, ne miniſtri iis corrumpantur. Ad principes quantum ſpectat inſigne exemplum habemus in Curio; cui ad focum ſedenti, cum magnum pondus auri Samnites attuliſſent, repudiati ſunt. Non enim aurum habere præclarum ſibi videri dixit, ſed eis, qui haberent aurum, imperare. Contra Statenus quidam ſenator, ut eſt in 2. Verrina, cum judex eſſet, in eodem judicio ab reo pecuniam accepit, quam judicibus diviſit, & ſimul ab accuſatore, ut reum damnaret. Eoque nomine etiam Verrem, reprehendit Cicero, quod famulos, nõ ſe, multa accepiſſe diceret. Vbi comites, inquit,

tui delicti manus erant tuæ? præfecti, ſcribæ, medici, præcones, manus erant tuæ. Et ſi hanc excuſationem probabitis, licet omnia de pecuniis repetundis judicia tollatis. ſed de his omnibus in verborū quoq; explicatione nonnulla diximus.

ΠΟΡΙΣΜΑΤΑ *ex contextu.*

1. Qui ipſi per ſe, habent rationem dignitatis ſuæ, & honore ac ætate aliis præſtant, ii facilius in officio continentur. Et contra.

2. Hiſtorici eſt, ad bonorum & præſtantium virorum in hiſtoriis celebratorum imitationem, pro loco & conditione ſua ſe componere, quod niſi faciat, jure officii neglecti accuſatur.

3. Velle & poſſe ſi conjungantur, plurimum in re quacunque expedienda proficitur: ſi alterutrum abſit, nihil ſit.

4. Qui animo, benevolentia & imitatione quoq; vivendi noſter eſt, eum non eſt veriſimile exiſtimationi noſtræ labem aliquam eſſe adſperſurum.

5. Veri amici eſt ita de ſua exiſtimatione laborare, ut interim amici exiſtimationem non negligat.

6. Miniſtrorum, ſorte, aut alia occaſione nobis datorum delicta, facilius feruntur, quam eorum quos noſtro judicio delegimus.

7. Boni miniſtri eſt, & ſua ſponte eſſe moderatum & heri aut principis ſui inſtitutis & præceptis obtemperare.

8. Qui per ſe negligit eas leges, quibus à ſuperio-

periorib. eſt adſtrictus, pœnam evidentius promeretur, quam alter cuius delicta adhuc latent.

9. Turpe eſt, poteſtate ad dignitatem permiſſam, ad quæſtum abuti.

10. Cum mores publici, ad nimiam lenitatẽ, & licentiã incubuerunt, difficile eſt, unumquemque excutere, & in omnia omnium delicta ſcrupulosè nimis inquirere.

11. Quanta in quoque eſt fides, tantum cuique eſt committendum.

12. Principi domeſticorum ſuorum convictorum, & apparitorum non modò facta, ſed dicta omnia præſtanda ſunt.

13. Boni principis eſt, familiares ſuos rectè facientes diligere, minus ſuæ & heri exiſtimationi conſulentes coercere.

14. Rerum imperiti, & rudes facilè decipiuntur.

15. Vir candidus & probus, omnes ex ſuo ingenio judicat eſſe bonos.

16. Viri prudentis eſt non iiſdem ſemper veſtigiis inſiſtere, ſed indies fieri cautiorem & diligentiorem.

17. Quod laboris, & muneris loco delatum eſt, inter beneficia non eſt referendum.

18. Sceptra, faſces, & ſecures, aliaq; adeò eius generis magiſtratuum geſtamina, maiora præferre debebant dignitatis, quam poteſtatis inſignia.

19. Boni principis eſt, hanc de ſe opinionem in animis ſubditorum excitatã fovere, quod omniũ quib. præſit ſalutem, liberos, famã, fortunas habeat cariſſimas. Nihil .n. ſubditorũ benevolentiã magis principi conciliat, & conſervat. Et quidem

quatuor illa, omnibus ſana mente præditis, præ omnibus aliis ſolent eſſe antiquiſſima.

20. Boni, & juſticiæ ſtudioſi principis eſt, non modò iis, qui aliquid muneris corruptorii, ut vocant, acceperint, ſed iis etiam, qui dederint, inimicum eſſe, cum utroq; hoc modo plurimum peccetur.

21. Munera çorruptoria, non dantur ſincero & benefaciendi ſtudioſo animo, ſed tantum ut aliquid maius eo modo, eliciatur. Qua ſpe ſublata omnis eius generis ceſſat liberalitas,

22. Plurumq; fit in aulis, ut ii, qui plurimum apud principem poſſe ſe ſimulant, planè nihil poſſint.

23. Vana eſt exiſtimatio vel opinio, niſi præceſſit cognitio.

24. In quibus ſemel offendimus, aut de quibus aliquid inſidelitatis ſenſimus, eis non temere quicquã deinceps credendum, nullaq; pars exiſtimationis noſtræ committenda eſt.

VSVS ET IMITATIO.

EXemplo hæc pars eſſe poterit, quomodo bonæ præceptiones cum aliqua gratia, & ſine offenſione ſint proponendæ. Quomodo item corrigenda & mitiganda ſint ea, quæ alias nimis aſpera & dura videbantur. Fiet autem hoc, ſi paſſim inſpergatur laus, & commendatio eius, quem officii monere volumus. Etſi amice leniantur, quæ ſimpliciter propoſita, acerbitate ſua duri-

duriuſcula poterant exiſtimari: oſtendaturque, quo ſenſu, ea accipi, & intelligi velimus. Cuius rei exercitationis gratia, tale exemplum admonitionis ad Rectorem aliquem Academiæ recens electum, & officio ſuo rectè & commodè fungi cupientem, placuit conformare; è vernaculo, ad huius partis imitationem, in latinum ſermonem, convertendum.

ICh habe nicht ohne ſonderliche Freud vnnd Wolluſt erfahren / daß du von deinen collegis abermahl für einen Rectorem, ewrer hohen Schul auff das halbe Jahr deß fürſtehenden Sommers einhelliglich erwehlet ſeyeſt. Zweiffele auch nicht / dieweil du ſolch Ampt auch fürmals löblich verwaltet haſt / du werdeſt nun mehr auß dem Gebrauch ſo viel gelernet haben / daß du auch dißmahl daſſelbe Ampt alſo bedienen werdeſt / daß daſſelbig fürnemlich zu Gottes Ehre / vnd dann auch zu deinem Lob vnd der ſtudierenden Jugent zu nutz gelangen werde. Das weiſtu aber auch ohne meine Erinnerung / daß es nicht gnug ſey / daß du für dein Perſon dein Ampt löblich verwalteſt / ſondern du muſt es auch dahin bringen / daß die gantze Zeit deines warenden Amptes vber / auch alle deine collegæ, vnd deine Vnterthanen in jhren Dienſt vnd Arbeit ſich alſo verhalten mögen / daß nicht allein der Landsfürſt / ſondern auch Bürgermeiſter vnnd Rath / ſampt der gantzen Landſchafft vnnd Bürgerſchafft / damit

wol

wol könne friedlich ſeyn. Du haſt aber/ Gott lob/ ſolche Collegen/ dir jr Ampt vnd Ehrenſtand ſelbſt wol wiſſen in acht zu haben. Vnter welchen ſo viel Ehr/ Würdigkeit/ vnd Alter anlanget für andern billich den Vorzug haben / die Lehrer der Göttlichen Schrifft / welche / dieweil ſie in der heiligen Bibel/ in den Altvättern vnd Kirchen Hiſtorien/ jhres Amptshalben ſtetes mit allem Fleiß leſen/ vnnd vber das teglich jhre Zuhörer / von wahrer Gottſeligkeit / vnd allen Tugenden vnterrichten/ meines erachtens in denſelbigen Scribenten viel werden finden / vnd auſſerwehlen können / nach denen ſie ſich richten / vnd alſo jhrer eigenen Lehr vnd ermanungen gehorſam ſein mögen. So werden auch ohne Zweiffel die profeſſores juris, welche ſtäts mit den Geſezbüchern vmbgehen / vnnd ſich für Rechtens erfarne außgeben) welches Rechtens ſie ſelbſt drey fürneme Stück ſezen / als nemlich ehrlich leben/ ein andern nicht verletzen/ einem jedern thun vnd geben/ dazu er befugt iſt/ vnd recht hat) nicht allein mit Worten / ſondern auch mit einem ehrlichen vnſtrefflichem Leben / nebenſt ſteter vnd fleiſſiger Lehr beyde dem gemeinen Mann/ vnd dann auch jhren Zuhörern wol wiſſen für zu gehen.

Was ſol ich dir auch viel von den Medicis ſagen ? von denen ich gewiß weiß / daß ſie ſo gelehrt/ trew/ nüchtern vnd meſſig / auch für den gemeinen Nutz ſo ſorgfeltig ſeyn/ daß ſie von wegen der gantz väterlichen Lieb / mit welcher ſie den ſtudioſis Medicinæ zu gethan ſeyn/ ſich vmb jhrer patienten

Geſundheit alſo bekümmern werden / das ſie mitler weil das zunemen vnd Gedeyen jhrer Zuhörer in der univerſitet nicht gantz vnd gar vergeſſen werden. Was nun die Profeſſores Philoſophiæ anlanget / ſein dieſelbigen mit vorgehender Wahl auff gewiſſe leges vnd ſtatuta von deinen Vorfaren alſo angenommen / vnnd beſtetiget worden. Müſſen derhalben von wegen jhres Ampts vnd Profeſſion nicht alleine fleiſſig vnd meſſig ſeyn: Sondern auch jhrer Facultet / Geſetzen vnd Statuten ſich durchauß gemäß verhalten. Vnd wann je vnter dieſen / oder jenen etwa einer nachleſſig vnd vnachtſam erfunden würde / mit dem möchteſtu ſo ferne Gedult haben: Biß ſo lang er entweder von jhm ſelbſt wider die ſtatuta ſich verſündiget / denen er zu gehorſamen mit ſeinem Eydt verpflichtet iſt: Oder aber ſeine Lehr vnd Arbeit / dazu er verbunden nicht zu Nutz der gemeinen ſtudierenden Jugent / ſondern in ſeinen eigen Vorteil vnd Geitz anwenden vnd mißbrauchen würde. Denn das gar nicht meine Meynung iſt (ſonderlich jetziger Zeit / da die Eigenwilligkeit vnd Widerſpenſtigkeit ſo ſehr in der Welt vberhand nimmet) das du auff alle Mängel zu genaw Achtung geben / einen hie / den andern da beſuchen / vnd rechtfertigen ſolleſt / ſondern wenn einer in ſeinem Ampt zimlich fleiſſig vñ ſorgfeltig iſt / mit dem magſtu auch wol in andern geringen fehlen durch die finger ſehen / vnd friedlich ſeyn. Was nun deine Beyſitzer im conſilio, welche dir als Gehülffen in gemeinen ſachen von dem

Landsfürſten zugeordnet ſeyn / darffſtu für dieſel-
bigen nur ſo fern gut ſeyn / wie ich dir das vormals
in gegenwart fürgeſchrieben hab. So viel aber dei-
ne Kinder / Tiſchgänger / Haußgenoß vnd Diener
angehet / muſtu nicht alleine für alle jhre Thaten /
ſondern auch für alle jhre wort hafften vnd bürge
ſeyn. Du haſt aber / wie ich hoffe / ſolche Kinder /
Tiſchgeſellen vnd Diener vmb dich vnd bey dir /
welche du / wenn ſie recht thun / leichtlich lieben vnd
loben / wenn ſie aber in jhrem Ampt faul vnd nach-
läſſig ſeyn wolten / jhnen auch wol in Gebür einre-
den / vnd ſie ſtraffen wirſt können. Vorzeiten zwar
da du aller dieſer dingen noch vnerfahren wareſt /
ſcheinet / das deine einfalt wol hat können betrogē
werden. Dann gleich wie einer der böſe iſt / nicht
leichtlich glauben kan / das ein ander from ſey: alſo
kan auch ein frommer nicht wol einen Argwohn
ſchöpffen / das ein anderer böſe ſey. Laß derwegen
in dieſen halbjärigen Schulregiment eben dieſel-
bige Auffrichtigkeit ſcheinen / die man in vorigen
Zeiten an dir geſpüret hat: Doch alſo / daß du noch
etwas fleiſſiger vnd fürſichtiger ſeyſt. In der öffent-
lichen audientz / vnd erkündigung der verlauffenen
Sachen / laß jedermenniglich mercken vnd kund
werden / daß du mit allem ernſt zuhöreſt / vnd auff-
merckeſt / vnd daß du keinem Ohrenbläſer vmb
Gunſt oder Geldes willen Raum gebeſt. Es ſey
dein Pitſchier Ring nicht wie ein gemein Gefäß
oder Geſchirr / damit ſich einer hie / der ander dort
hin ſchleppet / ſondern ſey als du ſelber / nicht daß er
einen andern nach ſeinem gefallen diene / ſondern

allein

allein deinen willen bezeuge vnd beſtetige. Vnd das halte alſo gnaw / daß es auch der univerſitet Secretario nicht frey ſtehe ohn deinen willen / erlaubnus/vnd befehl/dein Pitſchier anzurüren/vñ etwas damit zu verſigeln. Deine Pedellen laſſe sich nicht weiter vnd höher herfür thun / als jhnen von deinen Vorfaren vor alters iſt vergünſtiget wordẽ / welche das Pedellenampt nicht ſo ſehr für eine bedienung einer wolthat/als ein gewiſſes vnd Arbeitſamß Ampt/gemeinlich jren alten vnd nunmehr wolverdienten Dienern haben pflegen aufferlegen vnd zu befehlen. Vber welche ſie auch nicht viel weniger als vber jre eigene famulos zu gebieten hattẽ. Zu dem ſo befleiſſige dich auch / das die Scepter/ welche dir in deinen ehren Tagen von den Pedellen fürgetragen werden / mehr ein anzeigung ſeyn deiner dignität vnd ehrenſtandes denn deiner gewalt vnd Geſtrengkeit. Verſchaffe auch/daß der Depoſitor, wenn er in deponirn ſeine fanteſey vnd geuckelwerck mit jemand treibet / dem ding / wie bißweilen geſchicht / nicht zu viel thue: ſondern ſich durchauß nach deinem vnd deiner Collegarum willen richte: Welches ich auch von dem Oeconomo menſæ communis, Wachtmeiſter vnd wechter des Kerckers wil verſtanden haben. In ſumma, halte dich in deiner gantzen Regierung alſo / daß die gantze univerſitet vnd in derſelben ein jeder in ſonderheit der meynung vñ hoffnung ſeye / daß du für jhrer aller Heil/ Wolfarth ſtudieren/ zunemen vnd Güter auffs aller trewligſt ſorgeſt / auch alſo/ das dir mehr daran dann an deinen eignen Leben

gelegen ſey. Laſſe auch jedermenniglich in der Zu[...]
verſicht ſeyn vnd bleiben / daß du nicht allein die je[...]
nigen / ſo die Geſetz vbertreten / wenn ſie dir kund[...]
worden / ernſtlich ſtraffen / ſondern auch die gehor-
ſamen lieb vnd werth haben wolleſt. So wird ſich
auch nicht leichtlich jemand wider die Geſetz ver-
ſündigen / wenn man für gewiß halten wird / das
niemandt von den jenigen / die ſich anſtellen / alß
wenn ſie viel durch jhre Fürbit erhalten könten / et-
was bey dir außzurichten pflegē oder könnē: Son-
dern das du on anſehen der perſon gleich hindurch
zugehen pflegſt. Du ſolt aber dieſe meine rede nicht
alſo auffnemen / als wolte ich / daß du gegen dein[...]
collegas Haußgenoſſen / Diener vnd Studenten
allzu hart vnd argwönig ſeyn ſolteſt. Dann ſo je-
mand vnter denſelben iſt / an dem du in deinem
vorigen Rectoratu niemals keine Anzeigung ei-
niger Nachläſſigkeit / Vntrew / oder auch Wider-
ſpenſtigkeit geſpüret haſt (wie ich dann von den
Glauco Philippo vnnd Chiliano höre / vnd wei[...]
ichs in der That erfahren habe / auch gern glaube)
denſelben vnd andern jhres gleichen magſtu ohn
weiter Nachforſchung wol glauben zuſtellen / vnd
jhnen in allen fürfallenden Sachen vertrawen.
Iſt aber wiederumb ein oder mehr / der dich allbe-
reit mit ſeinem Mutwillen erzürnet / oder an wel-
chen du einige Leichtfertigkeit oder Vntrew geſpü-
ret haſt / für dem hüte dich / vnd vertrawe jhne[...]
hernachmals gantz vnd gar nichts / zumahl von
denen dingen / die du in geheim wilt gehalten ha-
ben / vnd da deiner Ehr vnd guten Namen etwas
angelegen ſey. Vale.

E A.

EADEM LATINE.

NOn abſq; ſingulari voluptate cognovi, unanimi ſenatus veſtri Academici conſenſu, te inſtantis ſemeſtris æſtivi Rectorem denuo eſſe deſignatum: nec dubito, cum eodem officio antea quoque laudabiliter functus ſis, te uſu ipſo eruditum, ita jam quoque magiſtratum hunc geſſurum eſſe, ut Deo, & tibi ea res honori, & reipub. literariæ emolumento ſit futura. Hoc autem etiam tacente me, non ignoras, nequaquam ſatis eſſe, te tuum illud munus cum laude adminiſtrare, ſed eſſe circumſpiciendum diligenter ut in hac cuſtodia Academiæ non te unum, ſed omnes collegas, miniſtros, & ſubditos gubernationis tuæ principibus patriæ, conſulib. Senatui, civibus, totique adeò reipublicæ commendes. Quanquam laus Deo collegas habes eos, qui ipſi per ſe habituri ſint rationem dignitatis, & officii ſui, inter quos honore, & dignitate & ætate quoque præſtant Theologi ſive Interpretes ſacrarum literarum, quos ego arbitror, præſertim cum ſacra biblia, S. patres, & hiſtoriam eccleſiaſticam ratione officii ſui aſſidue legunt, & quotidie alios de vera pietate, & omnium virtutum officiis docent; multa ex illis monumentis poſſe eligere, quæ velint & ſtudeant imitari, ut ita obtemperent ipſi præceptisq; pareant. Iuriſconſulti autem cum toti in legibus verſentur, & artem juris profiteantur, cuius partes ſunt honeſtè vivere, al-

terum non lædere, ius ſuum cuiq; tribuere: credibile eſt eos quoque, non ſolum voce, verum etiam honeſto, laudabili vivendi & diligenter docendi exemplo cum imperitæ multitudini, tum ſcholaſticis quoque ſuis præituros eſſe. Et quid de Medicis dicam? quos certo ſcio ita doctos, fideles, ſobrios, & ſalutis publicæ ſtudioſos eſſe; quod propter amorem in ſtudioſos medicinæ prorſus paternum, ita de valetudine ægrotorum ſuorum ſint laboraturi; ut interim etiam utilitatis & profectus auditorum ſuorum non ſint futuri immemores. Philoſophos quoque habes, ſingulari anteceſſorum ſuorum judicio, non ſine ſtatutis certis delectos, & receptos, hos oportet non ſolùm ratione profeſſionis ſuæ eſſe diligentes & moderatos, verum facultatis quoque ſuæ inſtitutis & legibus ſedulò obtemperare. Quorum ſi quis fortè in officio eſſet negligentior ferres eatenus, quoad vel per ſe negligeret ea ſtatuta, quibus juramento eſt adſtrictus, vel laboribus docendi in communem juventutis utilitatem ſibi injunctis ad quæſtum abuteretur. Neq; enim mihi ſane placet, præſertim cum huius ætatis mores tantùm jam ad nimiam licentiam & contumaciam incubuerint, ſcrutari tè omnia delicta, excutere unumquemq; eorum, ſed ſi mediocriter & tolerabiliter omnia fiant cętera æquo animo diſſimulare. Quantum ad eos quos tibi conſiliarios, aſſeſſores & negotiorum publicorum adjutores ipſe princeps dedit, duntaxat finibus iis præſtabis, quos aliquando coram

tibi

tibi præſcripſi. Quos verò aut ex te ipſo natos, aut ex domeſticis convictionib aut ex neceſſariis miniſteriis, domi tuæ tecum eſſe voluiſti, qui quaſi ex familia rectoris appellari ſolent, horum non modò facta, ſed etiam dicta omnia præſtanda tibi ſunt. Sed habes tecum, ut ſpero, eos liberos, eos convictores, eos miniſtros, quos potes rectè facientes facilè laudare & diligere; minus in officio accuratos facilimè objurgare, & coërcere. A quibus omnibus rudis olim cum eſſes videtur tua ſimplicitas decipi potuiſſe. Nam ut is, non facile alium ſuſpicatur bonum, qui ipſe malus eſt: ita non facile alium ſuſpicatur malum, qui ipſe eſt bonus. Quare cura huius ſemeſtris magiſtratus habeat integritatẽ eandem, quam ſuperior, circumſpectiorem etiam & accuratiorem. In publica audientia & cauſarum cognitione omnibus innoteſcat ſeriò te attentum & intentum eſſe: neque locum ſuſurronibus ſpe lucri & favoris abs te conceſſum eſſe. Sit ſigillum officii huius tui, non ut vas aliquod omnium manibus expoſitum, ſed tanquam ipſe tu; non ſervum alienæ, ſed teſtimonium tuæ voluntatis: ita ut ne quidem Academiæ Notario liberum ſit ſine tua voluntate permiſſione & juſſu illud attingere, ut literas & diplomata, à ſe conſignata, eo obſignet. Curſores ſint eo numero, quo eos anteceſſores tui eſſe voluerunt, qui hoc officium non ſicuti beneficii adminiſtrationem, ſed laboris ac muneris fide iter ante ſuſcepti recompenſationem & non niſi veteranis benè meritis deferebant: quibus illi qui-

dem non multò ſecus ac famulis imperabant.

Sceptra quoque, quæ ab iis tibi in ſolennitatibus publicis præferuntur dignitatis potius inſignia ſint quam poteſtatis. Sit depoſitor in initiationibus illis & geſtibus ſuis ineptis & ridiculis non ſuæ ſed tuæ & collegarum lenitatis vel ſeveritatis adminiſter: & modum nequaquam excedat. Quod etiam de præfecto vigilum & cuſtode carceris dictum volo. Toti deniq; ſit Academiæ cognitum & perſuaſum tibi omnium, quibus 1
præſis ſalutem, ſtudia, famam, fortunas unicè curæ, & quidem vita quoq; tua eſſe cariorem. Denique hæc opinio ſit, non modò eos qui contra leges deliquerint, ſi id cognoveris graviter te puniturum; ſed eos etiam qui obtemperaverint 1
in ſummo prætio eſſe habiturum. Neque vero quiſquam facile contra leges delinquet, cum erit hoc perſpectum nihil per eos, qui ſimulant ſe ſua deprecatione apud te multũ poſſe, abs te ſolere impetrari: ſed jus ex æquo omnibus à te admi- 2
niſtrari. Nec tamẽ hæc oratio mea eſt ejuſmodi, ut te in tuos collegas, domeſticos, miniſtros, vel etiam ſcholaſticos, aut durum eſſe nimium aut ſuſpicioſum velim.

Nam ſi quis eorum, qui tibi in ſuperioribus 2
tuis magiſtratibus nunquam in ſuſpicionem ullius vel negligentiæ vel infidelitatis aut etiã contumaciæ venerint, quomodo Glaucum, Philippum, & Chilianum audio ſcil. veniſſe, & hoc ipſe comperi, credoq; nihil eſt quod ſollicite in eos in- 3
quiras, aut quod non & iis & ſi quis eſt alius ejuſdem modi, & committas & credas rectiſſimè putẽ,

Sed ſi quis eſt, qui ſua te petulantia jam offenderit, de quo aliquid levitatis aut perfidiæ ſenſeris, huic non facile quicquam credideris, aut ullam partem exiſtimationis vel arcanorum tuorũ commiſeris. VALE.

TERTIVM PRÆCEPTVM EIVSQVE ANALYSIS.

[*IN provincia verò ipſa*] Tertium hoc præceptũ eſt partis huius epiſtolæ ſecundæ, pertingens ad pag. 12. & quidem uſq; ad illa verba. Iam qui eiuſmodi reb &c Agit autem περὶ εὐλαβείας, ſeu de prudentia & cautione adhibenda in amicis & familiaribus cum delectu admittendis, ſive ii cives Romani eſſent in provincia negotiantes; ſive etiam Aſiatici, vel Græci indigenæ Atq; ita præceptum hoc ipſum duarum eſt partium, quarũ una ad negotiatores pertinet cives Romanos, altera ad Græcos, ſive Aſiaticos. Ad Romanos cives, quantum ſpectat præceptum tale traditur. In provincia ſi quis negotiator Romanus antea ignotus in familiaritatem præſidis jam penitus intrarit, videndum eſt diligenter, quantum ei ſit credendũ, neq; temerè deinceps & ſine delectu, quivis in interiorem illam conſuetudinẽ admittendus eſt, niſi ſit homo ſidei perſpectæ & exploratæ. Præcepti rationes quinq; adferuntur. Prima, à periculoſo p.10. ibi Non quin poſſint. Fieri n. poteſt, inquit, ut inter prov. quoq; multi ſint viri boni. Sed hoc noſtro periculo explorare grave eſt. Ideoq;, ut dici ſolet, melius eſt prævenire q̃ præveniri.

Secunda ab ingenio & natura hominum, eadem pag. ibi. Multis enim ſimulationum &c. quaſi dicat. De tectis & occultis certi aliquid ſtatuere nō licet. Hominum naturæ ſunt tectæ, & occultæ. Ergo certo illis fides haberi non poteſt: ac proinde videndum, cui fidamus, aut quibus amicitiæ noſtræ fores aperiamus. Minorem probat mentione membrorum, & aliarum corporis humani partium, in quibus illa ſimulatio & diſſimulatio potiſſimum conſiſtit. Nam frons, inquit, quæ alias hilaritatis & triſtitiæ, ſeveritatis, & clementię index eſt, ſæpè fallit. 2. Oculi amoris, vel odii indices, ſæpè decipiunt. 3. vultus non rarò mẽtitur. 4. Oratio, quæ animi interpres eſſe debebat, mentitur ſæpiſſimè.

Tertia ratio ſumitur ab ingenio, & natura atque adeo ἀστοργία negotiatorum, pag. 11. ibi. Quãobrem qui potes &c. ubi negociatores, inquit, cupiditate pecuniæ adductos, æquo animo pati poſſe divulſionem à patria, cognatis, amicis & aliis reb. in vita hac cariſſimis, à quibus alii viri honeſti maximo cum dolore abeſſe ſe ſentiũt. Veriſimile igitur eſſe eos alienos quoq; & extraneos, & illos magiſtratus quoq; provinciales, non ex animo, ſed potius commodi tantum ſui cauſa amare. Suos enim ſincere non amans, quomodo amabit alienos? Quarta deſumta eſt ab eorundẽ provinc. conſuetudine pag. ead. ibi. Mihi quidem permagnum videtur &c. ſi provinciales illi mercatores non ſui commodi cauſa, ſed verè provinciarum præſides amarent, etiam eos jam depoſito magiſtratu privatos amarent. *Verus .n. amor*

nullum novit habere modum. Atqui hoc non faciunt, cum prætores ſine diſcrimine omnes, priuatum vero ament nominem. Ergo non ſincere & ex animo amant, ſed ſui tantum commodi cauſa amorem ſimulant.

Quinta ratio petitur à cauſa finali, quam negotiatores illi vnice ſpectant. Qui omnes vias pecuniæ norunt, & omnia pecuniæ cauſa faciunt, nec ſuæ nec aliorum exiſtimationi ſincere cupiunt conſulere; iis non temere eſt fidendum. Tales autem ſunt negotiatores. Ergo negotiatoribus non facile eſt fidendum. Atque hæ ſunt rationes quinq;, pertinentes ad Romanos in Aſia negotiantes, qui non raro ſuis blanditiis, rectoribus prouinciarum, imponebant.

Altera huius præcepti pars incipiens pag. 11. ibi. Atque etiam è Græcis ipſis, propriè pertinet ad Aſiæ ipſius incolas Græcos, Romanorum ſubditos, quorum promiſcue omnium nimiam familiaritatem monet vitandam, ita tamen, vt optimi quiq;, & antiquæ fidei, ſi qui ſint, homines non planè excludantur. Rationes huius præcepti ſunt quatuor. Quarum prima ducta eſt à natura, & ingenio eius temporis Græcorum, hoc modo. Natura leuibus, & fallacibus non eſt nimium credendum. Græci iam tales ſunt. Ergo Græcis non eſt nimium fidendum.

Secunda. Aſſentatoribus non eſt fidendum. Græci diuturna ſeruitute ad nimiam aſſentationem ſunt eruditi. Ergo Græcis non eſt fidendum.

Tertia, iis qui non audent liberè cum aliis agere, non eſt fides habenda. Græci Romanorum

ſubditi eorumq; metuentes, non audent libere magiſtratuum voluntati aduerſari. Ergo fides iis non eſt habenda.

Quarta. Inuidis non eſt nimis credendum. Græci non ſolum Romanis, verum ſuis quoque I
popularibus ſolent inuidere. Ergo Græcis non nimis eſt credendum. Eſtq; hoc quoque præceptum, non vtile tantum, verum etiam neceſſarium. Sicuti enim magna in principe laus eſt non
eſſe moroſum & difficilem, ſed potius εὐπρόσιτον, I
καὶ εὐπροσήγορον: ita in exceſſu non raro peccatur, cum principes præpoſtera quadam facilitate nimis ſe quibuſvis ſine diſcrimine reddunt familiares, &, inter eos etiam iis, quibus potius, cum au-
ctoritate & ſeueritate aliqua præeſſe & imperare I
debebant. Vult igitur M. Cicero, vt Frater Quintus, vniuerſos quidem liberaliter adhibeat; optimos autẽ tantum & perſpectæ fidei homines hoſpitio & amicitia interiori ſibi coniungat. Quod
ipſum Iſocrates quoq; Nicocli ſuo ſuadet his ver- 2
bis, φίλους κτῶ μὴ πάντας τοὺς βουλομένους, ἀλλὰ τοὺς τῆς σῆς φύσεως ἀξίους ὄντας. μὴ δὲ μεθ' ὧν ἥδιστα συνδιατρίψεις, ἀλλὰ μεθ' ὧν ἄριστα τὴν πόλιν διοικήσεις. Necnon Agapetus Iuſtiniano Imp. idem ſuggerit his verbis:
ἐν τῷ ἀκριβεῖ τῆς καρδίας βουλευτηρίῳ ἐπιμελῶς κατανόει 2
[illegible] ὄντως σοι τοὺς ἐν ἀγάπῃ θεραπεύοντας, καὶ τοὺς ἐν ἀπάτῃ κολακεύοντας. πολλοὶ γὰρ εὐνοεῖν ὑποκρινόμενοι μεγάλως τοὺς πιστεύοντας καταβλάπτουσι.

Si quem eſt nactus] Vltro & quaſi fortuito, ſi-
ne tuo ſtudio oblatum vel negotiatorem, vel pu- 3
blicanum, qui Romæ ſcilicet nobis fuerit igno-

tus,

us, ſed iam recens ſe, tanquam certus amicus, in tuam amicitiam qua fide quaue perfidia, inſinuarit; huic nouo, inquit, & nondum ſatis perſpecto amico, quantum credendum ſit, vide.

Penitus intrarit] id eſt, clam & quaſi per cuniculos in tuam ſe familiam inſinuarit. Metaphora ducta ab iis, qui furtim domum aliquam ingrediuntur.

Prouinciales] ciues ſcilicet Romani, ita in prouincia negotiantes, vt in ea ſedem ac domicilium fortunarum ſuarum haberent conſtitutum.

Sperare licet] tanquam incertum & dubium.

Iudicare] certo & indubitatè, quaſi certo iudicio interueniente ſtatuere, & ſibi perſuadere, & ſuo periculo experiri.

Periculoſum] propter occultas hominum voluntates, multiplicesq́ naturas. Verum quidem eſt, quod Cic. 3. de oratore ait. Omnis motus animi ſuum quendam à natura habet vultum, & ſonum & geſtum.

Animi imago vultus eſt, indices oculi. Nam eſt vna pars corporis, quæ quod animi motus ſunt, tot ſignificationes & commutationes poſſit efficere. Oculi enim ſunt, quorum tum intentione, tum conuictu, tum hilaritate motus animorum ſignificemus aptè, &c.

Hæc inquam, etſi verè ita dicantur, tamen experientia docet, multos ita verſutos eſſe, vt vultũ fingere, & latentem in animo effectum callidè poſſint diſſimulare. De quibus idem eleganter

in 7. Act. in Verrem. Nullæ, inquit, ſunt occultiores inſidiæ, quam quæ latent in ſimulatione officii, aut in aliquo neceſſitudinis nomine.

Nam eum, qui palam eſt aduerſarius, facile cauendo vitare potes. Hoc vero occultum, inteſtinum ac domeſticum malum non modo exiſtit, verum etiam opprimit, antequam proſpicere atq; explorare potueris.

Simulationem inuolucris] Cic. pro Marcello. In animis hominum multæ ſunt latebræ, & multi receſſus. Et in Epiſtola quadam ad Brutum: Temere affirmare de altero eſt periculoſum, propter occultas hominum voluntates, multiplicesq; naturas. Quo illa etiam. Multa ſub vultu odia, multa ſub oſculo latent.

Quaſi velis obtenditur] vnde non prorſus abſurde Momus, in ſtructura corporis humani reprehendiſſe fertur, quod pectus non eſſet feneſtratũ, per quod τῶν βυσσοδομεύοντων cogitationes & voluntates occultæ poſſent perſpici. Sed quid ſi corde quoque ipſo viſo affectum tamen eius cernere non poſſis? Non autem à velis tantum, verum etiam à falſa moneta, & ære inaurato ſimilitudine petita, ingenia mores & ὀφθαλμοδουλεία huiuſmodi ſimulatorum repræſentari poteſt. Mendacia enim non tantum in verbis: verum vultu, geſtu, veſtitu, fuco, oſtentatione, ſimulatione & diſſimulatione conſiſtere alibi docetur. Vt etiam in ſequentibus hiſce Ciceronis. Exemplum externa ſpecie & guſtu mentientis inſigne eſt Lauernio ille Horatianus, de quo ſcribitur lib. 1. Epiſt.

Vir

Vir bonus, omne forum quem ſpectat & omne tribunal,
Quandocunque Deos vel porco vel boue placat;
Iane pater clarè, clarè cum dixit Apollo,
Labra mouet metuens audiri: pulcra Lauerna
Da mihi fallere, da iuſtum ſanctumque videri,
Noctem peccatis & fraudibus obiice nubem.

Et ibidem de ſimili hypocrita.

Sed videt hunc omnis domus & vicinia tota
Introrſum turpem, ſpecioſum pelle decora,

Eodem pertinent illa Senecæ in Hippolyto.

O vita fallax, abditos ſenſus geris,
Animisque pulcram turbidis faciem induis.
Pudor impudentem celat, audacem quies:
Pietas nefandum, vera fallaces probant,
Simulantque molles dura, &c. Nihil autem ſimulatum eſt diuturnum.

Frons] Vnde ille, Fronti nulla fides. Cic. Lentulo. Fronte atque vultu ſimulatio facilime ſuſtinetur.

Oculi] De his paulo ante ex 3. de Oratore.

Vultus] Qui à volendo dicitur, quod hominis affectus & voluntas ex eo fere perſpiciatur.

Oratio ſæpiſſime] In ſimulatores autem illos ſic eleganter & grauiter Theognis.

Ὃς δὲ μιῇ γλώσσῃ δίχ᾽ ἔχει νόον οὗτος ἑταῖρος
Δεινὸς, Κύρν᾽ ἐχθρὸς βέλτερος ἢ φίλος ὤν.

Et in eandem ſententiam prolata exſecratio Achillis Homerici, nota eſt.

Ex eo genere hominum] Negotiatorum videlicet, qui toti dediti ſunt, τῇ χρηματιστικῇ, ita vt famæ,

fidei, omnibusq; adeo rebus cõmodum ſuum anteponant. Qui autẽ vxores, liberos, patriam, & alia, quæ dulciſſima & coniunctiſſima homini eſſe ſolent, præ auaritia negligunt; illi, etiã ſi ſimulent, tamen nunquam vere & ex animo amabũt alienum. Eſtq; argumentũ ab incredibili & nõ veroſimili; de quo etiam ſupra in analyſi dictum eſt.

Pecuniæ cupiditate] Quæ, vt vetus comicus ait, anima & ſanguis eſt mortalibus, & maxime negotiatoribus, qui pecuniæ ſunt retinentiſſimi; quibuſq; pecuniam adimere, eſt idẽ, quod vitam eripere. In quam ſententiam & Heſiodus; χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι.

Carent iis rebus] patria, coniugibus, liberis, cognatis, amicis, neceſſariis, vrbe denique ipſa, & honoribus ac commodis vrbanis.

Alienum hominem] Nulla huiuſcemodi neceſſitudine ſibi coniunctum.

Amem ex animo] Quid ſit ex animo amare patet ex his verbis Ariſtotelis, petitis ex 2. Rhetoricorum, ἔστω δὴ τὸ φιλεῖν τὸ βούλεσθαί τινι ἃ οἴεται ἀγαθά, ἐκείνου ἕνεκα, ἀλλὰ μὴ αὐτοῦ. καὶ τὸ κατὰ δύναμιν πρακτικὸν εἶναι τούτων.

Sui commodi cauſ. ſimulent] De hac ipſa ſimulatione queritur Cicero in oratione pro Flacco. O conditiones miſeras adminiſtrandarum ciuitatum & prouinciarum: in quibus diligentia plena ſimultatum eſt; negligentia vituperationũ: ſeueritas periculoſa eſt, liberalitas ingrata, ſermo inſidioſus, aſſentatio pernicioſa. frons omnium familiaris, multorum animus iratus, iracundiæ

occul-

occultæ, blanditiæ apertæ. Venientes prætores expectant, præſentibus inſeruiunt. abeuntes deſerunt. Vt ita in eos congruat illud Theog.

Οὗτος τοι ἑταῖρος ἀνὴρ φίλος ὅπη μάλ' ἐσθλός
Οὐχ' εἴπῃ γλώσσῃ λῷστα, φρονεῖ δ' ἕτερα.

Permagnum] perdifficile, rarum, magni laboris. Ita Ep. ſequenti, ſi te vicinis tuis anteponis, valdè magnum facit.

Priuatum non ferè quenquam] Auari enim, & perpetua χρυσομανίᾳ laborantes ad culturam amicitiæ non ſunt idonei: dum enim omnem curam Pluto impendunt, neceſſitatibus amicorum vacare non poſſunt.

Prætores ſemper omnes amant] amore videlicet φαινομένῳ & fucato, nõ ſincero & vero. Sunt enim ſimulatores & diſſimulatores, ſui commodi cauſa, non officiis, ſed temporibus ſeruientes. Bonitatis autem verba, & mores imitari maior malitia eſt. Item. Malus, vbi bonum ſe ſimulat, tunc eſt peſſimus.

Quia vt Ouid. ait.

Impia ſub dulci melle venena latent.

Si quem cognoſti] proximo biẽnio quod tempus ad alicuius ingenium explorandum ſufficere ſtatuit. Vt enim publius. Cito ad naturam ficta redierint ſuam. & Menan.

Ψευδόμενος οὐδεὶς λανθάνει πολὺν χρόνον. Itẽ Theog.
Πολλοί τοι κίβδηλον ἐπίκλοπον ἦθος ἔχοντες.
Κρύπτουσ', ἐνθέμενοι θυμὸν ἐφημέριον.
Τούτων δ' ἐκφαίνει πάντων χρόνος ἦθος ἑκάστου, &c.

Vult igitur, vt paucis, nec niſi iis, quorum longo vſu cognita eſt fides, credas.

Tui amantiorem] Quibus autem indiciis hoc deprehendendum ſit, Agapetus Iuſtinianum docuit his verbis: ἡγοῦ τούτους εἶναι φίλους ἀληθεστάτους μὴ τοὺς ἐπαινοῦντας ἅπαντα τὰ παρὰ σοῦ λεγόμενα, ἀλλὰ τοὺς κρίσει δικαίᾳ πάντα πράττειν σπουδάζοντας, καὶ συνηδομένους μὲν ἐπὶ τοῖς χρηστοτέροις, ἐπισυναγάζοντας δὲ τοῖς ἐναντίοις. οὗτοι γὰρ ὄντως ἀψευδεστάτης φιλίας δεικνύουσι τεκμήριον. hoc eſt, Summe veros amicos eſſe eos ducito, non qui cuncta tua dicta collaudant, ſed qui omnia abs ſe iuſto iudicio agi ſtudent, & qui rebus proſperioribus lætitiæ ſocii, & aduerſis triſtitiæ participes ſunt. Hi enim reuera minime fictam ſi amicitiam colere certiſſimis argumentis docent.

Tui amantiorem quam temporis] Magis officiis, quam temporibus ſeruientem. Temporarij enim amici ſui potiſſimum commodi rationem habent: homines leues inſtabiles, & ex ancipiti mutatione temporum pendentes: quaſi tantum, cum fortuna fidem ſtare oporteat, ita vt ea ceſſante, ceſſet etiam amicitia, iuxta illud tritum:

Tempore fœlici, multi numerantur amici:
Cum fortuna perit, nullus amicus erit.

In numerum aſcribito] Ita Horatius.

Scribe tui gregis hunc, & fortem crede bonumque.

Propterea quod omnes] Ingeniorum, & natura mercatorum, inſignis deſcriptio.

Omnes vias pecuniæ] quippe in pecuniis exercendis perpetuo occupati. Ita Plautus in Trinum. Atque ipſe amoris tento omnes vias. Et Seneca

Thyeſt.

Thyeſt. vt nemo doceat fraudis & ſcelerum vias, Regnum docebit. Significat autẽ hanc Mercurij prolem, omnes τῆς χρηματιστικῆς modos, omnia compendia, omnes πόρους, vt Demoſthenes vocat, & artificia corradendæ pecuniæ noſſe. Diogenes interrogatus cur aurum palleret? quia, inquit, multos habet inſidiatores.

Omnia pecuniæ cauſa faciunt] etiam in ſimulanda obſeruantia, & beneuolentia, quæ ſpe pecuniæ ſublata, ſtatim ceſſat. Et propterea neminem vere & ex animo amant: neque digni ſunt, quos alij ament. Iuxta illud Horatianum:

Miraris, cum tu argento poſt omnia ponas,
Si nemo præſtet, quem non merearis amorem.

Neque etiam idonei ſunt ad aliquam partem gubernationis in Repub. Quam ob cauſam apud Thebanos lex fuit, quæ vetuit eum, qui decem ipſos annos à commerciis non abſtinuiſſet, ad gubernacula Repub. adhiberi.

Pecuniæ cauſa faciunt] & patiuntur quoque, dum nimirum *per mare pauperiem fugiunt, per ſaxa, per ignes.*

Qui cum victuri non ſunt] conuerſatione diuturniore. alibi. Xenomenes hoſpes tam te diligit, quam ſi vixerit tecum. Sciebant autem prouinciales anno, aut biennio exacto, Prætori certò Romam eſſe redeundum, ideoque exiſtimationi eius conſulere non curabant.

Græcis] Aſiaticis, prouinciæ tuæ incolis, quorum ingenia ad fallendum parata fuiſſe hoc loco innuit Cicero. Dion quoque Chryſoſtomus in

veteribus Græcis grauitatem deſiderat, in libello cui titulus eſt τρωικὸς, ὑπὲρ τοῦ Ἴλιον μὴ ἁλῶναι, ubi verba Ægyptii cuiusdam recitat, qui dixerit ὅτι ἀλάζονες εἰσὶν οἱ Ἕλληνες, καὶ ἀμαθέστατοι ὄντες, πολυμαθεστάτους ἑαυτοὺς νομίζουσι. τούτου δὲ μηδὲν εἶναι νόσημα χαλεπώτερον, μήτε ἑνὶ, μήτε πολλοῖς, ἢ ὅταν τις ἀμαθὴς ὢν, σοφώτατον ἑαυτὸν νομίζῃ. τοὺς γὰρ οὕτως τῶν ἀνθρώπων, μηδέποτε δύνασθαι τῆς ἀγνοίας ἀπολυθῆναι.

Vetere Græcia digni] quę ingeniis, virtute, honore & imperio floruit, nunc in ſeruitutem redacta eſt. Hæ rerum ſunt viciſſitudines. Sic omnia fatis in peius ruere.

Seruitute ad aſſentationem] i.e. ἀνδραποδώδειαν. Aſſentatio enim minime cadit in homines liberos; ſed in ſeruos οἳ οὐκ ἔχουσι παῤῥησίαν. vt Eurip. loquitur in Phœniſſ. Serui autem proprium eſt; μὴ λέγειν ἃ τις φρονεῖ. propterea iiſdem non erat teſtimonii dictio. Eſt autem periodus ἀνακόλουθος. nulla enim eſt ἀνταπόδοσις ad particulam ſic.

Quos ego vniuerſos] ita videlicet, vt externa ſpecie ſeu fronte & vultu, quibus ſimulatio & diſſimulatio faciimè ſuſtinentur, omnibus fidem habere videaris: re ipſa verò pauciſſimis. Nam nihil magis hic cauendum principi, quam ne diffidere videatur. Quia, vt Seneca ait, multi fallere docuerunt, dum timent falli. Et, vt Livius loquitur, vult ſibi quiſque credi, & habita fides, ipſam plerunque obligat fidem. Nihil equidem opus eſſet hac diffidentia, & ſimulatione eius filia, ſi mutua eſſet inter homines fides;

fides. Tum enim aperti & ſimplices, ſine fuco & fallacia, ipſi quoque principes eſſe poſſent. Id autem, quia optare quam ſperare facilius eſt; manent illa; Nunquam regent, qui non tegent.

Adhiberi] admitti ad colloquium, ita, vt non temerè te illis diffidere vel aduerſari aut minus beneuolum eſſe præ te feras. Quod ſe quoq; Ciliciâ feciſſe profitetur, lib. 6. ad Attic. ep. 1. vbi ait: Quid plura? ſunt omnes ita mihi familiares, vt ſe quiſq; maximè putet. Sed tamen μηδὲν αὖθις: ſcis reliqua.

Optimum quemque] quem antea vocarat veteri Græcia dignum.

Hoſpitio] familiaritate domeſtica, & interiore.

Neq; tam fideles] in familiaritatibus enim huiuſcemodi multa vident, audiunt legunt, cognoſcunt, ſciſcitantur illi nimium familiares, quę ſine tuo incommodo diuulgari non poſſunt.

Non enim audent] propter tuam potentiam: q.d. etiamſi multa, quæ fiunt, improbent; & malè de actionibus tuis ſentiant: tamen cogitationes iſtas ſuas corã diſſimulant, & apud alios poſtea omnia effutiunt, & pluſculum quoq; nonnunquam de ſuo addunt. Vnde patet miſerum eſſe principem apud quem ſileatur veritas: item non minimam felicitatis partem cenſendam eſſe, ſi quis princeps amicos habeat, qui ipſius voluntati & inſtitutis iniuſtis candido & libero ore aduerſentur: & ſi princeps eorum παῤῥησίᾳ non

offendatur: quod ipſum antea ex Agapeto plenius eſt declaratum.

Inuident noſtris] Vt fieri conſueuit, quotiescunque exteri imperium tenent in indigenas. Etiamſi enim palam ſimulent beneuolentiam & ſubiectionem; tamen clam inuident & oderunt, quod amicæ coniunctioni contrarium eſſe liquet.

Inuident etiam ſuis] Vitium enim inuidiæ, plebeculæ admodum familiare eſt. Semper enim ſibi aliquid decedere putat, ſi vel paululum vicino accedat. Huc Heſiodeum illud:

Et figulus figulo, & fabro faber inuidet alter,
Mendicus mendicum odit, cantorq; canentem.

Et tãtum quidem de ſimulatione, & diſſimulatione, de qua etiã fertur hoc Friderici Imp. Neſcit regnare, qui neſcit diſſimulare. Cic. in 2. Offic. Proprium hoc eſſe prudentiæ ſtatuit, conciliare ſibi animos hominum, & eos ad vſus ſuos adiungere. Vt igitur ad effectum ſuorum cõſiliorum venire poſſit, multa ſimulet oportet inuita, & diſſimulet cum dolore. Quod ipſum ſi honeſta conſilia animo agitentur prudentiæ forte Politicæ cõcedi poteſt. Aliàs ſi de fronte ingenua loqui velimus: valebit hoc eiuſdẽ Ciceronis eodẽ libro expreſſũ. Ex omni vita ſimulatio, diſſimulatioq; tollenda eſt, vt ſcilicet foris quiſq; talis ſit, qualis eſt intus, & qualis aliis vult videri. Sed vbi tales homines, talem Reip. conſtitutionem inueniemus, vbi iſta vitia non inueniantur?

TRA-

TRACTATIO SEV COLLOcatio.

INitio collocatur huius præcepti de cautione in familiaritatibus adhibenda, propoſitio. Additur ei πρόληψις, ſeu occupatio ſiniſtræ ſuſpicioni de nimia diffidentia, occurrens. Sequitur poſtea κατασκευή, ſeu probatio, & confirmatio eiuſdem præcepti, cui mox altera præceptio, & quidem dehortatoria, adiungitur de Græcorum inſinuationibus inſidioſis prudenter cauendis, & ea ſuis quoque rationibus munitur. Diſcimus autem ex hac ipſa tractatione, quo pacto cautè & prudenter de aliis iudicium, vel viua voce, vel ſcriptis ſit ferendum. Argumentum enim temeritatis & inſcitiæ eſt, iudicium de aliis ore nimis pleno præcipitare, licet multi laudem ingenij, & acuminis, & ſapientiæ hoc modo affectent. Adhibeantur ergo, vt hîc facit Cicero, mitigationes & limitationes.

Prudentiæ enim & moderationis index eſt illa συγχώρησις, cum de negotiatoribus, inquit: poſſunt multi eſſe viri boni. nec non διάκρισις, ſeu diſtinctio ſpei & iudicij. ſperare hoc licet, iudicare periculoſum eſt.

Deinde obſeruetur reſtrictio propoſitionis vniuerſalis in particularem. Frons, oculi, vultus, oratio ſæpiſſimè, ſed tamen non ſemper, mentiuntur. Item exceptio, fieri poteſt, vt quidam tui ſint præ aliis amantiores. Deniq; λόγος ἐγκατασκευὸς

ſeu oratio ſuis munitá rationibus. Iudicium enim, ſine iudicio & ratione de aliis factum, ſtolidum eſt & temerarium.

RATIONES PRAECEPTORVM ſeu loci communes.

I. Difficilè, & periculoſum eſt de hominum natura & ingenio ferre iudicium; cum fronte, oculis, vultu & oratione tam ſæpè mentiantur. Qui equos aut canes ſibi comparant certis quibuſdam indiciis, generoſos à degeneribus poſſunt diſcernere: quæ indicia in homine dignoſcendo certa non ſunt, ſed ſæpiſſimè fallunt. Plures enim ſunt bilingues, ex vno ore calidum & frigidum, dulce & amarum, mel & venenũ emittentes, eoque nomine omnibus exoſi bonis; quam candidi, & ſinceri: amicitiá & inimicitiam in fronte promptam gerentes, illiq; adeo ſimiles, de quo dicit Euripides, eum habere ἄψευδες ἦτρ, εὐπροσήγορον στόμα, id eſt, cor mẽtiri & ſimulare neſcium & os affabile.

II. De amicis veris & ſimulatis. De quorum illis vere dixit Cicero. 2. de Finibus, Me ipſum oportet ames, non mea, ſi veri amici futuri ſumus. De his vero hoc loco, inquit, eos eſſe amantiores temporis, quam amicorum, ſeu in cultu amicitiæ non tam officiis, quam temporibus ſeruire. Quales hic ſunt negotiatores, quos ait, non ex animo, ſed ſui tantum commodi cauſa amare magiſtratus, dum in publico ſunt officio; priua-

tos

tos autem factos ſtatim negligere. Inſignis ille, aliquot Imperatorum, contra Turcas bellator Lazarus Schwendius dicere eſt ſolitus, quintuplices eſſe amicitias. Quaſdam nimirum mercatorias; quaſdam aulicas; quaſdam theologicas, quaſdam ſcholaſticas, quaſdam etiam militares. Sed inter has (quod re ipſa expertus ſit) omnium optimas eſſe ſcholaſticas; non peſſimas etiam militares. Reliquas, vt plurimum, nullius eſſe fidei aut precii.

III. Cuilibet nationi ſua peculiaris eſt virtus, ſuum peculiare vitium, quorum vtrumq; tamen vna cum tempore mutatur, ſi omnium rerum humanarum viciſſitudo eſt. Sic, fides Græca, olim ſumpta eſt, pro certa & explorata; & oppoſita, fidei Punicæ, fraudulentæ, & fallaci. vt apud Plautum in Aſinaria, Lena ait, ſe Græca fide mercari, id eſt, non mutatione & ſtipulationibus, ſed præſenti pecunia. Poſtea Græci quoque ipſi propter leuitatem & perfidiam malè cœperunt audire.

——— Sic omnia fatis
In peius ruere & retro ſublapſa referri.

Et, etiamſi Cicero hic nonnullos adhuc veteri Græcia dignos agnoſcat: tamen in oratione pro Flacco (forte, quod præſens cauſa id poſtularet) omnem fidem toti illi nationi prorſus adimit, cum ait. Hoc dico de toto genere Græcorum, tribuo illis litteras, do multarum artium diſciplinam: non adimo ſermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam, denique ſi,

quæ ſibi etiam alia ſumunt, non repugno. Teſtimoniorum religionem, & fidem nunquam iſta natio coluit: totiusque huiuſce rei, quæ ſit vis, quæ authoritas, quod pondus ignorat. De diuerſis autem his diuerſarum nationum moribus plura vide apud Iul. Cæſ. Scaligerum poetam libro 3. capite 17. & Bodinum libro 5. de Republ.

IV. De nimia cum ſubditis familiaritate principibus fugienda. Parũ enim fidei illi ineſt, quod non audeant ſuperioribus aduerſari; nec libero cum iis ore loqui: præterea minuitur hoc modo principis auctoritas.

V. De amicis, & adulatoribus probè diſcernendis. Qua de re extat vtiliſſimus libellus Plutarchi, magnatibus & principibus, quibus maximè inſidiantur aſſentatores, merito accuratè cognoſcendus. Pythagoras certè redarguentibus, quam aſſentiantibus potius gaudendum cenſebat, quorum hos etiam hoſtibus ipſis iudicabat deteriores. Eodemque nomine viri prudentes principibus, & regibus ſuadent, vt mutos conſiliarios, id eſt, bonorum auctorum libros frequenter in conſilium adhibeant, quod ij nemini adulentur, ſed vno ore omnes compellent. Antiſthenes certè ſatius eſſe dicebat *εἰς κόρακας*, quam *εἰς κόλακας* incidere: quod hi viuentium animos corrumperent, illi mortui ſolummodo cadauer deuorarent. Non ignorauit hoc Alexander M. qui Ariſtobuli hiſtoriã, nimis adulatoriè ſcriptam, in flumen abiecit, ipſum eius auctorem dignio-

digniorem prædicans, qui eodem præcipitaretur. Non Antigonus, quem cum Hermodotus poeta in carmine Iovis filium appellaſſet, in hoc, inquit, Laſanophorus meus, nequaquam tibi aſſentiotur.

ΠΟΡΙΣΜΑΤΑ *ex contextu.*

1. Cuilibet quantum habet fidei, tantum eſt credendum.

2. Multi poſſunt eſſe viri boni, quibus tamen cum nobis nondum penitus perſpecti ſint, grave eſt noſtro periculo fidere.

3. Multis ſub involucris & latebris occultatur hominis natura.

4. Non tantum oratione, verum fronte quoque & oculis, & vultu, & veſtitu, & geſtu mendacia committuntur.

5. Quod ſæpè fit, non propterea ſemper fit.

6. Quo naturæ ſunt generoſiores, eò magis ad φιλοστοργίαν inclinant & contrà.

7. Qui in ſuos liberos & cognatos ſunt ἄστοργοι, eos non eſt veriſimile alienos ſincerè amaturos.

8. *Vulgus amicitias utilitate probat.*
Ζῇ χύτρα, ζῇ φιλία.

9. Publicum officium adminiſtrantibus multi amicos ſe eſſe ſimulant, qui privatos poſtea turpiſſimè deſerunt. Talibus igitur amicitiis qui fidit, ipſa ſtultitia eſt ſtultior.

10. Non verè amat, qui non ſemper amat &

qui temerè ab amicitia reſilit, eo ipſo declarat, ſe verum amicum nunquam fuiſſe.

11. Sinceri amici eſt, amici, quam temporis amantiorem eſſe, & contrà.

12. Nihil principi magis cavendum, quam amici ſimulati & adumbrati, à quibus plus ei periculi impendet quam ab hoſtibus manifeſtis, ut dicere ſolebat rex Aragonum Alfonſus. & notū eſt illud Baſilii: τὸ ψευδόφιλως ἐχθρὸν εὐφύλακτον, οἱ δὲ τὰ ἴσα τηροῦσι, καὶ μᾶλλον εἰσὶ λυπηροί.

13. Negotiatorum hoc proprium eſt, omnes modos corradendi pecuniā & diteſcendi noſſe, & omnia pecuniæ cauſa facere. Tales autem qui ſunt, minimè cenſeri poſſunt φιλόφιλοι.

14. Ferè fit, ut eorum exiſtimationi accuratius conſulere ſtudeamus, quibuſcum deinceps familiariter ſumus victuri; quam eorum cum quibus in longitudinem nihil volumus eſſe negocii.

15 Cum nihil in rebus humanis ſtabile & perpetuum ſit; non mirum eſt, nationes quoq; nobiliſſimas paulatim degenerare: ita ut perpaucas invenias, veteri origine, & antiqua majorum virtute dignas.

16. Quod de multis dicitur, non propterea affirmatur de omnibus.

17. Homines fallaces, leves, aſſentatores, & invidi, mali, amicitiæ mutuæ, cultores ſunt.

18. Diuturna ſervitute homines etiam, qui origine liberi ſunt, ad nimiam aſſentationem facilè eru-

le erudiuntur: ſicuti aliàs quoque parva facilius diſcuntur, quam bona.

19. Magiſtratus eſt ſubditos univerſos liberaliter adhibere; ſed tantum optimum quemq; hoſpitio, amicitiaque interiorẽ ſibi conjungere.

20. Infideles ſunt eorum familiaritates, qui non audent voluntatibus noſtris adverſari, & contrà. Præferenda igitur eſt veri amici παῤῥησία & objurgatio, quam amici ficti blanditiæ & aſſentatio.

VSVS ET IMITATIO.

Vſus huius partis, poſtremò jam explicatæ, eſſe poterit, ſi quem vel in publico officio conſtitutum, vel iter aliquod lõginquum ingreſſurum, hortari velimus, ut in amicis & familiaribus deligendis cautus ſit, & operam det, ne vel prorſus nemini, nec etiã promiſcuè omnibus fidem habeat. Nos eã ſtudioſo alicui in Italiam profecturo, hunc in modum accommodabimus.

OB ich wol gegen die fürſtehende Italianiſche Reiſe viel nützliche vnd nothwendige erinnerungen fürſchreiben / vnd dir zu gemüt führen könte: ſo iſt doch dieſes dz fürnemſte vnd allzeit auffs fleiſſigſte zu behalten / dz du dich ja wol vnd weißlich fürſeheſt / wenn du dich mit zuvor vnbekantẽ leuten in kund vñ freundſchafft einzulaſſen willens biſt / aber doch alſo / dz du nicht für

einen vber die maß argwöniſchen Menſchen möcht angeſehen vnd gehalten werden. Vnd zwar wenn du in Italia einen Teutſchen oder Niderlender wirſt angetroffen haben / der da etwa in einer Stadt daſelbſt wonet oder ſtudiert / vnd ſich bey dir gentzlich wird eingeflicket haben / da er doch vns / in vnſerm gemeinen Vaterland zuvor vnbekandt geweſen iſt / einem ſolchen / ſag ich / ſihe ja wol zu / wie viel jhm zu glauben ſeye. Doch nicht alſo / alß wenn vnder denſelben nicht noch etliche ehrliche Leut vbrig ſeyn könten. Welches warlich wol zu wünſchen ſtehet / aber dennoch ohn Gefahr nicht kan probirt werden. Dann die meiſten Leut ſonderlich an denen Ortern können die Boßheit jhrer Natur mit einem euſſerlichen Schein / alß mit einem Vmbſchlag oder Vmbhang fein bedecken / vnd verbergen. Vnd werden gemeiniglich mit der Stirnen / Augen / Angeſicht vnd euſſerlichen Geberden viel Betriegerey vnd Lügen begangen / fürnemlich aber mit der Zungen. Wie wiltu dann vnter ſolchen Leuten / (welche aus Lieb der Reichthumb vnd Wolluſt / ſich jhres Vaterlands / Eltern / Brüder / Schweſtern / Blutverwandten / Schwäger / vnd anderer guten Freund / deren wir andern gar nicht entrathen können / gantz vnd gar euſſern vnd entſchlagen) jemand finden / der dich / als einen wild frembden / mit trewen meyne vnnd liebe / vnd ſich nicht viel mehr ſeines vorteils halben alſo anſtelle. Mich zwar deucht ſolches etwas groſſes / ſeltzames vnd ſonderlichs zu ſeyn. Zumahl dieweil eben dieſelbigen geſellen faſt gar keinen Landßman

man/ der geringes herkommens iſt/ etwas achten/ reiche Junckern aber vnd Edelleut ohn vnterſcheid alle miteinander lieben vnd ehren. Wo du aber/ auch vnter dieſen vielleicht einen der für andern trew were / vnd dich von hertzen mehr alß die Zeit/ vnd dein Gelt vnd Gut liebete (welches wol geſchehen kan) antreffen würdeſt / dem wolleſt die Thür deiner Freundſchafft gutwillig öffnen. Wo du aber ſolches nicht vermercken würdeſt / ſo haſtu dich für niemand in dem gemeinen leben / vnd teglicher converſation mehr zu hüten. Darumb das ſolche Leut dem Geld auff alle Mittel vnd Weg nach zuſtellen wiſſen / vnd allein vmb des Gelts vnd jhres Vortheils vnnd Wolluſt willen alles fürnemen vnd thun/ vnd nicht groß vmb deß jenigen Ehr vnd guten Namen ſich bekümmern mit dem ſie nicht lang vmb zugehen vnd Freundſchafft zu halten gedencken. Zu dem ſo muß man ſich bey den Italianern ſelbſt wol fürſehen vnd hüten/ das man ſich jhnen nicht zu gemein mache. Es wehre dann ſach/ das noch etliche wenig anzutreffen/ von denen man in Warheit ſagen möchte / das ſie redliche Leut weren / vnd nun der Vralten Italianer vnd Römer Fußſtapffen einher giengen. Es ſeyn aber jetzt die Menſchen ſo vbermutig vnd betrüglich vnd durch langwirigen Fried zu ſo groſſem Glück vnd Reichthumb/ jhrer Meynung nach erhaben / das ſie alle Außländer / als Barbariſche völcker für ſich verachten/ vnd jhrer Freundſchafft vnd converſation vnwürdig halten. Dieſe alle/ ſag ich / ſoltu ins gemein freundlich grüſſen vnd

ehren/ aber nur die aller beſten vnd bewerteſten vnter jhnen täglich bey dir aus vnd eingehen/ vnd zu geheimen Sachen kommen laſſen. Dann ſich jhnen allzugemein machen / vnſicher iſt. Alldieweil ſie gar nicht leiden können/ das man jhrem Willen vnd Fürhaben worin wiederſtrebe. Darzu beneiden ſie nicht allein vnſerer / ſondern auch jhrer eigenen Landsleut / Tugend vnd Geſchicklig-keit / &c.

EADEM LATINE.

TAmetſi tibi in Italiam ituro multa utilia, & neceſſaria præcipere poſſem, tamen hoc præcipuum eſt, & acuratiſſimè teneri debet, ut in amicis & familiaribus deligendis & admittendis admodum cautus ſis, & circumſpectus, ita tamen ut ſupra modum ſuſpicax eſſe nequaquam videaris. Et quidem in Italia ipſa, ſi quem es nactus Germanum aut Belgam in urbe aliquâ eius loci habitantem, qui in tuam familiaritatem penitus ſe inſinuarit, qui tibi ante in patria fuerit ignotus, huic quantum credendum ſit vide. Non quin poſſint nonnulli ex iis eſſe viri boni, ſed hoc optare licet, experiri periculoſũ eſt. Pleriq; enim variis ſimulationum & diſſimulationum involucris tegunt, & quaſi velis quibuſdam obtendunt naturæ ſuæ pravitatem: multi fronte, oculis, vultu & geſtibus perſæpe mentiuntur & alios fallunt, verbis verò ſæpiſſime. Quamobrem quo pacto

pacto poſſis invenire ex eo genere hominum, qui opum & voluptatum cupiditate impulſi careant patria, parentibus, fratribus, ſororibus, cognatis, affinibus & aliis neceſſariis, à quibus nos ſejuncti eſſe non poſſumus: te autem alienum hominem ſincerè ament, ac non ſui potius emolumenti cauſâ ſimulent? mihi quidem hoc permagnum videtur, præſertim ſi iidem homines ex popularibus plebejum non ferè quenquam, nobiles & patritios divites ſemper omnes amant. Quo ex genere ſi quem forte fideliorem & tui cognouiſti amātiorem [fieri enim poteſt] quam temporis & pecuniæ tuæ: huic verò fores amicitiæ tuæ libenter patefacito. Sin autem id non animadvertes: nullum erit genus in ſodalitate & quotidiana converſatione cavendum magis, propterea quod omnes fallendi modos, omnes pecuniæ vias norunt, & omnia pecuniæ, & commodi ac voluptatis cauſa faciunt: & qui eum diu converſaturi non ſunt, eius honori & exiſtimationi conſulere non curant. Atque etiam ex talis ipſis diligenter cavenda ſunt quædam ſodalitia, præter hominum perpaucorum, ſi qui adhuc ſunt vetere Italia & Romana fide, ac virtute bonorumq; adeo virorū appellatione digni. Sic verò ſuperbi ſunt permulti, & fallaces, & diuturna pace ad magnas opes & felicitatem ſua opinione evecti, ut præ ſe exteros ferè omnes tanquam barbaros contemnant, eosq; ſua converſatione cenſeant indignos. Quos ego univerſos à

te amanter ſalutari, & honore affici liberaliter; ſed optimi tantum cuiuſque hoſpitio & familiaritate uti te dico oportere. nimiæ familiaritates illorum, neque ſatis tutæ ſunt. Non enim ferunt voluntatibus ſuis adverſari audentes, & verò invident non noſtrorum tantum, verum ſuorum quoque populariũm ingeniis & virtutibus.

IAM QVI IN *eiuſmodi*) Quartum hoc præceptum eſt, quo in principio dicebamus agi de familia ſeu ſervis, gravi & conſtanti diſciplina in officio continendis, & ad continentiam, reverentiam & pudorem aſſuefaciendis. Eius initium jam indicavimus. Finis eſt pag. 13. ubi incipit periodus. HÆC inſtitutio. Neceſſitas huius præceptionis ex eo patet, 1. quod ſervi quædam quaſi animata ſint rei familiaris inſtrumenta quæ quò meliora ſunt, eò res agendæ felicius procedunt. 2. Quod ex ſervis non raro de Dominis fiat judicium, idque ſecundum proverbium Quales Domini, tales ſervi, quales heræ, tales ancillæ.

Cicero autem duas potiſſimum rationes hic affert, cur in hac νουθεσία etiam diſciplinæ ſervorum meminiſſe voluerit: quarum prior ducitur ex locis comparatorum, ſeu à majori ad minus. Si enim in conſiliariis, legatis, aliiſque publicorum negotiorum adminiſtris, nec non in negociatoribus & ſubditis in officio continendis, diligens adhibenda eſt cautio; multo hoc magis in ſervis faciendum eſt, ne, dum regere volumus alios, nobiſcum habitare, & domeſticos noſtros coercere ignoremus. Altera

Altera ex adiunctis, ſeu circumſtantia locorum, vbi, ſi, inquit, in ipſa vrbe, & in locis vrbi finitimis, ſerui accurate & ſeuere regendi ſunt, ne extra metas ferantur; quanto id magis in prouinciis eſt faciendum, longe ab vrbe remotis, vbi maiorem, genus illud ſeruile, ſibi ſumit licẽtiam. Idque cum propter magiſtratus perſonam publicam, tum propter varia hominum iudicia, qui magiſtratus exteri etiam leuia errata, carbone, quam creta notare malunt. Ipſum autem præceptum hoc duobus membris abſoluitur, quorum primum agit de continentia ſeruorum, & proponitur per ſimilitudinem, ibi, SED hoc & breuiſſimum eſt. pag. 1 . Fac enim, inquit, vt ſerui tui in itineribus Aſiaticis ita ſe gerant, vt ſi iter via Appia in ipſo ſcilicet vrbis Romæ conſpectu, & maxima ciuium Romanorum frequentia, faceres. Admodum autem neceſſaria eſt hæc præceptio, propter viſcatas, & hamatas ſeruorum nonnullorum manus, dominorum ſuorum potentia, ad vim inferendum, & nummos corradendos abutentium.

Alterum pertinet ad habendam ſeruis fidem, & committẽda illis negotia. Si enim domini negligentiores, aliquam officii ſui partem, vel minimam ſeruis committant: ſtatim apud ſubditos (qui homines liberi ſunt & à ſeruis regi nolunt) male incipiunt audire. Quocirca præcepit fratri M. Cicero, vt in domeſticis & priuatis rebus ſeruorum opera vtatur: ſed in rebus ad imperium vel partem aliquam Reipub. pertinentibus, mi-

nime eos adhibeat. Cuius rei rationem adfert à teſtimoniis, ſeu iudicio, & ſermone hominum petitam, quod ſcilicet res ea ſermonibus & vituperationibus multorum ſit obnoxia, quas prudens magiſtratus minime debeat negligere. Cui quidem parti, ſuperiorum præceptionum mitigationem, earundemque ἀνακεφαλαίωσιν memoriæ gratia ſubiungit, & vna cum ea ſequens præceptum incipit.

VERBORVM DECLAratio.

In eiuſmodi rebus] ad hominum liberorum, amicorum, & familiarium delectum ſpectātibus, ne ſcilicet nimis credulus ſis, aut plus iis quam expedit indulgeas,

Ne durior ſim] Vtpote qui nimis libere etiam memorem moneam: aut etiam nimis rigide & ἀκριβῶς iſta à te efflagitem. Eſt autem, vt dixi, argumentum à maiori. Si amicis, ciuibus Romanis, ipſisque adeo ſubditis, hominibus tamen liberis non nimium eſt fidendum; quanto minus ſeruis, qui fere natura ſunt mali, infidi & fraudulenti. Cum liberalis, & fidelis animus, in ſeruili domicilio habitare vix poſſit: Nam vt Iuſtinus ait lib. 18. Serui non ſapientia, ſed malitia vincunt ingenuos. Item monoſtichon Græcum δούλου δὲ χεῖρον οὐδὲν, οὐδὲ τοῦ καλοῦ.

Teſte etiam Theognide, cuius hi ſunt verſus:

Οὔποτε δουλείη κεφαλὴ εὐθεῖα πέφυκεν,
ἀλλ' αἰεὶ σκολιὴ κ' αὔχενα λοξὸν ἔχει

Οὔπ

Ο῎τε γὰρ ἐκ σκίλλης ῥόδα φύεται, οὐθ' ὑάκινθος,
Ο῎υδέποτ' ἐκ δούλης τέκνον ἐλευθέριον.

Contra vt Ariſtot. v. Politic. ait, Ε'ικὸς βελτίους εἶναι, τοὺς ἐκ βελτιόνων, id eſt, ingenuos.

Cautus eſſe velim] Pro cautum te eſſe velim. Leniter autem ſeipſum amonitioni includit. q. d. Iam qui in eiuſmodi rebus, ſi tuo loco eſſem. ipſe cautus eſſe velim, & proinde tibi quoque id ipſum cenſeam faciendum.

Cautus ac diligens] vt fideles tantum, & perſpectæ integritatis amicos mihi adiungam.

Quo me animo] Longe ſcilicet cautiori.

In ſeruis Hactenus enim de hominibus liberis egit. Sunt autem ſerui, vt Craſſus aiebat, rei familiaris quaſi inſtrumenta animata. de quibus Xenophon in Oeconomicis ait, τρία δεῖ παρέχειν δούλοις, ἔργα, τροφὴν, κόλασιν. Alias ex ſententia Mimographi, Minus eſt quam ſeruus, dominus qui ſeruos timet.

Omnibus in locis] Omnium nationum.

Regere] niſi enim domentur, nihil eſt iis inſolentius aut petulantius.

Hoc breuiſſimum eſt] vt pudor illis incutiatur, qui efficit, vt ſine teſte nullum eſſe putēt locum.

Via Appia] in ipſius vrbis Romæ conſpectu, vbi nihil clam aut impune committi poteſt. Via autem Appia ab Appio Cenſore munita erat à porta Capena Brundusium vſque, longitudine miliarum Germ. 66. de qua Statius ad Pollium:

——*qua limite noto*
Appia longarum teritur regina viarum.

Eadem via Appia, à Formiis, Romam vſq; circumquaque fuit exornata ſplendidiſſimis villis, & ædificiis, ita vt aliquis Puteolis Romam proficiſcens ſibi iam in ipſa vrbe eſſe videretur. Viarum autem munitiones, admodum gratioſæ erant ad populum, tam enim latæ pleræque fuerunt, vt binos currus ſimul euntes, aut ſibi obuiam procedentes caperent: tam longæ, vt prouinciarum aut mariū terminos attingerent. Diſtinctæ etiam erant columellis milia paſſuum indicantibus · item βήμασι ſeu ponticulis aut ſuggeſtis quibuſdam puſillis, è quib. iter facientes paruo negotio iumenta ſua poterant conſcendere.

Neue intereſſe quicquam] plurimum ad excitandum & conſeruandum pudorem valet, ſi quis firma quadam animi inductione ſibi imaginetur, ſe vel in parentum, vel magiſtratus, vel præceptorum, vel aliorum, quorum de ſe iudicia veretur, conſpectu perpetuo verſari, ita vt eos dictorum & factorum ſuorum teſtes & animaduerſores perpetuo ſit habiturus. Quod ipſum infra quoque ſub finem huius epiſtolæ fratri inculcat, cum ait: Id facilime facies, ſi me, cui vni magis, quam vniuerſis placere voluiſti, tecum ſemper eſſe putabis, & omnibus iis rebus, quas dices & facies, intereſſe. Quod ſi tantum poteſt iſta de hominum certorum præſentia & inſpectione imaginatio; quantum nos à ſceleribus abſterrere debebat, omnis præſentia, & cōtinua, etiam cordis & cogitationum noſtrarum inſpectio ipſius Dei, de qua grauiſſime Prudentius [vt in ſchola

Chriſtia-

Chriſtiana docens, hoc quoque emendandæ & & informandæ iuuentutis cauſa aſpergam]

Speculator adſtat deſuper,
Qui nos diebus omnibus,
Actuſque noſtros proſpicit,
A luce prima ad veſperam.
Hic teſtis, hic eſt arbiter:
Hic intuetur quidquid eſt,
Humana quod mens concipit,
Hunc nemo fallit iudicem.

Trallis] ciuitatem Ioniæ, in Minori Aſia, inter Mæandrũ, & Cayſtrũ fluuios, vbi olim fuit regia Attali regis opulentiſs. teſte Plin. lib. 35. c. 14. ad cuius Eccleſiam multis ab hinc annis epiſtolam ſcripſit B. Ignatius: niſi epiſtolæ illæ ſint ſuppoſititiæ.

Trallis an Formias] Tacite indicat, non ſolum in publicis itineribus in Aſia, ſed etiam in priuatis hoſpitiis ſeruos coërcendos, & in officiis continendos eſſe. Sicuti enim antea itineribus Aſiaticis coniungebat viam Appiam: ita hîc ciuitati Aſiæ, Trallibus adiungit Formias, oppidum Campaniæ.

Hodie Molam vocant] è regione Caietæ, ipſi viæ Appiæ impoſitum, q. d. in hoſpitiis quoque Aſiaticis non plus libertatis ſeruos vſurpare ibi debere, quam in Italicis, ipſiusque viæ Appiæ hoſpitiis, continua hominum frequentia celebratiſſimis.

Quod autem hic de ſeruis in prouincia in officio accurate continendis præcipitur, idipſum,

& quidem multo grauius Aurelianus Imp. ſeueriſſimus diſciplinæ militaris rector cuidam ſuo vicario de coercendis in prouin. militibus ſcribit. Si, inquit, vis Tribunus eſſe, imo ſi vis viuere, manus militum contine: nemo aliena rapiat: ſegetem nemo atterat: annona ſua miles contentus ſit, & de præda hoſtis non de lacrymis prouincialium viuat, ſtipendium in baltheo non in popina habeat.

Sit in domeſticis rebus] ad victum, cultum, & cuſtodiam corporis pertinentibus. (quales ſerui erant) aſſectator, ſuppellecticarius, anteambulo, veſtiſpicus, lecticarius, baiulus, ſtabularius, agaſo, ſtrator, mediaſtinus.

Ad officium imperii] Hæc propter Statium ſeruum, & tandem etiam libertum, Quincto fratri nimis gratioſum inſpergit, de quo operę pretium fuerit videre primam paginam epiſtolæ ſequentis, vbi inquit. Sermones quam frequẽtes eſſent, & quam graues, aduentu ſuo Statius ipſe, cognouit. Etenim interuenit nonnullorũ quærelis, quę apud me de illo ipſo habebantur; & ſentire potuit, ſermones iniquorũ in ſuum potiſſimum nomen erumpere. Quod autem me maxime mouere ſolebat, quum audiebam illum plus apud te poſſe, quam grauitas illius ætatis, & imperii prudentia poſtularet: (quam multos enim mecum egiſſe putas, vt ſe Statio commendarem? quã multa autem ipſum ἀφελῶς mecũ in ſermone ita protuliſſe?) id mihi nõ placuit; monui, ſuaſi, deterrui. Quibus in rebus etiãſi fidelitãs ſumma eſt; quod prorſus

prorſus credo, quoniā tu ita iudicas: tamē ſpecies iſta tam gratioſi liberti, aut ſerui dignitatem habere nullam poteſt. Atq; hoc ſic habeto (nihil enim nec temere dicere, nec aſtute reticere debeo) materiam omnem ſermonum eorum, qui de te detrahere velint, Statium dediſſe: & antea tantum intelligi potuiſſe, iratos tuæ ſeueritati eſſe nonnullos; hoc manumiſſo, iratis quod loquerentur, non defuiſſe.

Ne quid attingat] ob humilitatē & ſordes perſonæ. Res enim videbatur indecora & maieſtate P.R. indigna, ſi in tanta virorum præſtantium & liberorum copia, publicorum officiorum adminiſtratio ſeruis committeretur, & ſic ſerui quodammodo liberis imperarēt: præſertim cū genus hoc ſeruile in rebus ſecundis fere ab inſolētia & contumelia ſibi temperare vix poſſit; Iuxta illud Iuuenal. Sat. v.

Maxima quæq; domus ſeruis eſt plena ſuperbis.

Item Claudiani lib. i. in Eutropium,

Aſperius nihil eſt humili cum ſurgit in altum.
Cuncta ferit, dū cuncta timet: deſæuit in omnes,
Vt ſe poſſe putent: nec bellua tetrior vlla eſt,
Quam ſerui rabies in libera colla furentis.

& Germanice quoq; in eandā ferme ſententiam dicimus der auß noth / kompt zu Brodt/der thut niemandt gut. Huiuſmodi ſeruū habuit Hadrianus Imp. quem cum aliquādo videret inter duos Senatores Rom. ambulantem, miſit qui illi colaphum impingeret, diceretq;. Noli inter eos ambulare, quorū adhuc ſeruus eſſe potes. Et hinc naſcūtur voces illę plenę indignationis apud Horat:

Tunc Syri, Damæ, aut Dionyſi filius audes
Deijcere è ſaxo ciues, aut tradere Cadmo.

Et etiamſi ſeruus, aut libertus ad huiuſmodi miniſteria maxime idoneus eſſet; tamen ſpecies ipſa tam gratioſi liberti, aut ſerui, dignitatem habere nullam poteſt, multo minus fructum.

Tamen ſermonis] vmb böſer nachrede willen. Poſſet enim dici te ſeruos liberis præponentem, neminem liberũ ducere. Huc illud ex epiſt. proxime ſequente: Ratio ſalusq; omnium noſtrum, 1
qui ad Rempub. accedimus non veritate ſolum, ſed etiam fama nititur: ideoque non tantum quid recte, ſed etiam quid ſine vituperatione fieri poſſit, videndum eſt.

Sed neſcio] Hanc ἐπανόρθωσιν, ſeu mitigationem 1
ideo ſubiunxit, quia ſciebat ea, quæ iam dicta ſunt de ſeruis, propter Statium ſuum, Quinto ingrata eſſe futura.

Propoſitum non fuiſſet] q. d. hoc minime fuiſſe neceſſarium, cum Quintus per ſe laudabiliter of- 2
ficio fungeretur. Laus autem ipſa reprehenſioni permixta, maiorem ad excitandum vim habet, quod annotat etiam Plutarchus πολιτικ. παραγγελμ. ὁ γὰρ μεμιγμένος ἐπαίνῳ ψόγος, οὐκ ἔχων ὕβριν ἀλλὰ παῤῥησίαν, οὐδὲ θυμὸν, ἀλλὰ δῆγμα ἐμποιῶν, καὶ μετάνοιαν 2
εὐμενὴς φαίνεται, καὶ θεραπευτικὸς, id eſt, Permixta laudationi reprehenſio, nõ contumeliam ſed libertatem in ſe habens; neque iram ſed morſum & & pænitentiam excitans, benigna videtur, & ad corrigendum apta. 3

Vſu vero etiam me ſuperiorem] Vtpote qui ipſe

nullam

nullam adhuc prouinciã adminiſtrauerim. Scripta eſt enim hæc epiſtola ſeptem vel octo annis ante M. Ciceronis proconſulis in Ciliciam profectionem.

Sed tamen] ἀντεισαγωγὴ continens tacitam huius doctrinæ commendationem, & ad ei obſequendum inuitationem.

Quare ſint] ἀνακεφαλαίωσις τῶν εἰρημένων, in qua primam adhortationem, vt tertii anni ad duos priores acceſſionem ęquo animo ferat, tanquam minus neceſſariã prætermiſit. Reliqua vero eodem fere, quo nos diſtinximus ordine paucis verbis complexus eſt.

Fundamenta] quibus reliqua quaſi ſuperſtructa tuto inniti poſſint.

Grauis & conſtans diſciplina] Non enim ſatis eſt bene incipere, niſi etiam conſtanter in hoc laudabili propoſito perſeueres.

Quæ cum honeſta ſint in his priuatis]. A minori. Nihil autem pulchrius eſt patrefamilias, ſi ipſe ſit vir integer & continens, & præterea habeat liberos & domeſticos verecundos, item bonos & fideles amicos, & propinquos: denique domitam, obſequentem & modeſtam ſeruulorum familiam.

Rationibus] ſc. viuendi, & mores noſtros & familiæ noſtræ regendi. Germanicæ forte non incommode diceres, Bei dieſer vnſer priuat/oder häußlich/ vnd täglichen gelegenheit.

Corruptrice prouincia] Quo enim eſt maior regionum amœnitas, eo plura luxuriæ inuita-

tamenta & iuſtrumēta ſuppeditat, & cōtra. Fuiſſe autem talem prouinciam Aſiam, patet ex inſigni hac periodo Ciceronis, quæ eſt in oratione pro lege Manilia. Aſia vero, inquit, tam opima eſt & fertilis, vt & vbertate agrorũ, & varietate fructuum, & magnitudine paſtionis, & multitudine earum rerum quæ exportātur, facile omnib. terris antecellat &c. Facile igitur animi molles, & ocioſi corrumpi in ea poterant. Quod Syllanis temporibus factum quoq; eſſe indicat Salluſtius in Catilina. L. Sylla, inquit, exercitum, quem in Aſia ductauerat, quo ſibi fidum faceret, contra morem maiorum luxurioſe nimiſque liberaliter habuerat. Loca amæna, voluptuaria, facile in ocio feroces militum animos molliuerant. Ibi primum inſueuit exercitus P. R. amare, potare, ſigna, tabulas pictas, vaſa cęlata mirari, ea priuatim ac publice rapere, delubra ſpoliare, ſacra profanaq; polluere &c. Teſtatur idipſum Liuius Dec. 4. lib. 4. Omnibus libidinum illecebris repleta eſt Aſia. & Dec. 4. lib. 9. Luxurioſæ peregrinæ origo ab exercitu Aſiatico inuecta in vrbem eſt, inde lectos, æratos, veſtem ſtragulam precioſam, plagulas & alia textilia &c. Tum pſaltriæ ſambuciſtriæq;, & cōuiualia ludionũ oblectamēta addita epulis. Epulæ quoq; ipſe & cura & ſumptu maiori apparari cœptæ. Tum coquus, viliſſimum antiquis mancipiũ, & æſtimatione & vſu in precio eſſe, & quod miniſterium fuerat, ars haberi cœpta. In eiuſdem libri principio inquit Liuius de Liguria agens: Nulla alia prouincia militem magis ad

virtutem acuebat. Nam Aſia & amœnitate vrbium, & copia terreſtrium maritimarumque rerum, & mollitia hoſtium, regiiſque opibus ditiores quam fortiores exercitus faciebat.

Diuina videantur] viri non vulgaris, ſed plane heroici, & diuini, ſeu de cælo delapſi ἀνδραγαθήματα. Quo enim maior peccandi occaſio, & licentia, tanto maior etiam continentiæ laus eſt.

TRACTATIO
SEV COLLOCATIO.

TRACTATIONIS huius initium eſt μεταβατικὸν, quo tranſitum ſibi facit à præcedente ad ſequẽs de ſeruis præceptũ. Ei ſubditur ipſa νουθέτησις ſeu præceptio ſuis rationibus munita, cui ſubiungitur concluſio habens ἐπανόρθωσιν correctionem, ἀντεισαγωγὴν, alterius cauſæ inductionem, fratris collaudationem, & hactenus dictorum ἀνακεφαλαίωσιν ſeu repetitionem. Et quidem in hac ipſa tractatione hæc habemus merito obſeruanda. Primo quomodo caute & prudenter in principio & fine admonitionũ de iis quæ duriuſcula & ingrata videntur futura ſit verſandum. Vbi videmus Ciceronem in principio, ne φιλαίτιος videatur, præ ſe ferre quendam quaſi metum, & verecundiam, antequam ad rem ipſam accedat, vbi vereor, inquit, ne durior ſim. Deinde eũ ſeipſum admonitioni vna includere. Tertio

eundem vti ἀποτομῇ, ſeu præciſione cum ſcribit. quo de genere multa præcipi poſsũt, Sed hoc &c. Quarto addere ὑπόσχεσιν ſeu pollicitationem breuitatis. Quinto rationem indicare, cur hoc de ſeruis præceptum ſilentio præterire non potuerit. Deinde finita iam præceptione inſignem adhibet προθεράπευσιν ſeu præparationem & mitigationem, primo per μετάνοιαν, ſeu quandam quaſi correctionem & pœnitentiam. Corrigit enim quodammodo ſe ipſum Cicero, & errorẽ ſuum confitetur: deinde per inuerſionem cauſæ, non enim dedita opera, ſed caſu quodam, ad hanc præcipiendi rationem delapſam eſſe, ait, orationem ſuã. Tertio per ἔπαινον ſeu collaudationem, qua fratrem tanquam monitore non indigentem ſibi ipſi præfert, eiusque prudentiam & vſum præ ſuo celebrat. Quarto per indicationem cauſæ finalis. Ait enim hæc ſe præcipere fratri, non quod de eius integritate & prudentia dubibitet; ſed vt fraterna ſua auctoritate accedente, omnia quæ per ſe faciat, Quinto fiant iucundiora. Neceſſariam autem & vtilem eſſe hanc conſiderationem in omni vita, res ipſa loquitur. Neque enim omnes æque boni conſulunt admonitiones, reprehenſiones aut præceptiones aliorum: maxime ſi natura iracundi, & præterea admonente vel reprehẽdente ſuperiores, vel, certe non multo ſint inferiores. Tales autem ſunt hæ admonitionum mitigationes, vt ipſe admonitus, niſi plane omnis humanitatis expers aut barbarus ſit, etiamſi velit, iraſci admonenti vix poſſit.

Præ-

Prætereà obſeruandũ hic eſt inſigne exemplum ἀνακεφαλαιώσεως ſeu enumerationis & repetitionis capitum hactenus explicatorum. A generalibus enim ad ſpecialia præcepta tranſiturus paucis, eodem ordine ſeruato, repetit ſummas præceptorum hactenus traditorum: ſed id tamē minime nude, ſed cum ſuccincta eorundem commendatione, & quodammodo amplificatione; peritur ex loco adiunctorum, ſeu à circumſtantiis loci, temporis & perſonarum per antitheſin à minori ad maius ratiocinando. Si enim, inquit, hæc honeſta iudicantur, ſi priuatim fiant, quanto magis ſi publice: ſi domi, quanto magis in prouincia, ſi in regimine familiæ modeſtę, & bene moratæ, quanto magis in tanto imperio, tam deprauatis moribus, tam corruptrice prouincia, ubi, quæ priuatim honeſta cēſentur, publice placere diuina videantur vnecesse eſt.

RATIONES PRÆCEPTORVM SEV LOCI communes.

I. DE cura ſeruorum, de qua videndus eſt Xenophon in Oeconomicis, vbi docet tribus modis in officio continendos eſſe ſeruos. 1. Liberalitate. 2. Delectu vt comparentur ſobrii, frugales & laborioſi, non luxurioſi, temulenti, ignaui. 3. Exemplo, vt dominus ipſe iis ſit præditus virtutibus, quas in ſeruis requirat.

Conſulendus & Ariſtoteles in Oeconomicis cap. 5. lib. 1. vbi præcipit ante omnia ſeruos parãdos eſſe probos, & ad eam rẽ cõducere, ait, primo educationem accuratã, quia nunquam frugi futuri ſunt ſerui, ſi non ſint probæ nationis aut familiæ, vel nimis indulgẽter educati. 2. De labore, animaduerſione & cibo iis proſpiciendum eſſe. Quia cibus ſine labore & animaduerſione petulantiã irritat, ſicuti etiã labores & animaduerſiones ſine alimẽtis iniquæ ſunt & violentę, & vires ac robur ſeruile frangunt. Ad educationẽ ſeruorum accuratam & pæne liberalem quantum ſpectat celebratur eo nomine Pomponius Atticus in cuius familia erant pueri litteratiſſimi, anagnoſtæ optimi, & plurimi librarii, artifices quoque cæteri, quos cultus domeſticus deſiderat, apprime boni, & ii quidẽ omnes domi nati, domique facti & inſtituti. Marcus quoq; Craſſus, vt in eius vita ſcribit Plutarchus, cum ſeruos plurimos, anagnoſtas, ſcriptores, argentarios, diſpenſatores, ſtructores haberet, iis tamen omnibus docendis inſtituendisque præerat: quod domino maxime conuenire arbitraretur ſeruorum curam: qui rei domeſticæ animata eſſent inſtrumenta. Reliqũa enim à ſeruis, ſeruos à Domino gubernari debere dicebat. Et in ſacris Act: 10. celebratur Cornelius Centurio Cæſarienſis, qui pietatem ſuam omnibus quoque vernis & domeſticis ſuis communem eſſe voluit. Huius inſtitutionis hanc rationem hic afferr Cicero: quod ex moribus ſeruorum, de dominis fieri

ſoleat

ſoleat iudicium. quod & Gnatho Terentianus ſeruo obiicit Parmemoni: Domini ſimilis es.

II. De officio ſeruorũ fidelium, quorũ hoc loco eſſe ait domeſtica potius, quam publica negotia adminiſtrare, ne Dominus aut magiſtratus eo nomine male audiat. Seruos enim magis decet regi, quam regere, ſeruire, quam imperare. Certe poſtquam tyrannides graſſari cœperunt, ſeruorum libertas & opes auctæ; dominorum vero poteſtas & opulentia immunita eſt. quod docet Mena Sex. Pomp. libertus, de quo Horat: Epod. 4. Fortuna non mutat genus. item Pallas, Calliſtus & Narciſſus, liberti Claudii Imp. quos ad maximas opes perueniſſe refert Plin. lib. 33. cap. 10. ita quidem vt ipſo M. Craſſo, qui olim diuitis nomen habuerat, opulentiores eſſent: opibus interim familiæ imperatoriæ, non leuiter imminutis.

III. De fama & iudicio hominum honeſto, ſi honeſte fieri poſſit, accurate tuendo maxime à magiſtratu. Multa enim quæ recte fieri poſſent, tamen ſermonis & vituperationis cauſa facienda non ſunt. Vt enim in ſecunda Epiſtola, Plato ait, ignauiſſimorum eſt hominum nihil curare quæ de ipſis futura ſi opinio: interim probatiſſimi qui que omnia faciunt, vt etiam poſt mortem inter homines bene audiant. Et Liuius Dec. 1. lib. 5. aſſerit. Maiora eſſe famæ & fidei damna, quam vt æſtimari poſſint.

IV. De iis quib. dignitas & auctoritas magiſtrãtuũ potiſſimũ conſeruatur. quæ hic fundamen-

ta dignitatis appellantur, & ſunt. 1. ipſius magiſtratus integritas, & continentia. 2. Adiutorum gubernationis & familiarum pudor. 3. Percautus & diligens in familiaritatibus colendis delectus. 4. Seruorum grauem & diſciplinam, præſertim ſi hæc eo tempore fiant; quo deprauati ſunt hominum mores: & eo loco, quo plurima ad corruptionem inuitant, irritamenta.

Πορίσματα ex ipſo contextu.

1. Qui in re minoris momenti cautus eſt & diligens, multo magis talis eſſe debet in reb. momenti maioris.

2. Domini eſt, ſeruos ſuos, cum omnibus in locis, tum præcipue in peregrinationibus regere & coercere. Id enim niſi fiat, facile inſoleſcunt & immemores fiunt officii.

3. Præcepta debent eſſe breuia, vt eo faciliu teneri poſſint. Iuxta illud Horatii: Quidquid præcipies eſto breuis.

4. Mutatio loci, non mutat vitiorum turpitudinem. Quod enim in Italia turpe eſt, nõ fiet honeſtum in Aſia. Quod turpe eſt in loco illuſtr. non fiet honeſtum in loco obſcuro.

5. Nihil ad conuerſationem diſciplinæ magis neceſſarium eſt conſtantiâ in ea retinenda & ſine intermiſſione vrgenda. Pudore enim & benefaciendi continuata conſuetudine ipſum benefacere redditur facilius: & contra.

6. Viro politico non tantum quid recte ſe-

etiam

etiam, quid abſque vituperatione fieri poſſit ſpectandum eſt.

7. Inter orandum aut ſcribendum facilè fit, vt oratio ad ea delabatur, quæ initio dicendi aut ſcribendi propoſita non fuerant.

8. Prudentia & vſu rerum inferiorem, non decet ſuperiori temerè aliquid præſcribere.

9. Actiones honeſtæ & laudabiles generoſis animis iucundiores fiunt, ſi videant eas magnorum virorum authoritate accedente confirmari.

10. Raro fit, vt terrę fertiles & amœnę homines alant frugi, & continentes.

11. Quo maiores delinquēdi ſunt occaſiones, eo laus quoque, & decus virtutis, & continentiæ maior eſt.

VSVS ET IMITATIO.

VSus huius partis eſſe poterit ſi quempiam patrem familias negligentiorem, & in rebus domeſticis, ſeruis, & ancillis nimis indulgentem monere velimus: vt vxori & liberis quoq; ſuis aliquam eius officii partem imponat, & ipſe ſupremus omnium inſpector, & rationum exactor eſſe ſtudeat. Hunc vel ſimilem in modum.

DIeweil ich im nechſt vergangenē Ianuario, etlich Tag bey dir in deiner Behauſung zur Herberg gelegen / vnd von dir freundlich vnd herꝛlich empfangen/ vnnd tractiert

bin/ muß ich wol bekennen / daß ich dir von wegen vnſer alten vnnd vertrawten Freundſchafft nicht auff eine gemeine/ ſondern gar auff eine beſondere Weiſe danck zu ſagen / vnnd zubeweiſen ſchuldig ſeye. Bitte auch / du wolleſt eben derſelben vnſerer Freundſchafft zuſchreiben / wo dich dieſe Weiſe vnnd Manier Danckbarkit zu erzeigen / etwas frembd vnd hart zu ſeyn/ bedůncken möchte. Ich habe zwar eben in derſelbigen Zeit mit groſſer Freud vnd Wolluſt deine Lieb/ vnd von GOtt an Leib vnnd Verſtand wol begabte Kinder / beyde Knaben vñ auch Mägdlein angeſehen / da ſie mit vns neben jhrer lieben Mutter deiner vieltugentſamen Haußfrawen zu Tiſch ſaſſen. Mitler weil von deinen Dienern ohn Vnterſcheid etliche eſſen aufftrugen/ etliche Wein vñ Bier zapfften/ etliche eynſchencketen (doch alſo / daß ſie allezeit vom beſten vnd edelſten Getränck / den erſten Becher in jhren Halß goſſen) etliche die leeren Schüſſel wider in die Küch brachten. Es waren auch etliche darunter/ die deinen Beutel vnd Geldkaſten allein in niemands anders Gegenwart ohn Schew beſucheten / vnd ſo viel/ als jhnen geliebte auch vngezehlet herauſſer namen. Wie ſich die Mägde in der Küchen verhalten haben / kan ich nicht wiſſen. Doch iſt es wol zu glauben / daß ſie nicht viel beſſer als die Knecht geweſen ſeyen. Mit was Gemüth ich aber ſolches alles angeſehen habe / haſtu wol zu erachten / nach dem du weiſſeſt / daß ich auff meine Knecht allezeit/ vnnd ſonderlich/ wenn ich fürnehme Leut zu Gaſt habe fleiſſige Achtung

geben

geben/vnnd ſie in Zaum zu halten pflege. Von welchen Dingen ich dich wol weitläufftig erinnern köndte. Es iſt aber dieſes das fürnembſte/ vnnd kan auch ohne beſondere Beſchwerung in acht genommen werden/ daß man die Knecht gewehne/ daß ſie ſich in gegenwart frembder Gäſt nicht anders verhalten/ als ſie ſonſten thun/ wenn mann allein iſt/vn̄ keinen Vnterſcheid drauß machen vnd halten/ jhr Herr eſſe allein/ oder mit vielen andern. Wenn auch niemand vnder deinen Knechten vnd Mägden für andern trew were/den oder dieſelbige laſſe ſeine Trew in häußlichen/ vnd jhm von dir befohlenen Amptsgeſchäfften beweiſen. So viel aber die Haußhaltung vnd Regierung/ vnnd ſonderlich Einnam vnd Außgab deß Gelts belanget/ ſollē ſich die Knecht ſolcher Ding gäntzlich enthalten/ vnnd ſolches alles dein Weib vnd Kinder verrichten laſſen/ welche dißfals/ wie gläublich/ dir vnd jhnen trewer ſeyn werden/ als Knecht vnd Mägde. So iſt es auch billich vnd recht/ daß deine Kinder von Jugent auff/ zur Haußhaltung/ vnnd guter Auffſicht daſelbſt gewehnet werden. Dann man auch vielerley Ding vnd Sachen/ die man ſonſt trewen Dienſtbotten wol vertrawen köndte vnd möchte/ dennoch jhnen nicht vertrawen ſol/ allerley Gefährlichkeit vnd böſe Exempel zuvermeiden. Demnach ein Knecht der ſich heut trewlich anſtellet/ morgen oder vbermorgen wol kan vntrew werden/ wie dann ſolch vnbeſtändig Volck leichtlich verendern kan. Zwar weil du dieſes alles nit mit hohen Fleiß in acht ne-

men wirſt/ſo wirſtu in Kürtz meins Erachtens in deiner Haußhaltung groß Abnemen vnd Schaden fühlen. Aber wie komme ich doch zu dieſer Vermahnung vnd Eynredung/ da ich mich doch anfänglich ſolches nicht fürgenommen hatte zu thun. Dann was ſolte ich mich vnterſtehen/ denjenigen zuvermahnen/ der dieſer Ding gröſſern Gebrauch vnd Erfahrenheit hatt/ ja auch elter iſt/ dann ich ſelber. Aber dennoch hab ichs dafür gehalten/daß dir das jenige/ welches du dißfals gutwillig/auch ohn weitere Erinnerung/von dir ſelbſt thun wirſt/ dennoch auch darumb leichter vnd anmütiger ſeyn würde/ wenn du mercken würdeſt/ daß ich auch einen ſonderlich Gefallen daran trüge/vnd alſo mit dir in einer Meynung were. Läſſe derwegen dieſes/ die Grundfeſt deiner Haußhaltung ſeyn. Erſtlich/ daß du dir ſelbſt die höchſte Auffſicht vnd Regierung vorbehalteſt. Darnach/ daß du deine Haußfraw vnd Kinder/ auff alles/ was im Hauſe fürläufft/ fleiſſige Achtung geben. Item/ daß du in Mietung vnnd Annehmung Knecht vnd Mägde/ eine ernſtliche vnd fürſichtige Wahl habeſt/ vnd wenn du ſie angenommen/ daß du ſie alsdann auch in geſtrenger vnd beſtändiger Diſciplin halteſt. Vnnd dieweil ſolches in Fürſtlichen vnd Königlichen Hoffhaltungen/ da doch alles vollauff iſt/ für nötig geachtet wird; So wil es zwar in vnſer Privat haußhaltung vil mehr nohtwendig ſeyn/ zumahl in dieſer groſſen Tewrung allerding/vnd da vber der Knecht vnd Mägde Boßheit vnnd Vntrew jederman klaget/ja/da

es in

es in der gantzen Welt ſo vbel zugehet. Wenn du nu hinfüro dieſes alles / wie ich ſag / in acht nehmen / ins Werck ſtellen / vnd darvber beſtändiglich wirſt halten wollen / ſo wirſtu in Kürtz in deiner Haußhaltung / ſolch einen Vortheil vnd Auffnemen ſpüren können / daß du ſelber wirſt bekennen / dir ſey für die gute Herberg gnugſame vnd völlige Danckbarkeit von mir widerfahren / ob ſolches wol nicht auff die ins Gemein gewöhnliche Weiß geſchehen iſt. Vale.

CVm ſuperiori Ianuario aliquot dies hoſpitio domus tuæ commodo admodum & liberali vſus ſim, merito gratias me tibi non vulgares debere ingenue agnoſco, quas ipſas etiã nõ vulgari, ſed plane nouo & ſingulari modo tibi pro intima neceſſitudine noſtra agendas & ſimul referendas eſſe cenſeo. Cui quidem ipſi neceſſitudini adſcribas velim, ſi in hoc gratias referendi modo, quod vereor, duriuſculus forte eſſe videart. Vidi ego tum magna cum voluptate liberos tuos optimæ indolis, ingenij & formę pueros & puellas maximè, cum omnes vna nobiſcum menſæ accũberent, præſente etiã matre, lectiſſimâ fœminâ, vxore tua. Interea famulorum ſine diſcrimine alij cibos apponebant, alij vinum & cereuiſiam promebant & infundebant, ita ferè, vt generoſiſſimum quodq; faucibus infunderẽt ſuis, alij lances euacuatas à ſe in culinam efferebant. Nec deerant, qui loculos quoque & ciſtas tuas ſine teſte vel arbitro ſcrutarentur, & inde tantum quan-

tum liberet pecuniæ libere aufferrent. Quid ancillę in culina facerent videre nõ licuit. Credibile tamen eſt, eas famulis nihilo fuiſſe frugaliores. Hæc autem omnia quo me animo vidiſſe cenſes? qui, ut ſcis, meos famulos, cum omnibus temporibus, tum præcipue in conuiuiis ſolennioribus obſeruare, & in officio ſoleo continere. Quo de genere multa moneri poſſunt, ſed hoc & præcipuũ eſt, & non ita difficulter teneri poteſt, ut ita ſe gerant in præſentia hoſpitum & conuiuarum, vt aliàs cum ſoli ſumus gerere ſe ſolent. neue intereſſe quicquam putent utrum herus ſolus an cum multis conuiuetur. At ſi quis eſt ex famulis aut ancillis præ cæteris fidelis, ſit in domeſticis officii ſui rebus & negotiis. Quæ res gubernationem rei familiaris tuæ, atque ad aliquam partẽ rei Oeconomicæ & pecuniàriæ pertinebunt, de iis rebus ne quid attingat. Sed ea omnia vxori & liberis tuis committantur, quos credibile eſt multo tibi & ſibi ipſis in hoc genere fideliores fore, quam ſunt ſerui & ancillæ. Et eoſdem iam nunc ad inſpectionem & tractationem rei familiaris erudiri & aſſueſieri rectiſſimum eſt. Multa enim, quæ rectè etiam committi ſeruis fidelibus poſſunt, tamen exempli & periculi vitandi cauſa committenda non ſunt. Qui enim hodie fidelis videtur ſeruus; cras aut perendie eſſe poterit infidelis, cum nihil ingenio ſeruili ſit mutabilius, nihil famulis inconſtantius. Quæ omnia niſi accuratè obſerues, res tuæ domeſticæ diu ſaluæ, niſi contra me fallant, eſſe non poterunt.

Sed ne-

Sed neſcio quo pacto ad hanc monendi & quodammodo reprehendendi rationem prolapſa ſit oratio mea, cum id mihi propoſitum hæc ſcripturienti non fuiſſet. Quid enim eum admoneam, quem ego, in hoc præſertim genere, ſciam vſu & experientia non eſſe inferiorem quam me, ætate verò etiam ſuperiorem. Sed tamen ſi ad ea, quæ tua ſponte & quidem cum prolubio es facturus, cohortatio quoque & comprobatio accederet mea, tibi ipſi illa putaui fore faciliora & minus moleſta. Quare ſint hæc quaſi fundamenta rei tuæ familiaris, tua primum accurata & continua omnium rerum inſpectio & gubernatio. Deinde vxoris & liberorum tuorum in ea, quæ domi fiunt diligens inquiſitio & obſeruatio: delectus famulorum & ancillarum percautus & diligens, eorundemque grauis & conſtans diſciplina. Quæ cum neceſſaria iudicentur in regum quoque & principum familiis diuitiis & vectigalibus vndique affluentibus, in his priuatis noſtris quotidianiſque rationibus in tanta annonæ & rerum omnium caritate, tam corruptis ſeruorum, ancillarum & domeſticorum ferè omnium moribus, tam denique deprauato ſeculo, longè adhuc magis neceſſaria videantur credibile eſt. Hæc ſi deinceps obſeruaueris, paulo poſt ea rei tuæ pecuniariæ incrementa ſenties, quibus tibi abundè à me gratiam relatam eſſe, licet modo id fiat minime vulgari ipſe fatebere. Vale.

QVINTVM PRAECEPTVM ET *eius Analyſis.*

H*Aec inſtitutio*] Quintum hoc præceptum eſt, agens de iuriſdictione, ſeu docens, quomodo fratri forũ agendum, ſeu ius in prouincia laudabiliter ſit dicẽdum, pertingens ad illud pag. 15. AC MIHI QVIDEM VIDENTVR, &c. Quod quidem ipſum præceptum nõ minus utile & neceſſarium eſt, quã quatuor priora iis præſertim, qui ius aliquando dicturi ſunt. Magiſtratus enim propria eſt iuris dicendi poteſtas. Vt autem in Verrinis dicitur, omnes omnium pecuniæ in eorum, qui iudicant, ſunt poteſtate poſitę: neque quisquam ædes ſuas, fundum, patria bona obtineret, ſi à prętore vel iudice negligẽter iudicia exercentur. Perſæpe etiam hac in parte à magiſtratibus, & in defectu, & in exceſſu peccatur. hic quidem, cum nimium ſunt rigoroſi & ſeueri: illic verò cum nimium ſunt lenes & indulgentes: aut aliàs cum non conſeruant ęquabilitatẽ & cõſtantiam, ſed affectibus indulgentes, plus quã par eſt largiuntur gratiæ, amori, odio, pecuniæ. Et ſanè hoc pręcepto maximè opus habuit Quintus Cic. de cuiꝰ acerbitate querelæ nõ leues Romã fuerãt delatę, quas ſine ſumma iuriſdictionis integritate non poterat ſuſtinere & refutare. Vult igitur M. Cic. primo, vt in reb. ſtatuẽdis decernẽdiſq; adhibeatur ſeueritas, & id quidẽ duab. de cauſis, quarũ prima ſumitur à facili. Vbi enim eſt inſtitutio & diſciplina domeſtica bona, ibi publicè quoque ſeue-

ſeveritas eò tutius majorique cum auctoritate & fructu adhiberi poteſt: & contrà cum magiſtratus ipſe vivit diſſolutè, & in familia ſua tolerat ἀταξίαν, abſque gravi & conſtanti diſciplina, ibi ſeveritatem quoque juriſdictionis neceſſe eſt frigere. Altera petita eſt ab ante actis Quinti: qui cum laudem reportarit ex ſuperioris temporis ſeveritate, etiam deinceps nihil de ea debet remittere. Antecedens probat quod Tuſcenii & Paconii querelæ, majori Quinto laudi, quam probro fuerint.

Secundum quod in juriſdictione requirit, eſt æquabilitas, efficiens, ut ſeveritas non varietur gratia, potentia, largitione. Injuſtè enim faciunt judices, cum in uno atque altero puniendo volunt eſſe ſeveri, in reliquis vel gratioſis, vel benè nummatis, vel potentibus talpa ſint cœciores, pœnam aut prorſus omittendo; aut leviuſculè tantummodo adhibendo.

Tertium quod fratri hac in parte præcipit, id ipſum etiam in juriſdictione provinciali extendit, & rationem affert, ductam à facili. Primo quod in Aſia non magna, ut Romæ, negotiorũ & cauſarum jure diſceptandarum varietas, gravitas aut difficultas ſit, ſed quod eæ ex præſcripto ſcientiæ provincialis ut plurimum facilè expediri poſſint. Deinde quod litigatores ibidem, non uſque adeò ſint reformidandi utpote aut ſubditi, & vectigales, aut quæſtum in Aſia facientes, atque ideo magiſtratus obſervantes.

Quartum juriſdictionis requiſitum eſt, con-

ſtantia & gravitas. Nihil enim, ut in Philippicis dicitur, inconſtantia & levitate turpius eſt, cum aliis omnibus, tum verò, ad reipubl. gubernacula ſedentibus. Fit autem gravitate, & conſtantia, ut magiſtratus reſiſtat gratiæ & ſiniſtris ſuſpicionibus, quibus inprimis jus dicentes, maximè peregrini ſi ſint, ferè ſunt obnoxii.

Quintum & poſtremum quod in juriſdictione flagitat, eſt facilitas in audiendo, lenitas in decernendo, diligentia in ſatisfaciendo & diſputando. Sæpe enim ſit ut magiſtratus tribus hîs vitiis ſupra modum laboret. primo difficultate in audiendo, quod non omnibus domi ſunt: quod ſubditos non libenter audiunt, eosq; in alium diem, vel etiam prorſus rejiciunt. Deinde acerbitate in decernendo; cum nimirum ſententiæ vigorem vel duris verbis exaſperant, vel, etiamſi error demonſtretur, tamen decreta ſua licet iniqua, mordicus tuentur.

Tertio injuria, contra ſententiam diſputantibus litigatoribus non ſatisfaciente, cum potius patienter eos audire, eorum objectiones diluere, nec non verbis & vultu ita eos mulcere & ſolari deberent, ut quamvis vellent, tamen judici merito iraſci non poſſent. Hanc partem illuſtrat exemplo Cn. Octavii patris Cæſ. Auguſti, prætoris Macedoniæ cuius ſeveritatem lenitate conditam, fratri imitandam cenſet, ut eodem, quo ille modo ſubditis jucundus fiat. Argumentum autem ſeveritatis in Octavio erat, quod Syllanos homines cogeret reddere, quæ per vim & metū,

Maria-

Marianis abſtulerant: quod item privatos codẽ jure parere vellet, quod illi in magiſtratu conſtituti iniurioſè in alios decreverant. Indicium lenitatis & manſuetudinis eiuſdem fuit, quod litigatores non rejiceret, aut imperioſè ſilentium illis imponeret, ſed poteſtatem dicendi tam diu omnibus faceret, quam ipſi vellent.

Eandem lenitatem & comitatem fratri commendat primo ratione deſumpta ex adjunctis, ſeu circumſtantiis loci & perſonarum. Si lenitas hæc grata Romæ eſt, ubi tam varia Iuriſdictioni objiciuntur impedimenta; multò magis in Aſia grata erit, quæ omnibus illis impedimentis deſtituitur. Impedimenta autem Iuriſdictionis Romanæ, quæ enumerat, hæc ſunt. 1. Arrogantia propter jus civitatis omnium gentium tum reginæ: item propter cognationes, affinitates, clientelas. 2. Immoderata libertas ſeu potius licentia. 3. Multi magiſtratus qui vel ipſi intercedere, aut decreta ab aliis reſcindere, vel ad quos appellare, quis poſſet, eorumque auxilia implorare. 4 Vis magna & uſq; adeò valida ut leges & judicia ſæpè perſtringeret. 5. Senatus auctoritas terrorẽ judicibus incutiens. In provincia autem longè alia erat ratio, ubi cives Romani, ſocii & civitates omnes unius præſidis nutum intuebantur contra quem nulla in promptu habebant auxilia vel Senatus, vel populi Romani, nullam etiam conquerendi commoditatẽ: ſed eius ſententiæ cogebantur acquieſcere. Quocirca lenitas & comitas eiuſdẽ ſubditis eò erat jucundior. Secunda ratio

qua lenitas in jurisdictione ipſi commendatur, ſumpta eſt à cauſa adjuvante, ſingulari nimirum eruditione & doctrina ipſius Quinti, quam ante omnia deceat, cuique adeò facilis eſſe debeat humanitatas, moderatio, comitas & lenitas, utpote quæ ab humanitate & auſteritate penitus abhorreat. Vbi etiam alterum exemplum ex Xenophontis Pædia Cyri intexitur, & ſubjicitur tertia ratio, qua lenitas & comitas in juriſdictione Quinto magnoperè expetenda & neceſſaria eſſe oſtenditur, petita à Comparatis. Cyrus rex Perſarum ἀνυπεύθυνος & nunquam privatus futurus, cum gravitate comitatem & lenitatem ſtudiosè conjunxit. Quanto magis id facere debent præſides provinciarum Romani, qui ſunt ὑπεύθυνοι, id eſt, quibus ita datum eſt imperium, ut reddant, & quidem ab iis legibus datum eſt, ad quarum obedientiam depoſito imperio revertendum eſt.

VERBORVM DEclaratio.

Hæc inſtitutio] q. d. cum laude ſeverus eſſe non potes, niſi ipſe cum tuis omnibus ſis continentiſſimus & integerrimus. Talis enim ſi non ſis; non poteſt tua tuorumq; vitæ ratio juſto liberior eiuſmodi ſeveritatem ſuſtinere, id eſt, non poſſes tuæ ſeveritatis ratione ſatis tutus & aliis excuſatus eſſe. Nihil enim, ut alibi Cicero ait, minus eſt ferendum, quam rationem ab altero vitæ repoſcere eum, qui ſuæ non ſit reddere. Item:

Turpe

Turpe eſt cenſori quem culpa redarguit ipſum.

Inſtitutio) Inſtructio, vivendi ratio tui ipſius & tuorum. Alibi quoque, ut in quæſt. Acad. inſtitutionem & diſciplinam conjungit. In quadam epiſtola ad Att. inquit, rationem inſtitutionemque ſuam conſervare. Ita 1. offic. omnis quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet à definitione proficiſci; id eſt, præceptio & propoſitum.

Diſciplina) Vitæ, & morum ad honeſtatem & continentiam in teipſo & tuis aſſuefactio.

Suſtinere] Sicuti ſolidum fundamentum ſuper impoſitum ſuſtinet ædificium: lingua patria diceres, ertragen.

Eam ſeveritatem] Cum enim tibiipſi & tuis non indulgeas, nemo ægrè ferre jure poterit, ſi eadem ſeveritatē erga alienos utare. Ad totum hunc locum pertinent illa Demoſthenis contra Ariſtogitonem oratione prima. τὸν κατηγορήσοντα τῶν ἄλλων, καὶ πάντας κρινοῦντα, αὐτὸν ἀνεξέλεγκτον ὑπάρχειν δεῖ. Cum quo conſentit Cicero 5. Verrina cum ait. Sibiipſi legē indicunt innocentiæ, continentiæ, virtutumque omnium, qui ab altero vitæ rationem repoſcunt: atque eò magis, ſi id faciunt nulla re commoti alia, niſi utilitate communi. Nam qui ſibi hoc ſumpſit, ut corrigat mores aliorum, ac peccata reprehendat; quis huic ignoſcat, ſi qua in re ipſe à religione officii declinarit? Idem alibi: careat culpa neceſſe eſt, qui in alterum animadvertere eſt paratus. Item Iſocrates: συμμαχικῷ, id eſt, oratione ſociali. φιλεῖ τὸ

πλῆθος ἐν τούτοις τοῖς ἐπιτηδεύμασι τὸν βίον διάγειν, ἐν οἷς ἂν τοὺς ἄρχοντας τοὺς ἑαυτῶν διατρίβοντας· καὶ προσήκει τοσούτῳ τοὺς βασιλέας βελτίους εἶναι τῶν ἰδιωτῶν, ὅσῳπερ καὶ τὰς τιμὰς μείζους αὐτῶν ἔχουσι· καὶ δεινὰ ποιοῦσιν, ὅσοι τοὺς μὲν ἄλλους κοσμίως ζῆν ἀναγκάζουσιν, αὐτοὶ δ' αὐτοὺς μὴ σωφρονεστέρους τῶν ἀρχομένων παρέχουσι.

Quãtum iis rebus uſus es] Eius exempla complura leguntur epiſtola proximè ſequenti, ut cum Smyrnæ duos Myſos in culeum inſuit: alias fumo ſe eos combuſturum minatus eſt: alibi patrem & filium vivos combuſſit: aut aliàs nimium inexorabilem ſe præbuit.

Simultates] Ovid. *Sæpe ſimultates ira morata facit.* Germanis ein Groll.

Cum magna lætitia] Talibus enim inimicum quàm amicum eſſe viro gravi glorioſius eſt.

Myſi, Phrygii] Partes minoris Aſiæ ſunt Phrygia, Myſia, Ionia, Caria &c. Myſos autem olim ob ſervitutem & ignaviam viles & contemptos habitos teſtatur proverbium. ultimus Myſorum. de homine planè nihili. Nec meliores habiti ſunt Phryges, quod ipſi quoq; proverbiis occaſiones dederunt. ſerò ſapiunt Phryges. Phryx non niſi plagis fit melior. de quibus vide Adagia Eraſmi.

Hominis furioſi] Furenter nimis iraſcentis; aut prorſus cerebroſi & intractabilis.

Sordidi] Quia negociator avarus. Satis autem graviter Q. Ciceronem in hunc Tuſcenium animadvertiſſe, patet ex epiſtolæ ſequentis his verbis. Quem denique præter Tuſcenium, cuius cauſa ſanari non poteſt, non mitigavi?

Impu-

Impuriſſimis] Omni genere ſordium & rapinæ imbutis & inquinatis.

Faucibus] Quibus aliorum bonis vel inhiabat, vel ea quaſi in barathrum quoddam ἄπληστον ingerebat.

Inhoneſtiſſimam cupiditatem] Intelligit avaritiam, qua nihil eſt turpius, nihil honeſto homine indignius: cuiuſq. quaſi proſopopœiam quandam legentium oculis ſubiicit D. Bernardus cum, avaritia, inquit, rotis quatuor vitiorum vehitur, quæ ſunt puſillanimitas, inhumanitas, contemptus Dei, mortis oblivio. Iumenta currum trahentia duo ſunt tenacitas, & rapacitas. Flagris utitur acerrimis libidine parandi, & metu amittendi.

Eripuiſti] Iubens & cogens reddere, quæ aliis eripuiſſet: vel ipſius ſordes & rapinas impediens & coercens.

Hæc & cætera] Brevis ſuperiorum repetitio, καὶ πρὸς τὰ ῥηθησόμενα παρασκευήν.

In iure dicendo] maximè in rerum privatarum diſceptationibus & quæſtionibus capitalibus.

Severitas] Rectè enim Cicero in primo offic. affirmat. Ita probanda eſt manſuetudo & clementia, ut adhibeatur reipub. cauſa ſeveritas, ſine qua adminiſtrari civitas non poteſt, maximè propter improbos & effrenes, qui non niſi metu pœnæ in officio continentur.

Variatur] Pro, videlicet, judicis affectu, ita ut in cauſa una eademq; jam ſit durior: mox lenior propter προσωποληψίαν, quæ ſæpe propter invidiā adimit diviti, & propter miſericordiā addit paupe-

Nulla igitur ſententiarum varietate interveniente eandem ſeveritatem vult exerceri erga omnes: neque cuiquam gratificando aliud alio tempore in re eadem decerni: ut iiſdem de cauſis alii plectantur, alii ne appellentur quidem; ut Cic. in offic. loquitur.

Gratia] ita ut in gratiam amici inflectantur, & fiat tolerabilior & mitior. Ponit autem perſonā amici, qui induit judicis. Nam ſi omnia facienda ſint, quæ amici velint, non amicitiæ tales, ſed conjurationes ſunt putandæ. Cic. Non raro autem τὸ στρεψοδικῆσαι irritatur; divitiis & potentia, vel etiam odio & invidia.

Aequabilis] Eadem erga omnes; tam divites quam pauperes, tam amicos, quam inimicos. Inſtar legum ipſarum; quæ uno ore omnibus loquuntur. Hinc illa ἰσονομία tantopere celebrata Hinc τὸ ἴσον δίκαιον, quod πόλεμον οὐ ποιεῖ. Sempe autem iniquus eſt judex, qui aut invidet au favet.

Debet autem eſſe inſtar normæ aut regulæ in variabilis, ad quam pari modo curva & recta exa minentur. Iam ſi ipſa norma vitioſa aut regul incurva ſit; quiſnam eius uſus eſſe poterit? Re cte igitur idem Cicero 1. offic. ait: Qui Reipub præſunt, legum ſimiles ſint; quæ ad puniendur non iracundia, ſed æquitate ducuntur. Qua ipſ de re piè & eleganter Iuſtiniano quoq; præcipi Agapetus ἴσως πρὸς τὲ φίλους, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ποιοῦ τὰ κρίματα. μήτε τοῖς εὐνοοῦσι χαριζόμενος διὰ τὴν εὔνοιαν, μὴτε τοῖς δυσμενέσιν ἀνθιστάμενος δι' ἀπέχθειαν. ἐπειδὴ τῆς αὐτῆ

ἐπι

ἐστὶ ἀτοπίας καὶ δικαιοῦν τὸν ἄδικον, εἰ καὶ φίλος ὑπάρχῃ, καὶ ἀδικεῖν τὸν δίκαιον, εἰ καὶ ἐχθρὸς τυγχάνῃ· τὸ γὰρ κακὸν ἐν ἀμφοτέροις ὅμοιον, κἂν ἐν τοῖς ἐναντίοις εὑρίσκηται. Item Cicero pro Cluentio. Illud eſt hominis magni atque judicis ſapientis, habere in conſilio legem, fidem, religionem æquitatem: libidinem autem, invidiam, motum, cupiditates omnes amovere: maximi æſtimare bonam conſcientiam mentis ſuæ, quam à Diis immortalibus accepimus, quæ à nobis divelli non poteſt. Idem 3. offic. Cum judici dicenda ſententia eſt, meminerit ſe Deum habere teſtem, id eſt, mentem ſuam, qua nihil homini dedit Deus divinius. Si verò contra faciat judex, tum illud Mimographi locũ habet. Iudex damnatur, cum nocens abſolvitur, vel quod Tertul. inquit: Homo innocens toties à Deo abſolvitur, quoties ab injuſto judice condemnatur. Quid quod nimiam gratiam etiam ab accuſatore abeſſe oportet in judiciis probè cõſtitutis. Qua de re hęc inſignia ſunt verba in oratione pro Murena. Semper in hac civitate nimis magnis accuſatorum opibus & populus univerſus & ſapientes ac multum in poſterum proſpicientes judices reſtiterunt. Nolo accuſator in judicium potentiam afferat, non vim majorem aliquam, non authoritatem excellentem, non nimiam gratiam. Valeant hæc omnia ad ſalutem innocentium, ad opem impotentum, ad auxilium calamitoſorum. in periculo vero & in pernicie civium repudientur.

Niſi idem ab iis) quos alio etiam latino voca-

bulo dicimus vicarios, quales Quincto in Aſia erant Quæſtores & legati, quorum perperam in iudiciis verſantium culpæ & dedecora in ipſum propratorem redundabant, qui eam poteſtatem conceſſerat. Quocirca ut ſupra quoque monebat, omnia eorum dicta & facta ipſi Quinto erant præſtanda, cum ſuo proprio iudicio eos ſibi delegiſſet. Præcipit idem magiſtratui Plutarchus in præceptis politicis hiſce verbis planè inſignibus. Indignum revera eſt & miſerandum cum nautas eligat gubernator, & gubernatorem navis magiſter.

Qui rectè in puppi norit defigere clavum
Et rectè antennas ſurgente intendere vento.

Cumque architectus miniſtros & operarios conducat, non qui corrumpant opus, ſed qui in eo quam rectiſſimè abſolvendo adjuvent: civilem virum, qui optimæ ſit, ut Pindarus loquitur, artis magiſter, opifexque juſticiæ & iuris, non ſtatim ab initio deligere amicos, eodem modo affectos & miniſtros, eodem ad honeſtatem animi inſtinctu excitatos: ſed eos adhibere, qui ad alios ſubindè atque alios uſus eum iniuſtè ac violenter detorqueant. Nihil profectò is differet ab opifice, qui per imperitiam & inſcitiam normis utatur regulisque & libellis iis, ob quas pravum fieri opus neceſſe ſit. Etenim civilium virorum viva & intelligentia inſtrumenta ſunt amici: neq; is peccantibus iis ſocium ſe lapſus præbere, immò operam dare debet, ne ſe inſcio etiam ii delinquant.

Non ſanè magna varietas] Quæ Germanis eſt, Weitleufftigkeit.

Tota iuriſdictione ſuſtineri] ut ſcil. totum hoc quicquid eſt oneris tantummodo juriſdictione contineatur, ita ut qui illam rectè adminiſtret, maxima ex parte ſuo officio ſatisfeciſſe videatur.

Scientiæ provincialis] Ex crebris enim provinciarum adminiſtrationibus videtur natus fuiſſe libellus quiſpiam, aut brevis, ut vocant, inſtructio, continens deſignationem præcipuorum officiorum proconſulis aut præſidis provinciæ; cuius inſtructionis exemplum ſinguli qui antea illi muneri non præfuiſſent ſecum in provincias deferre ſolerent, ut in eo tanquam indicem ſui haberent officii.

Conſtantia) In dictorum enim conventorumque conſtantia & veritate, fundamentum juſtitiæ alibi collocat Cicero. Indignum enim gravitate regis aut iudicis eſt vitium levitatis, quod apud Euripidem Agamemnoni obiicitur à Menelao.

πλάγια φρονεῖν, τὰ μὲν νῦν
τὰ δὲ πάλαι, τὰ δ᾽ αὐτίκα.

Debet enim iudex non more arundinis nunc huc, nunc illuc inflecti, ſed unus idemq; eſſe erga magnos & parvos, amicos & inimicos, notos & ignotos, divites & pauperes. Ita tamen ut conſtantia non degeneret in *ἰσχυρογνωμοσύνην* aut pertinaciam.

Reſiſtat gratiæ] ne vel iis quorum gratiam magnifacis vel qui apud te gratioſi ſunt indulgeas

interim ſeveritatem exercens in alios. Inpri mis autem invidia & miſericordia rectitudin judiciorum plurimum obſtant, de quo apud Sal luſtium Cæſar. Omnes inquit, qui de rebus du biis conſulrant, ab odio, amicitia, ira atque miſe ricordia vacuos eſſe decet: haud facilè animu verum prouidet, ubi illa officiunt. Cicero quo que 2. offic. in judiciorum æquitate requirit ut ſuum quiſque teneat, neque tenuiores pro pter imbecillitatem circumveniantur; neque lo cupletib. ad ſua vel tuenda vel recuperanda obſi invidia.

Suſpicioni] Ne quis vel minimum ſuſpicari po ſit, te in judiciis aliquid gratiæ cauſa facere, ve omittere, dicere vel tacere, decernere vel abro gare. Vt enim domum Cæſaris non ſolùm culp verum eius quoque ſuſpicione: ita tribunal bon judicis, non ſolùm injuſtitia, verum ſuſpicion quoque iniuſtitiæ vacare decet.

Facilitas in audiendo] Quæ Græcis eſt εὐπαρηγορία καὶ φιληκοΐα, quibus contraria eſt δυσηκοΐα ἀνηκοΐα, δυσπαρηγορία, ἀπαρηγορία. Hic ver insuper illam patientiam cum humanitate con junctam videtur ſignificare qua judex ſine tædi utramque partem uſque ad integram cauſæ co gnitionem placidè audit. Præcipuum enim e ius officium conſiſtit, primò ἐν τῷ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι: ſecundò ἐν τῷ ὅμοια παθεῖν πρὸς ἀμφοτέρους. Hinc illud Publii. In judicando criminoſ eſt celeritas, & Senecæ Medea. Qui ſtatuit aliquid parte inaudita altera, æquum licet ſtatu-

erit,

erit, haud æquus fuerit Eurip. Heracl. *τὶς ἂν δίκην κρίνειεν ἢ δοίη λόγον; πρὶν ἂν παρ' ἀμφοῖν μῦθον ἐκμάθῃ σαφῶς.*

Lenitas in decernendo] ſine verborum acerbitate. Si enim ad ſententiam ſeverè & rigidè decretam, inſuper accedant verba contumelioſa, & acerba: tum ſententia aliàs juſtiſſima quodammodo redditur intolerabilis. Commendatur igitur hîc illud, quod in ſapientis cuiuſdam conſulis Germani apophthegmate celebratur. Gute Wort und harte Straff: quibus aiebat tantam civitatis ſuæ multitudinem in officio contineri. Contra quam ipſam lenitatem multum ſubinde peccaſſe Quinctum, patet ex epiſtola proximè ſequenti.

In ſatisfaciendo & diſputando diligentia] quod fit cauſas latæ ſententiæ aperiendo, & verbis ac vultu placidiſſimo demonſtrando aliter, ſalvis legibus, & officio iudicis pronunciari nõ potuiſſe, atq; ita ſententiæ tam moleſtæ cauſam, eſſe non iudicis voluntatem, ſed legum & iuſticiæ neceſſitatem. Cui ſimile quidpiam infra quoque fratri præcipiet, de ſociis & publicanis inter ſe, modo certo, conciliandis. Non enim veritas cauſæ ac rationes ſententiæ pronunciatæ ſtatim omnibus ſunt obviæ. Ideoq; maximè partem condemnatam, verbis vultuque ita mulcere, & quaſi conſolari debebat Iudex, ſuæ exiſtimationis & gratiæ popularis ſtudioſus, ut non prorſus malè animata aut irata cum offenſione & ſtomachatione à tribunali diſcederet. Quod enim alio in

genere dixit Mimographus, partem beneficii eſſe bellè negare beneficium; ita iſta quoque ſatisfactio admodum ad populum erat gratioſa. Huc pertinent verba Ciceronis pro Fonteio. Magnopere laborare debent iudices non modò quid dicant pro teſtimonio aut ſententia ſed etiam quibus verbis utantur, ne quod minus moderatè poſitum, ne quod ab aliqua cupiditate prolapſum verbum eſſe videatur. Vultu denique laborare, ne qua ſignificari poſſit ſuſpicio cupiditatis; ut & cum prodeunt, exiſtimatio ſit quædam tacita de illis pudoris & religionis, & cum diſcedunt ea diligenter conſervata ac retenta videantur. Tale quid teſte Paulo Iovio fuit in pontifice Leone X. Pont. vi componebat vocem, vultum geſtumque in omni occaſione negocii aptiſſimè atque celerrimè, transferebatque mores ad perſonam, divina quadam præſenſione petentium votis occurrens, ut cum fortè aliquid eſſet negandum, tenerrimis excuſationibus ſupplicantis animum præoccuparet, ſpeque ultrò iniecta novæ liberalitatis totum imminentis repulſæ dolorem extingueret. Quod ſi erat, uti fermè ſemper fiebat, rogantibus obſequendum, tum verò naturæ ſuæ propenſius indulgebat, & ad cumulandum beneficium tota benignitatis & gratiæ vela pandebantur. Neminem adeò liberaliter beneficio eſt proſecutus quin ab eo, veluti concepto pudore, exigui muneris veniam peteret, ut non obſcurè multò plura ac uberiora, quam tum concederet, ex occaſione daturus
eſſe

eſſe cenſeretur. Sæpeque accidit, ut ſibi gratiæ à pluribus ſimul competitoribus agerentur, nemine promiſſa ſibi eripi indignante, quando unus demum è multis ſubſcripti libelli voto poti-retur, & cæteri explorata benignitate propenſi verecundique principis, nequaquam remittendas ſpes ſuas, ſed omnino adaugendas eſſe iudicarent. Iouius in eius vita lib. 4.

Ac diſputando] Cauſam in omnes partes verſando & expendendo, deq; ea ſecum diſceptando, & ad partium obiectiones reſpondendo. In eadem ſignificatione hoc verbo utitur Cicero epiſt. 17. lib. primi ad Atticum. Confidebam fore, ut omnia placarentur inter vos, non modò ſermone ac diſputatione, ſed aſpectu ipſo congreſſuque veſtro. De toto autem hoc loco ita diſſerit Malaſpina: Tres gradus facit Cicero, primum audiendi, proximum decernendi, tertium ſatisfaciendi, ſi requiratur. Et primò quidem facultatem attribuit: alteri lenitatem: tertiò diligentiam. Vocat autem hîc in decernendo lenitatem τὴν ἐπιείκειαν, id eſt, æquitatem, quæ de ſummo iure multum remittit: quam uſque eò probarunt, ut ius eſſe nihil aliud voluerint, quam æquum bonum.

C. Octauius] Cum ſciret M Cicero maiorem fere exemplorum quam præceptionum in hoc genere vim eſſe, redigit fratri in memoriã & quaſi ob oculos intuendũ & æmulandũ proponit exemplũ vicini C. Octauii, qui prim⁹ ex ea domo

ſenator & prætor ex uxore Iulia C. Cæſaris ſorore, pater fuit Imperat. Octaviani Auguſti, & præſes eo tempore Macedoniæ, de quo etiam epiſtola ſequenti his verbis ſcribit. Et mediocri dolore me putas affici, cum audiam, qua ſit exiſtimatione Virgilius, qua tuus vicinus C. Octavius, qui cum te innocentia non vincant, vincunt tamen artificio benevolentiæ colligendæ, qui neque Cyrum Xenophontis, neq; Ageſilaum noverint, quorum regum ſummo in Imperio nemo unquàm verbum ullum aſperius audivit. Suetonius certè harum Ciceronis ad fratrum epiſtolarum, in Auguſto his verbis meminit, de hoc Octavio loquens. Provinciæ præfuit non minore iuſticia quam fortitudine. Namque Beſſis & Thracibus magno prælio fuſis ita ſocios tractavit, ut epiſtolæ M. Ciceronis extent, quibus Q. fratrem eodem tempore parum ſecunda fama proconſulatum Aſiæ adminiſtrantem, hortatur & monet imitetur in promerendis ſociis vicinum ſuum Octavium. Macedonia decedens priuſquā ſe confiteri canditatum conſiliarē poſſet, repentina morte obiit. Hæc Suetonius. ita autem Macedonia vicina eſt minori Aſiæ, ut tantum interjectum ſit mare Ægæum.

Primus lictor] Primum vocat primarium & qui, quam alii magiſtratui, charior eſſet, de quo Turneb. adverſ. lib. 11. capite nono, his verbis. In officio magiſtratuum lictores quidam dicebantur proximi, qui quam alii chariores magiſtratui erant, eique ſemper præſtò erant, &

appa-

apparebant ante alios ſui ordinis: vt inſcriptione pervetuſta. L. Valer. Achillevs lictor proximvs Lavrens. Cicero etiam lictorem primum in epiſt. 1. ad Qu. fratrem ſcribens vocauit, de Octauio loquens: apud quē, inquit, primus lictor quievit, tacuit accenſus. niſi ſi quis proximum primo adiunctum putet, & ſecundum, quod verū non putem. Saluſtius quoque eodem locutus eſt modo in bell. Iugurth. ſed Hiempſal in oppido Thyrmida forte eius domo vtebatur, qui proximus lictor, Iugurthæ charus acceptuſque ſemper ei fuerat. Ibidem Turnebus ordinis cuiuſdam libertorum meminit in quo quidam primi, quidam ſecundi & tertij dicerentur. Mallet tamen Malaſpina hic legi primvm. quaſi primum inſtituti huius auctorem Octauium faciat: qui tanta facilitate fuerit, vt ne lictoris quidem atque accenſi opera, vti voluerit. Ii enim in iudiciis præſto erant prætori, nutum illius expectantes. Et cum lictoris quidem munus eſſet, vt turbam à tribunali ſubmoueret: accenſi, vt vel iuberet, diceret, vel ſilentium imperaret: Octauius tamen nec quenquam voluit prohiberi per lictorem, nec vlli finiendæ orationis neceſſitatem per accenſum imponi. De lectione autem huius loci controuerſia fuit doctiſſimis viris Paulo Manutio, & Franciſco Robortello: quorum ille lectionem & interpunctionem, quæ hac noſtra editione continetur, probat: hic vero cum in antiquis manu ſcriptis pro voce qvievit, deprehenderet ſcriptum, qvi

FVIT: nihil temerein dictionibus mutandum hic cenſet, ſed verba tantum hoc modo diſtinguenda, vt legamus apud quem primus lictor, qui fuit, tacuit. Accenſus quoties quiſque voluit, dixit & quamdiu. Atque ita, inquit, Robortellus nihil ſcrupuli reſidet: nam lictoris munus cum ſit ligare ad palum, & virgis cædere, C. Octauius, qui rectè prouinciam adminiſtrabat, eum loqui vetabat, cum id ipſius non eſſet munus, ad tribunal ſi accederet, & cogebat tacere. Accenſum autem, quia eſt ipſius munus loqui, & citare iuſſu prætoris ita in officio contineri ſolitum ab eo Cicero demonſtrat, vt nunquam iniuſſu ſuo aliquid dixerit. Hæc Robortellus. qui quidē quomodo poſteriorem hanc ſententiam ex his verbis Ciceronis, (ACCENSVS QVOTIES QVISQVE DIXIT ET QVAMDIV) eliciat, non diſpicio. cum ea quodammodo verbis Ciceronis, eo modo, vt ipſe vult, lectis & diſtinctis, repugnare videatur. Quare lectionem & interpretationem iam vſitatam retineri rectiſſimum eſt, præſertim cum ea etiam manuſcripto P. Victorii Florentiæ impreſſo confirmetur. Ad primum vero, quod attinet, putat idem Robortellus eodem modo ipſum dictum, ſicuti Pontifex maximus, & Veſtalis maxima. quod reliquis lictoribus præeſſet: argumentumque eſſe à maiori. Si primus lictor qui fuit, tacuit; quanto magis cæteri: vtramque autem explicationem Romulo Amaſæo acceptam refert. In editione tamē operum Ciceronis Dionyſij Gothofredi, margi-

ni huius epiſtolæ hæc addita video. Primus lictor dicebatur ab ordine euntium nō à dignitate: qui primus incurrebat in turbam. Ibant enim ante magiſtratum lictores, non gregatim aut confuſe, non item bini terniue: ſed ſinguli & in lineam. Poſtremus vero is dicebatur, qui proximus magiſtratui; is enim proximus. vnde Valerius lib. 1. ſcribit maxima diligentia obſeruatum ne quis ſe inter Cōſulem & proximum lictorem quamuis officii cauſa vna progrederetur interponeret. qui & ſummus lictor, & ἀρχιραβδοῦχος vocabatur. Sententia igitur eſſet, primum lictorem quieuiſſe, id eſt, neminem ab acceſſu magiſtratus ſubmouiſſe, accenſum tacuiſſe: idē nullius, vel excuſantis, vel reſpondentis ſermonem interpellaſſe, ita vt cuilibet poteſtas eſſet, quoties & quam vellet diu loquendi.

Quoties & quàmdiu] Non præſinito loquens, quæ & quamdiu Iudici placerent. vt Terentius loquitur.

Nimis lenis] Et in tamdiu audiendis litigantibus nimis patiens. Ita Traianus Imper. amicis culpantibus, quod nimis erga omnes comis eſſet; reſpondit; Talem ſe Imperatorem eſſe priuatis, quales eſſe ſibi Imperatores priuatus optaſſet.

Niſi hæc lenitas tueretur] i. e. ſuſtineret & excuſaret. vel niſi propter iſtam lenitatem ſubſequens ſeueritas aliquam excuſationem inueniret. Sicuti autem humanitas eſt cauſa amoris; ita inhumanitas mater eſt odii.

Syllani] qui in primis illis turbis ciuilibus à L. Cornelij, Syllæ partibus fuerant.

Per vim] manifeſtas iniurias, & violentas rapinas.

Et metum] metu maioris periculi & mortis 5
extorta, idque tempore, & quidem iure belli, vt putabant.

Abſtulerant] videlicet Marianis à Sylla proſcriptis.

Reddere] longo iam tempore poſſeſſa. quod 1
admodum graue huic præſertim hominum generi eſſe ſolere notum eſt. Singularem autem humanitatem in hoc à ſubditis impetrando adhibuerat Octauius: & procul dubio pluribus verbis & rationibus oſtenderat, iuſtiſſimum eſſe 1
ablata cuilibet reſtitui. Quod nobis fieri nollemus, id aliis faciendum non eſſe. Nullum finem diſcordiarum & tumultuum fore, niſi hoc fieret. Bona etiam illa ipſa, malo titulo occupata, nouis iſtis poſſeſſoribus, niſi rep. quieta & pacata, ſalua 2
& durabilia eſſe non poſſe. Neque enim inutile ſtyli exercitium fuerit meditari, & elocutione cõueniente exprimere, quibus fere verbis vti potuerit Octauius, cum graue hoc onus ſubditis ſuis perſuadendo tolerabilius efficere conaretur. 2
Fuit autem (quod notatu non fuit indignum) iſta Octauij ratio diuerſa ab ἀμνηστείᾳ Thraſibuli, qua celebre illud ἔχοντες ἃ ἔχουσι, fuit ſancitum.

Eodem iure priuatis parendum] quo videlicet 3
ipſi, cum magiſtratu fungerentur, in alios eſſent

vſi

vſi. Id quod poſtea ab Vlpiano quoque ſancitum eſt. Qui magiſtratum poteſtatemve habebit, ſi quid in aliquem noui iuris ſtatuerit, ipſe quandoque aduerſario poſtulante, eodem iure vti debet, ſcilicet, vt quod ipſe in alterius perſona valere patiatur.

Condimentis humanitatis] Metaphora inſignis à præparatione ciborum petita, in qua inſipida ſaccaro vel pipere adhibito condiuntur. Oſtendebat autem Octauius vultu & verbis, quam humaniſſimis, eos iuſtè, honeſtè, & inprimis ex vtilitate publica communis patriæ hoc eſſe facturos.

Si hæc lenitas] Magiſtratuum & prætorum vrbanorum.

Romæ] vbi videlicet minus eſt neceſſaria litigantibus: qui aliàs tot præſidiis & confugiis muniti ſunt.

Tanta arrogantia] videlicet litigantium. quia ciues erant nobiles, potentes, fræti cognationibus. quorum nemo ſe magiſtratibus vlla in re inferiorem eſſe ſibi perſuadebat. Qualis iam eſt inſolentia Hiſpanorum, & Luſitanorum.

Immoderata libertas] Huc illud illud Platonis epiſtola 5. δουλεία γὰρ ἡ ἐλευθερία ὑπερβάλλουσα μὲν ἑκατέρα, πάγκακον. ἔμμετρος δ' οὖσα πανάγαθον. quod ſic interpretatur vir eximiæ doctrinæ Ioh. Serranus. Seruitus namque & libertas infinita, nulliſque cancellis circumſcripta, ſummum eſt malum. quod ſi modo quodam definiatur, ſummum eſt bonum.

Iam infinita licentià] q. d. quibus omnibus prouincia. Libertas autem & licentia plurimum differunt. Eſt enim libertas non adigi, vt aliquid inuitus facias contra honeſtatem, ius & æquum. & hanc Imperator merito vocat (modo immoderata non ſit) rem inæſtimabilem. Licentia vero eſt petulans & impunita quædam facultas pro libitu agendi quiduis, hac igitur omnes fieri deteriores rectè apud Terentium affirmatur.

Tot magiſtratus] à quorum vno ad alios erat prouocatio, vt à prætoribus ad Iudices à Iudicibus ad ſenatum, à ſenatu ad populum. Horum, vt erant varii, ita variæ quoque erant ſententiæ & iudicia, ita vt vni iniurioſo eſſe non liceret.

Auxilia] Appellationum & concionum Cicero. Syllam probo, qui tribunis plebis iniuriæ poteſtatem ademit, auxilium ferendi reliquit.

Tanta vis] hominum factioſorum: niſi ad ſenatum referre malis, cuius quantæ vis fuerint, ex ſequentibus patebit.

Senatus auctoritas] De qua in tertia Philoſophica, inquit, magna vis eſt, magnum nomen, vnum & idem ſentientis ſenatus. Ibidemque Patres conſcriptos vocat orbis terrarum, gentiumque omnium principes: item orbis terræ conſilii ampliſſimi principes. Et Cyneas ille, vt eſt in 18. Iuſtini interrogatus à Pyrrho, qualis Roma eſſet; reſpondit, Regum vrbem ſibi viſam, ſeu vt Plutarchus refert, πολλῶν βασιλέων

συνε-

συνέδριον. Ad hunc igitur ſenatum ab inferioribus iudiciis prouocationes non erant de nihilo.

Quam iucunda] à minori. q. d. quantò magis.

In Aſia] vbi non tanta arrogantia eſt, aut libertas, non tot magiſtratus & auxilia.

Tanta multitudo ciuium] in Aſia negotiantium & publicanorum.

Tot vrbes, tot ciuitates] Quomodo vrbs & ciuitas differant notum eſt. Sic vtrumq; coniunxit in epiſtola ad Dolabellam. Liberaſti vrbem incēdiis, ciuitatem metu.

Vnius hominis nutum] Deſcribunt hæc & ſequentia verba Imperium plane *ἀνυπεύθυνον*, à quo prouocare non liceat.

Nutum] voluntatem, non verbis, ſed nutu ſolummodo ſignificatam: ex vultu autem & nutu, hominis animus & voluntas fere perſpiciuntur.

Nullum auxilium] vt Romæ à iudicibus ad ſenatum, & à ſenatu ad populum appellare licebat.

Nulla conqueſtio] ſeu licētia conquerēdi, cum videlicet nemo ibi te ſit ſuperior, quam diu magiſtratu ibidem fungeris. Nam poſtea Romam reuerſos accuſare licebat.

Concio] Populi Romani conuentus publicus ad Roſtra, & oratio ibidem ad populum habita.

Permagni hominis] πρέπει γὰρ τῷ μεγίστων προεστῶτι, μεγίστης φρονήσεως μετέχειν, vt ille ait.

Doctrina) quæ vitioſiſſimam quoq; naturam excolere potuit. Cic.in Bruto Quid dicam opus eſſe doctrina? ſine qua, etiamſi quid bene dicitur (aut fit) adiuuante natura; tamen id, quia fortuito fit, ſemper paratum eſſe non poteſt.

Sic ſe adhibere] in imperio ſic ſe gerere: ſic ſe aliorum deſideriis accommodare.

Nulla alia poteſtas] ad quam videlicet auxilij cauſa confugiunt & appellent: ſed vt ἑκουσίως tibi obtemperent, & quam lubentiſſimo animo omnibus tuis iuſſis, & decretis acquieſcant.

Cyrus ille] qui ab eodem Xenophonte ψυχὴν φιλανθρωπότατος vocatur, primus rex Perſarum. Eſt autem hęc periodus ἀνακόλουθος, & ſub ea intelligēdum videtur tale quidpiam. Cyrus ille, &c. his rebus iucundiſſimus fuit.

Xenophonte] Philoſopho illo, imo hiſtorico & bellatore eximio. quem apiculam, vel vt alij Muſam Atticam antiqui vocarunt: eiuſque ore Muſas locutas eſſe dixerunt. De hoc lib. 10. Quintiliani, tale extat elogium. Quid ego commemorem Xenophontis iucunditatem illam affectatam, ſed quam nulla poſſit affectatio conſequi vt ipſæ finxiſſe ſermonem Gratiæ videantur, & in labris eius ſediſſe quandam perſuadendi Deam. Præcipuè autem commendantur octo libri Pædias Cyri, quos Cicero epiſtola quadam ad Pætum ſe legendo contriuiſſe affirmat. In fine quoque 2. Tuſcul. hæc verba leguntur. Itaque ſemper Africanus Socraticum illum Xenophontem in manibus habebat, cuius in primis laudabat i-

li-

lud quod diceret, eoſdem labores non eſſe graues imperatori ac militi, quod ipſe honos laborem, & leniorem faceret imperatorem.

Non ad hiſtoriæ fidem] Cum amica hiſtoriæ veræ ſit veritas, veraci hiſtorico non licitum eſt rebus geſtis aliquid de ſuo addere, vel pro libitu omittere. Alias enim hiſtoria teſtis veritatis eſſe non poterit. Multa autem aliter de Cyro eodem recitantur ab Herodoto. Imo Plato quoque 3. de legibus, inquit, Cyrum ϛρατηγόν τε ἀγαθὸν καὶ φιλόπολιν, non tamen vſque adeo præclara inſtitutione à puero excultum fuiſſe. Neque etiam in vnum hominem tanta virtus, ſapientia & moderatio videtur cadere potuiſſe. Scripſit igitur Xenophon non tam quid factum eſſet, quam quid fieri debuiſſet. Sicuti Plato in 5. de repub. ait, ſe ibidem exemplum perfectiſſimum iuſtitiæ exprimere & repræſentare voluiſſe, non quod illud reuera in ſocietate generis humani alicubi exiſtere poſſet, ſed, vt vnuſquiſque ſe illi quam ſimillimum præſtaret. Sicuti ibidem aliquem non iccirco minus bonum pictorem fore arbitratur, quod deſcripto exemplari quodam, in quo pulcherrimi cuiuſdam hominis forma omnibus numeris ſuis abſoluta repræſentaretur, ita quidem, vt nihil ad ſummam perfectionem in eo deſideraretur; non poſſet tamen oſtendere hominem aliquem, in quo formæ illius excellentia reuera eſſet conſpicua. Simile quid Virgilio in Ænea & Homero quoque propoſitum fuit, in Achille effingendo. Sicuti et-

iam Dion Chryſoſtomus in ea eſt ſententia, bellum Troianum non ad hiſtoriæ fidem ab Homero ſcriptum eſſe: libello enim illi titulus eſt τρωϊκὸς, ὑπὲρ τοῦ Ἴλιον μὴ ἁλῶναι.

Summa grauitas cum ſingulari comitate] qua de re elegantiſſimè dicitur in principio 3. de legibus. de Attico cuius, & vita, & oratio conſecuta mihi videtur difficillimam illam ſocietatem grauitatis cum humanitate. Rara eſt enim grauitas ſine accerbitate, & comitas ſine lenitate & contemptu.

Quos quidem libros] & quidem reliqua quoq; opera Xenophontis, quod patet ex. 2. Tuſcul. Ciceronis, loco paulo ante citato.

Africanis] Publ. Cornel. Scipio Æmilianus Minor, primum Coſ. ante enim Chriſti anno centeſimo quadringenteſimo ſexto, quo & Carthaginem & Numantiam deleuit & tertio bello Punico finem impoſuit; comitem & conſiliarium habens Polybium hiſtoricum ſapientiſſimum, annum agens 55. domi ſuæ inuentus eſt ſtrangulatus. Eodemque modo Alexander Magnus Iliada Homeri aſſiduè lectitabat, eumque ἐφόδιον πολεμικῆς ἀρετῆς nominabat. Et Alphonſus rex Aragoniæ omnium optimos conſiliarios dicebat eſſe mutos, libros bonos. Dicit autem hic Africanus NOSTER, tum quod Scipio Romanus eſſet; tum etiam quod cum in libris ſuis de optimo ſtatu Reip. loquentem induxiſſet, vtpote, qui Remp. Romanam eo, quo maximè floreret tempore adminiſtraſſet.

Si co-

Si coluit ille] Monarcha Perſicus regnum obtinens perpetuum & αἰυπ.´θυνον.

Priuatus futurus] depoſito videlicet regno, quod nunquam erat futurum.

Ita datum eſt) his videlicet conditionibus, vt reddant, ne imperium in tyrannidem conuerterent, quod putarent nunquam ſibi deponẽdum. Qui autẽ de deponẽdo iterum imperio ſerio cogitat, ille hoc agit, ut etiam in vita privata poſtea habeat amicos.

Ab iis legibus) Reipub. Romanæ.

Revertendum] ita ut legibus paulo poſt non minorem, quam iam pridem ſubditus obedientiam præſtare cogantur. Huc pertinẽt illa in præceptis Politicis Plutarchi, quibus Pericles ſeipſum officij commonefaciebat, quoties chlamydem ſumeret. ANIMVM aduerte Pericles, liberis Græcis præes, præes ciuib. Atheniẽſibus: ſed & hęc ſecũ cõmemoranda, imperas ſubditus, vrbi præfectus: quæ procõſulibus, aut procuratoribus eſt ſubiecta. nõ hic lancea campi ſunt, nec priſcę Sardes, neq; Lydorum illa potentia geſtanda eſt tibi chlamys vilior, & à prætorio oculi in tribunal cõuertendi, neq. multũ fiduciæ in corona ponendũ cum ſupra caput tuum calceos cernas. Hæc Plutarchus. Cicero autẽ in eãdem ſententiam fratri ſcribens, non obſcurè metum accuſatoris ei iniicere voluit, cui ille omni ſtudio anſam præſcindere deberet. Pertinent huc verba veteris edicti.

QVI MAGISTRATVM POTESTATEMVE HABEBIT, SI QVID IN ALIQVEM NOVI IVRIS STATVERIT IPSE QVANDOQVE ADVER-

SARIO POSTVLANTE EODEM IVRE VTI DEBET. Quod ipſum etiam locum habet in eo, qui apud Magiſtratum aliquid noui iuris impetrauit.

TRACTATIO SEV COLLOcatio.

INitio oſtendit, quàm, prius laudata continentia & integritas ipſius præſidis, eiuſque familiæ diligens & grauis diſciplina, ſit neceſſaria ad excuſationem & defenſionem ſeueritatis, qua ſubinde erga ſubditos in prouincia vſus fuerat Quinctus. Mox ipſam admonitionem mitigat, obiectioni tacitæ occurrendo, & oſtendendo non omnia ſeuerè à Quincto facta ꝓpterea ſe improbare; cum inter ea multa ſint laudabilia: & ſimultates malorum hominũ inde ortæ, Quincto magis glorioſę ſint, quam ignominioſæ. Præcepta de iuriſdictione eodẽ fere modo tractat quę ſuperiora. Laudes nimirum fratris ſubinde intexẽdo, eaque facili, iucundo, gratioſo & quodammodo etiam periculoſo commẽdando: addendo etiam inſignia exempla, quibus animus generoſus plus ſæpe quam nudis præceptis ſolet moueri.

RATIONES PRAECEPTORVM ſeu loci communes.

I. DE ſeueritate in iure dicendo adhibenda, imo etiam neceſſaria magiſtratui: cum (teſte Ari-

te Ariſtotele vltimo Ethicorum) vulgus hominum neceſſitati magis, quam rationi pareat, regaturque iumentorum inſtar pœnis magis, earumque dolore, quam cogitatione honeſtatis & officij. Cauſæ autem ob quas ſeueritas & pœnæ in qualibet gubernatione nonnunquam adhibendæ videntur, complures ſunt. quarum prima eſt ipſa vtilitas delinquentis, vt is ad frugem redeat, & peccare deſinat. 2. vt pœna vnius παραδειγματιζομένου terreantur, & emendentur multi. 3. vt eius, qui læſus eſt innocentiæ & auctoritas aſſeratur. Ipſe certe Iuſtinianus Imp. alicubi Atrocia crimina acerbè puniri iubet: quod paucorum ſupplicio reliqui continuo emendentur. Et quidem hoc ipſum non credulitatis, ſed ſummæ potius humanitatis eſt, paucorũ animaduerſione multos ſeruare. Moderatio tamen hac in parte adhibenda eſt, ſine qua ſæueritas facilè in ſæuitiam degenerauerit. Quocirca Cicero quoq; in 1. Offic. ita inquit, probanda eſt manſuetudo atq; clementia, vt adhibeatur reipub. cauſa ſæueritas, ſine qua adminiſtrari ciuitas non poteſt.

II. De ipſius Seueritatis æquabilitate in iuredicendo vſurpanda, quæ gratia aut odio non varietur. Ponit enim perſonã amici, & inimici, qui induit iudicis. Cum enim ſapienter leges à magiſtratibus ſancitæ ſine ἰσονομίᾳ, ſeu iuris æqualitate oppugnari aut violari poſſint; certè earum exſecutoris eſſe videtur, gratia, odio, precibus vel lacrymis non facilè flecti. Nam ſi delinquenti ignoſcendum eſt; cur huic magis, quam illi? vel

ſi omnibus ignoſcendum eſt; quid ſunt leges niſi verba inania? Qua de re inſignia hæc ſunt Ciceronis dicta in Cluentiana. Vbi iudicis eſſe ait, religioni potius, quam odio parere. non quid ipſe velit, ſed quid lex & religio cogat, cogitare. non ſe putare eſſe ſolum neque ſibi quodcunq; concupierit licere; ſed habere in conſilio legem, religionem, æquitatem, fidem; libidinem autem, odium, invidiam, metum cupiditateſque omnes amouere, maximique æſtimare conſcientiam mentis, &c. Item in 1. offic. cauendum eſt, ne iiſdem de cauſis alii plectantur, alii ne appellentur quidem.

III. Magiſtratus & principis eſt non omnia ſolum agere, nõ omnia ciuilia munera ſolum ſubire, ſed eorum partem aliquam adminiſtris ſuis committere. Sicut gubernator nauis non vnus agit omnia, ſed cuilibet ex nautis & remigib. ſuũ aſſignat officium. Cauſam huius admonitionis affert Plutarchus in præceptis politicis: vbi, inquit eos, qui hoc faciant multorum reprehenſionibus & odiis ſe exponere, & cum bene rem gerunt, invidiã; cum malè, gaudio excipi: denique, qui ab initio admirationi erãt, eorum induſtriã in ludibrium & riſum exire. Id quod exemplo cuiuſdam Meliochi amici Periclis, probat, de quo hunc in modum alii loquebantur. Meliochus prætor; Meliochus viarũ curator eſt. Meliochus panes, Meliochus farinam diſtribuit. Meliochus omnibus præeſt; Meliochus habebit infortuniũ. Huc pertinet Conſilium prudẽs Iethronis Moyſi

genero datum, Exod. 18. Rectius enim negotia quæ in plures bonos diſtributa ſunt, confici videntur.

IV. Principis eſt in officialium ſuorum dicta & facta diligenter ſubinde inquirere, & explorare an recte & iuſte officio commiſſo fungantur, an etiam ſint δωροφάγοι, aut περιπατοῦντες. Nam hic quoque locum habet illud Catonis. Frontem occipitio priorem eſſe, plurimumq; poſſe Domini præſentiam, & inſpectionem. Præclarè certè Cicero in 4. Verrina dixit, omnium rerum turpiſſimum, maximeque nefarium eſſe, ob rem iudicandam pecuniam accipere, atq; ita precio addictam fidem & religionem habere. Qua de re etiam egregia lex Conſtantini Imp. extat, in hãc ſententiam. Ceſſent rapaces officialium manus aut gladiis præcidantur. Ne ſit venale iudicis verbum, &c. Quo ipſo nomine laudatur teſte Herodoto Cambyſes, qui Siſamni iniuſto iudici pellem detraxit, & in tribunali expandit, &c. & ſimile quid de Artaxerxe narrat Diodorus. libro 15.

V. De facilitate & patiêntia in audiendo. de qua etiam ſapiens Syracides præcipit, cap. 11. verſ. 7. Priuſquã perquiſiueris ne crimineris, cognoſce primùm, atq; tum increpa. Priuſquã audiueris, ne reſpondeas; & in mediũ ſermonum ne immittas verbũ. Seneca quoq; in Medea affirmat, qui quid ſtatuat parte altera nõ audita, eũ licet æquũ ſtatuerit tamen æquũ non fuiſſe. Laudatur hoc nomine in Maniliana Pompeius his verbis. Iã . ero ita

facilis aditus ad eum priuatorum, ita liberæ querimoniæ de aliorum iniuriis eſſe dicuntur, vt is, qui dignitate principibus excellit, facilitate par infimis eſſe videatur. Laudatur Auguſtus Imp. qui ęgrotus quoque in lectica cauſas cognouit, & trepidátes comiter accedere iuſſit. Laudatur Hadrianus Imp. qui ægrè tulit homines etiã infimos ad colloquiũ ſuum non admitti à miniſtris, quaſi ſingularẽ humanitatis cupiditatẽ ipſi inuiderent. Laudatur Veſpaſianus, qui dicere ſolebat. A principis ſermone neminẽ triſtem diſcedere debere. Laudatur eius filius Titus, Antonius Pius, Traianus, alij.

VI. De eruditione & doctrina, qua præditi qui ſunt principes, tãtũ ab aliis rudibus, teſte philoſopho, differunt, quantũ viui à mortuis. Et philippus Macedo Alexandrũ filium hortabatur ad ſtudium Philoſophiæ. Ne, inquit, multa eiuſmodi agas, qualia me feciſſe pœniteṫ. Sunt enim bonæ litteræ omniũ virtutum fundamenta, omnis induſtriæ nutrices, omnis prudentiæ & moderationis conciliatrices, omnis ferociæ & ſuperbiæ expultrices, quib. imbuti qui ſunt Magiſtratus, in gubernatione ſua facilè tales præſtare ſe poſſunt, vt nulla alia poteſtas à ſubditis deſideretur. Propterea litteræ à principibus nequaquam ſunt contemnendæ aut negligendæ.

VII. Quanta in admonitionib. vis ſit, exẽplorũ à vicinis cognatis, parentibus, aut etiam inimicis, vel æmulis, ſi meliores ſint, petitorũ. vt ſi dicatur,

Atqui hic, vel ille, ſi ſuo loco eſſet, non erat ita locuturus, vel acturus. Sic Horat.

Nonne vides Albi ut malè vivat filius, utq;
Barus inops magnum documentum ne patriam
Perdere quis velit. [*rem*

Sic Homerus Iliad. 5.

Haud ſimilem natum tibi Tydea magne dediſti.

Sic apud Virg. 2. Æneid. Priamus.

At non ille, ſatum quo te mentiris Achilles,
Talis in hoſte fuit &c.

Sic Appius in comitiis cum Scipione Africano contendens: Quam, inquit, ingemiſceres Paule apud manes, ſi ſentires filium tuum, petendæ cenſuræ gratia in campum deſcendentem à Philonico publicano ſtipari. Huiuſcemodi enim dicta, ut Plutarchus quoque in præceptis politicis cenſet, & peccantes emendant, & correctores decent.

ΠΟΡΙΣΜΑΤΑ *ex contextu.*

1 SEveritas juriſdictionis ſine ſumma ipſius judicis integritate, eiuſque familiæ accurata & conſtanti diſciplina conſiſtere & auctoritatem ſuam tueri diu non poteſt.

2. Simultates cum ſceleratis ſuſceptæ viro bono magis honorificæ ſunt quam dedecoroſæ. Nam *ſumma bonis laus eſt diſplicuiſſe malis.*

3. Viri gravis eſt hominum nihili querelis & furioſorum ac ſordidorum vocibus non moveri.

4. Iuſti judicis eſt ex impuriſſimis hominum

avarorum & rapacium faucibus inhoneſtas cupiditates ſumma cum æquitate eripere, non ſecu ac fidus paſtor ovem ex faucibus lupi eruit.

5. Severitas in jure dicendo durabilis eſſe ni poteſt, ſi varietur gratia; & non conſervetur æquabilis. Quocirca conſtantia eſt adhibenda & gravitas, quæ reſiſtat non ſolùm gratiæ, verum eius quoq; ſuſpicioni.

6. Iuriſdictionis ſeveritati inſtar condimentorum adjungenda à judice ſunt facilitas in audiendo, lenitas in decernendo in ſatisfaciendo ac diſputando diligentia. Hæc enim lenitas illam ſeveritatem tuetur.

7. Principis eſt, nec nimis lenem eſſe, nequ etiam nimis tetricum.

8. Per vim aut metum ablata, ut legitimis poſſeſſoribus reſtituantur æquiſſimum eſt.

9. Quod quis in magiſtratu injurioſe in alio decrevit, cur eodem jure privatus parere recuſet? Quod enim tum juſtum fuit, tam cito non potuit fieri injuſtum.

10. Ne ſeveritas acerba videatur, multis condimentis humanitatis & comitatis mitiganda eſt

11. Quo maior eſt principis potentia, eo quoque eiuſdem humanitas & clementia gratior eſt & laudabilior.

12. Anima quidem hiſtoriæ eſt veritas, ſed tamen à Poetis, Pictorib. & Oratorib. non ſemper exigendum eſt, ut ad fidem veritatis & hiſtoriæ omnia fingant, pingant aut ſcribant, cum ſæpe fiat, ut non tam rei veritatem quam Ideæ alicuiu

cuius excellentis effigiem perfectam ſibi habeant propoſitam.

13. Laudabilis in principe eſt, ſummæ gravitatis cum ſingulari comitate, conjunctio.

14. Libros, in quib. nullum diligentis & moderati imperii officium prætermiſſum eſt, merito boni principes, de manibus ponere non debebāt.

15. Si magiſtratus ἀνυπεύθυνος in faciendo officio accuratus eſt, quanto id magis facere debet ὑπεύθυνος?

VSVS ET IMITATIO.

EXemplo hæc pars poterit eſſe ei, qui Rectorem ſcholæ alicuius illuſtris monere volet, ut in conſervanda diſciplina ſcholaſtica ſeveritatem, cum moderatione & humanitate conjungendo æquabilitatem & conſtantiam uſurpet, hunc aut ſimilem in modum.

JHr ſolts nicht dafür halten/erbarer vnd wolgelehrter Herr Rector, daß ich mich durch die klag etlicher ewer verlauffenen diſcipulen / die jhr Amptshalben etwas hart habt ſtraffen müſſen/ bewegen laſſen/ſondern ich rechne euch dieſelbige Feindſchafft noch für eine ſonderliche Ehr / daß jhr ſolchen mutwilligen Geſellen vnbilliche Fürhaben mit Gebühr wiederſtanden vnd davon etliche mit ruthen gezüchtiget/etliche mit Gefengnuß gezämet habt. Eins wil ich euch nur guter meynung erinnert haben/dz jr ja eben ſo einen ernſt in regierung ewer ſelbſt vñ ewer haußgenoſſen gebrauchen wollet/auff dz es nit das

Anſehen habe/alß wenn jhr in gleichen vbertre
gen ewrer ſelbſt vnd der ewren ſchonen/ vnd d
dere hart ſtraffen woltet. Dann ohne ſolche h
liche diſciplin vnd Auffrichtigkeit der ernſt/de
bißweilen in der Schul gebrauchet / nicht wol
ſiren mag. Bleibt derwegen beſtendig in e
tunge ſolch einer ernſtlichen diſciplin / jedoch
dem vorbehalt/ daß ſie gleichförmig ſey/ vnd d
das anſehen der Perſon nicht verendert werde.
hilfft aber wenig/ daß jhr allein für ewere Pe
vber Zucht vnnd gleichförmige Diſciplin ha
wo ſolches auch nicht von eweren collegis, w
euch von der Obrigkeit deſſelben Orts zu ge
net ſeynd/geſchehē würde/vnd düncket mich z
das ſonſt in Schulregiment keine beſondere w
leufftigkeit oder Beſchwerung fürfallen kö
ohn allein daß man vber Zucht vnd diſciplin t
lich vnd ernſtlich halten muß / auff welche A
aber ſolchs auffs bequemeſte geſchehen möge
aus ewer Schulordnung vnd derſelben legi
richtig. Es muß aber ein ernſt vnd Beſtendig
darbey ſey/ welche ſich durchauß durch Gunſt
Haß nicht bewegen laſſe/ auch alſo/ das man
falß nicht in geringſten Verdacht kommen m
Zu dem muß man auch fleiſſig vnd vnuerdro
ſeyn in lehren vnd leſen/trew in erinnerungen
Ermahnungen/in ſchelten vnd ſtraffen ernſth
tig / aber doch fürſichtig / auff daß allzeit ein vä
liche Zuneigung dabey geſpüret werde. Mit die
vnd dergleichen dingen iſt newlich M. Euſeb
Philagathus gantz glimpflich behend vñ glückh
ge

geweſen/in welche Schul man bißweilen in vielen Tagen keine ruht geſehen/kein heulen vnd ſchreyen der geſchryenen gehöret hat/ alſo das etwa eine vnuerſtendiger hette meynen mögen/die Schüler hetten jren freyen willen/ vnd theten was ſie nur ſelbſt wolten. Derwegen er auch für allzu gelind von vielen möchte gehalten werden / wo nicht durch ſolche Lindigkeit/ der nachfolgende ernſt/ deſſen er ſich zunoth auch zu gebrauchen pflag/ gehandhabet vnnd erhalten würde. Was die Knaben etwa aus kindlicher ſchwacheit oder vnuerſtand verſehen hetten/ das könte er jhnen leichtlich zu gute halten vnd verzeyhen. Die jenigen aber/welche auß Boßheit vnd fürſetzlicher Weiſe gröblich ſündigten / die müſten entweder ſchläge leyden / oder ein zeitlang im Gefengnuß dafür büſſen. So etwa einer ſeinem Mitſchüler etwas heimlich entwendet hatte/ das müſte er jm öffentlich wieder geben. Die einen andern an ſeinen Leib injuriirt hatten/ die müſſen deßgleichen an jhren Leib wiederumb leiden. Dieſe Geſtrengigkeit aber möchte auch wol vielen Leuten allzu hart vnd vntreglich ſcheinen/wo ſie nicht mit vielen guten Lehren vnd gantz väterlichen lieblichen vermanungen teglich/ ſo zu ſagen/ vberzuckert were worden. Iſt nu ſolche meſſigung freundligkeit auch in den hohen Schulen vnd univerſiteten lieb vnd angenehm/ da doch ſo ein groſſer mutwil/ vnd ſo eine vbermeſſige Freyheit iſt: item da ſo viel Profeſſoren ſo viel Facultäten / ſo viel Decani vnd Vicecantzler / ſo viel hülff / ſo viel Oberherrn vnd Fürſten ſeyn / an welche man frey appellieren kan vnd mag: wie lieblich wird dann ſo eine meſſigung vnd

Kindigkeit in Particular vnd Kinderſchulen ſeyn müſſen/ in welchen ſo eine groſſe menge feiner knaben vnd Jünglingen auch Bürger vnd Edelleut Kinder von einem Man regieret werden / vnd da ſolche Zuflucht vnd Außflucht niemand vergönnet wird. Sol derwegen ein fürnemer Man/ der auch ſonſt ſanfftmütig vnd fürſichtig vnd darneben in der Philoſophia vnd guten ſprachen vnd Künſten wol erfaren iſt / in ſo einer namhafftigen Schulregierung ſich alſo verhalten/ das weiter die jenigen/ die jhn in ſolch Ampt geſetzt/ noch auch die jenigen/ ſo ſeiner diſciplin vnd Lehr vnterworffen nach einē andern Rectore einiges verlangen haben mögen. Sonderlich aber wil ich euch die Bucher Sturmii, die er von löblicher ſtifftung vnd Anrichtung guter ſchulen geſchrieben/ vnd dann auch ſeine epiſtolas claſſicas gantz fleißlich commendirt vnd euch auffs trewlichſt vermanet haben/ daß jhr dieſelbigen fleiſſig leſet / vnd euch nimmermehr aus den Händen kommen laſſet/ dann jhr in denſelbigen ein fürbild eines weißlichen vnd wolgemeſſigten Schulregiments finden werdet/ dann daſelbſt von einem ſolchen Rectore erfordert wird / daß er wolgelehrt, ernſthafftig / vnd darneben auch ſanfftmütig vnd freundlich ſey. Jn ſumma/ es wird in den büchern vnd ſchrifften Sturmii nichts vbergangen / daß zu dem ampt eines trewen / fleiſſigen vnd lobwürdigē ſchulmeiſters gehörig ſein möchte. Vnd dieweil ich in der meynung bin / das jr für ewer Perſon ſelbſt dieſes alles in guter acht haben/ vnd ewer thun vnd laſſen darnach anſtellen ſollet/ da jr doch der cenſur

vrteil

vrteil vnd einred ewer Collegen nicht vnterworffen ſeyt / wie viel mehr ſollen dann daſſelbige diejenigen fleiſſig warnemen / welchē jr ampt mit dem beding vnd vorbehalt aufferlegt vnd befohlen iſt / das ſie euch davon rechenſchafft geben ſollen. Vñ zwar von ſolch einer Obrigkeit / welche die Macht hat beyd euch vnd ſie / wo jhr es nicht recht machet / zu entvrlauben vnd ewres / das doch Gott gnadiglich abwende / Dienſtes zu entſetzen. Vale.

NOli putare vir docti ſſi e, me diſcipulorum tuorum profugorum duriuſculè à te ratione officii tui tractatorum querelis moveri, qui etiam exiſtimê, te ſimultates iſtas cum magno honore tuo ſuſceptas habere cum eorum impuriſſimis cupiditatib ſumma cum æquitate reſtiteris, & eorũ alios virgis alios carcere puniveris. Hoc autem unum te moneo, ut ſimili diſciplina & ſeveritate in teipſo & domeſticis tuis in officio cõtinendis utaris. Ne in ſimilib delictis tibi & tuis parcere, alios punire videri poſſis. Sine n. diſciplina & integritate privata, eam ſeveritatē qua ſubinde in ſchola publica hactenus uſus es, vix poſſes ſuſtinere. Quare ſit juſta in diſciplina regenda & adhibenda ſeveritas, dummodo ea non varietur reſpectu perſonarum, ſed conſervetur æquabilis.

Sed tamen parvi refert abs teipſo huiuſcemodi diſciplinam æqualiter & diligenter exerceri, ni idem à collegis tuis fier, quibus eius loci magiſtratus aliquã eiuſdem muneris partem commiſit. At mihi quidem videtur non ſanè magna va-

rietas aut difficultates negociorum in functione illa ſcholaſtica, ſed ea tota gubernatione diſciplinæ maximè ſuſtineri; cuius ratio ex ipſis ſcholæ legibus expedita eſt. Conſtantia eſt adhibenda & gravitas, quæ repugnet non ſolùm gratiæ & odio verum etiam eorundem ſuſpicioni. Adjungenda etiàm eſt aſſiduitas, in docendo; fidelitas in monendo & adhortando: in cautè objurgando & caſtigando paterna quædam affectio. His rebus nuper M. Euſebius Philagathus commodus induſtrius & felix fuit. in cuius ſchola multos ſæpe dies ferulæ quieverunt, ceſſarunt caſtigatorum eiulationes, ita, ut imperitus quiſque diſcipulorum quodammodo facere videretur, quod liberet. Quibus ille rebus fortaſſe nimis lenis haberi poſſet niſi hæc lenitas ſubſecuturum paulò pòſt, ſi opus eſſet, ſeveritatem tueretur. Delictis quidem à puerili ſive firmitate aut judicii inopia ortis facilè ignoſcebat. Qui verò dedita opera & ex malitia aut petulantia peccaverant, ii vel caſtigationem ſuſtinere, vel carcerem ingre di tenebantur. Qui condiſcipulis furtim aliquid abſtulerant palam idipſum reddere cogebantur. qui aliquid in alios fecerant iniuriosè, iis ſimile quid in ſuo proprio corpore erat ſuſtinendum. Hæc illius ſeveritas acerba & intolerabilis videretur, niſi multis bonæ doctrinæ & adhortationum paternarum condimentis quotidie mitigaretur. Quòd ſi hæc moderatio grata in Academiis eſt, ubi tanta petulantia eſt, tam immoderata libertas, tam infinita plerorumque licentia:

deni-

deniq; tot profeſſores, tot facultates, tot Decani tot auxilia, tanta principum, ad quos prouocare, cuilibet liberum eſt, auctoritas: quam iucunda tandem Rectoris moderatio in ſchola inferiori poteſt eſſe? in qua tanta multitudo puerorum, tanta adoleſcentum, tot ciuium & nobilium liberi, vnius hominis judicio reguntur & vbi auxiliis & cõfugiis illis nullus locus eſt relictus. Quare cum egregii hominis eſt, & cum ipſa natura manſueti & circumſpecti, tum vero etiam doctrinis philoſophicis, optimarumque artium ſtudiis expoliti, ſic ſe adhibere in ſcholæ tam illuſtris gubernatione, vt nullus alius rector tam ab iis qui huic muneri te præfecerunt, quam etiam ab iis quibus præes, deſideretur. Imprimis autem libros Sturmii de aperiendis ludis litterariis eiuſdemque epiſtolas claſſicas tibi cõmendo, & moneo vt eas accurate legas, & de manib. nunquam ponas. Continent enim quandam quaſi effigiem prudentis & moderati regiminis ſcholaſtici, ita vt ſingularis eruditio & grauitas, cum eximia humanitate cõiuncta in Scholæ illuſtris rectore requiratur, nullumque adeo prætermittatur in iis officium fidelis accurati & laude digni iuuentutis magiſtri. Eaque omnia cum tibi ipſi tam ſtudioſe obſeruanda & colenda putem, qui collegarum tuorum cenſuræ, non es obnoxius: quonam modo retinenda ſunt iis, quibus officium ſuum ita commiſſum eſt, vt tibi de eo rationes reddant & ab iis magiſtratibus commiſſum eſt, qui poteſtatem habent te & ipſos ſicubi labantur, quod

tamen clementer Deus auertat, miſſos faciendi. Vale.

SEXTVM PRÆCEPTVM

VT SVBDITOS SVOS DILIGAT, eoſque quam beatiſſimos eſſe velit.

SEV

DE SALVTE ET COMMODIS TOtius prouinciæ procurandis.

PRÆCEPTI huius initium eſt pag. 15. ibi Ac mihi quidem videntur &c. Finis pag. 20. ibi. Atque huic tuæ voluntati &c.

Eſt autem hoc ipſum præceptum longe pulcherrimum, omnibusque qui aliquando recte & laudabiliter præeſſe aliis cupiunt, quam diligentiſſime obſeruandum. Sunt enim nonnulli vſque adeo negligentes, vt non conſiderent, quid reipub. requirat vtilitas. Alii ad publica munera non ſecus accedunt, ac mercatores ad nundinas, priuatum ſcilicet emolumentum quærentes, de publico parum ſolliciti. Monet igitur hic fratrem Cicero operam det vt ſubditi ſui ſint quam beatiſſimi & vt omnis generis mala ab iis vel auertantur vel medicina tempeſtiue adhibita mitigentur & aufferantur. Et hoc quidem ipſum præceptum non nude proponit, aut paucis abſoluit;

ſed

ſed copioſe & ornate, octo fere argumentis adhibitis id illuſtrat, quæ cuiuſmodi ſint, in ſequenti Analyſi videbimus.

ANALYSIS.

Primum argumentum ſumitur à cauſa finali hunc in modum. Cuius gratia omnia in gubernatione fiũt, id merito cordi & curæ eſſe bono magiſtratui debet. Atqui ſubditorum vtilitatis & ſalutis cauſa omnia in gubernatione fiunt. Ergo ſalus & vtilitas ſubditorum bono magiſtratui curæ eſſe debet. Semper enim in actionibus noſtris quibuſcumque ſpectare certum finem, & in mediis ad eum ducentibus quærendis, & tuendis ſolliciti eſſe debemus.

II. Alterum deſumptum eſt à vita fratris anteacta, hoc modo. Qui ſemper amans & ſtudioſus fuit publicæ ſalutis, eoque nomine à multis celebratus, is deinceps quoque ſui ſimilis eſſe debet. Tu, ò Quincte, talis fuiſti. Ergo deinceps quoque hac in parte tui ſimilis eſſe debes. Omnes enim viros graues, præſertim magiſtratu fungentes, decet conſtantia: item, vt quam collectam habent bonam exiſtimationem & laudem, eam non temere effundant.

III. Tertium à comparatis ſeu à Minori ad maius. Si is qui ſeruis, aut multis etiã pecudibus præeſt earũ commodis vtilitatiq; ſeruire tenetur; quãto magis hoc requiritur ab iis, q hominib. & quidẽ liberis, nec nõ ſociis ac ciuib. præeſt. Bon⁹

enim magiſtratus nihil à bono & vigilanti paſto-re differt.

IV. Quartum Petitum à ſignis integritati & iuſtitiæ Quincti Ciceronis, Qui, inquit, in procuranda ſubditorum ſalute plurima hactenus ſuæ integritatis & iuſtitiæ dedit documẽta, is eaſdem virtutes conſtanter ſibi debet habere commendatas. Quinctus autem hoc fecit. Ergo deinceps quóque eaſdem virtutes ſibi commendatas habere debet. Minorem copioſe probat, & quidem ita vt aliquot intexat modos quibus ſalus ſubditorum procurari & conſeruari poſſit. Quorum primus eſt vetus æs alienum tollere, & curare ne nouum contrahatur. 2. Diſcordias & ſeditiones pacare 3. Prouidere vt ciuitates, non ab imperitia & inconſtanti plebe, ſed conſiliis optimatum gubernentur. 4. Tollere cædes furta ac latrocinia tam itinerum quam oppidorum & fanorum 5. Remouere à fama, fortunis & otio locupletum calumniam. 6. Curare vt ſumptus & tributa ciuitatum ab omnibus æqualiter tolerentur. 7. Omnium querelis aditum & aures publice & priuatim facile præbere: nullius inopiam & ſolitudinem cõtemnere. 8. Nihil acerbe, crudeliter aut ſuperbe in quenquam agere, cum tyrannis illa minime ſoleat eſſe diuturna. 9. Subditos nimiis exactionibus & ſumptibus non onerare.

V. Quintum argumentum quo præceptum hoc probatur ſumitur à comparatis, & adiunctis, ſeu laude Aſiaticorum. Quod populis etiam barbaris à magiſtratu debetur, id multo magis man-

ſuetis

ſuetis & humanis, præſtandum. Magiſtratus, populis etiam barbaris quales ſunt Afri, Hiſpani, Galli, hoc debent, vt eorum præfectus commodis ſaluti & vtilitati ſeruiat. Ergo eadem multo magis debet manſuetis & humanis, quales ſunt Aſiatici, qui humanitatẽ & litteras cum aliis gentibus, & cum ipſis quoque Romanis communicarunt.

VI. Sextum à iuſto. Iuſtitia & gratitudo requirunt vt iis quorum doctrinis & præceptis eruditi ſumus, grati animi ſignificationem & fidem noſtram viciſſim declaremus. Atqui nos Græcorum doctrinis & præceptis èruditi ſumus, Ergo viciſſim iis gratitudinem debemus. præſertim cum hoc ipſum beneficium alia omnia longiſſime ſuperet.

VII. Septimum ab eruditione & virtute fratris. Qui à pueritia doctrinæ virtuti & humanitati deditus fuit, is in magiſtratu præ cæteris de ſalute ſubditorum ſollicitus eſſe debet. Fecit hoc ab ineunte ætate Q. Cicero. Ergo de ſubditorum ſalute præ aliis ſollicitus eſſe debet. Maiorem illuſtrat auctoritate Platonis, qui cenſuit in poteſtatis & ſapientiæ coniunctione beatitatem & ſalutem rerumpub. conſiſtere.

VIII. Octauum ab honoribus quos Græci Quincto tribuerunt. Qui ampliſſimos, ſuis meritis honores ſunt adepti, ii operam dare debent, vt, eoſdem tueantur & conſeruent. Quinctus Cicero huiuſcemodi honores eſt adeptus. Ergo eoſdem tenetur tenere & cõſeruare. Maior illuſtra-

tur diſtinctione honorum, quorum alios, inquit, eſſe vulgares alios tantum, temporis cauſa conceſſos, alios meritis magnorum virorum tributos. Vulgares tanquam viles cenſet contemnendos. Temporarios tanquam leues, non magnopere curandos. Eorum autem qui meritis certis & præclaris tribuuntur, longam aliam, inquit, eſſe rationem. Eos enim magnifaciendos & ſicuti meritis acquiſiti ſunt, ita benemerendo quoque de alios continuandos tuendos amplificandos indicat. Minorem quoque probat enumeratione eorum quæ in honorem Quincti ab Aſiaticis erant inſtituta.

VERBORVM DECLARATIO.

Huc] ad hunc finem.

Qui præſunt] magiſtratibus.

Vt ii qui erunt in eorum] id eſt ſubditi.

Sint quam beatiſſimi] ita videlicet vt ipſi pro- 1
priorum commodorum obliuiſcantur & omnia ad communem vtilitatem referant. Ipſo autem Ariſtotele 8. Polit, teſte, hac vna re maxime bonus rex à Tyranno differt, quod Tyrannus ſuum ipſius commodum ſpectet, & quærat: at rex ſub- 2
ditorum. Simile quid de Pompeio aſſerit Cicero in Orat. pro L. Manilia, cum ait, Hunc audiebant antea nunc præſentem, vident tanta temperantia, tanta manſuetudine, humanitate vt ii beatiſſimi eſſe videantur apud quos ille diutiſſime com- 3
mora-

moratur. Et quidem hoc ipſum præceptum magiſtratus Chriſtianus, non tantum de mundana hac felicitate, verum etiam de altera lõge potiori vitæ æternæ beatitate intelligere debet, vt ſcilicet eius quoq; ratione ſubditi ſint quam beatiſſimi.

Omnium ſermone celebratum eſt] Denuo laudem admonitioni miſcet. Eſt enim viri politici alium admonentis, vbi is recte aliquid dixerit aut fecerit honori eius non inuidere, neque fauſtis acclamationibus, & laudibus parcere. ita n. fiet vt ex reprehenſione ſua ſit auctoritas: & vt à vitio eos auertamus, virtutem augendo & probe facta ac dicta, tãqua ipſis digniora delictis comparando, vt monet Plutarch. in præceptis politicis faciendum.

Qui mutis pecudibus] Opilio enim curat vt ouibus quam optime ſit proſpectum: idem circa apes curæ eſt apiario, idem equiſoni, & armentario cuicunque. Si igitur ab homine etiam mutis pecudibus tantum curæ impenditur, quid idem hominibus ſuæ fidei concreditis nõ debere cenſendus eſt? qui ideo ποιμὴν λαῶν ab Homero dicitur: quoniam, vt Seneca de clemẽtia ait. Scire debet ciuium non ſeruitutem ſibi traditam, ſed tutelam: nec remp. ſuam eſſe, ſed ſe reipub.

Abs te ſummam adhiberi] Eleganter & hoc & aliis multis in locis huius epiſtolæ adhibet Cicero τὸ ἐσχηματισμένον κατ' εὐπρέπειαν καὶ ἀσφάλειαν, de quo erudite & prudenter præcipit Demetrius Phalereus extremo περὶ ἑρμηνείας. Cum enim non ſemper decorum tutumque ſit recta

expeditaque via & ſine vlla verborum circuitione aliorum vitia reprehendere; & tamen hac ipſa reprehenſione reſpub. carere non poſſit: docet ibidem Demetrius modos quoſdam, quibus res etiam graues & acres ſine magna audientis contumelia & dicentis periculo decore, tutoque dici poſſint. Inter quos hic quoq; locum habet ſuum quo præcipit, vt cum quem officii commonefacere volumus, etiam tum cum lapſus eſt laudemus, non quidem ob ea quæ improbe fecit (hoc enim minime eſſet viri boni) ſed ob ea quæ recte in eodem illo genere aliquando adminiſtrauit. Cum autem exemplum quod affert Demetrius ad hanc epiſtolam exactiſſime quadret, eiq; pluſculum lucis afferat, non pigebit illud paulo ver- 1
boſius exponere.

Inquit igitur Demetrius: ſi is qui admonendus neceſſario eſt, ita ſit commotus & in pœnis ſumendis (quod Q. fratrem feciſſe ſubinde ſequens epiſtola teſtatur) modum excedat, ſubiicere debere eum qui admonere vult illum ipſum iratum pridie aut paulo ante magnam laudem conſecutum eſſe, cum alteri cuipiam in eodem aut etiam maiori delicto deprehenſo parceret o-
mnesque tum vno ore clamaſſe illam ipſius cle- 2
mentiam dignam eſſe quam omnes celebrarent & æmularentur. Rationem autem huius præcepti hanc reddit Phalereus. Singuli, inquit, homines libenter imitantur ſemetipſos cupiuntque
prioribus ſuis laudibus cumulum aliquem adde- 3
re, imo potius non interruptam nullique exce-

ptioni

ptioni obnoxiam laudem ſibi comparare. Fore igitur vt idipſum ille iracundus accurate perpendat laudeſque ſuas deinceps diligentius cumulare & conſeruare conetur.

Æs alienum nouum] quod fit vt ex Ariſtotele primo ῥητ. patet, Si δαπάναι τῆς πόλεως, εἴ τις περίεργος, ἀφαιρεθῇ, καὶ εἴ τις μείζων, ἐλάττων γένηται, οὐ γὰρ μόνον πρὸς τὰ ὑπάρχοντα προστιθέντες πλουσιώτεροι γίνονται, ἀλλὰ καὶ ἀφαιροῦντες τῶν δαπανημάτων. Eundem hoc loco ordinem ſeruat Cicero. Primo enim innuit ſumptus non neceſſarios eſſe minuẽdos, deinde nullum nouum æs alienum contrahendum, atque ita vetus paulatim diſſoluendum eſſe. Eodem pacto apud Dionem Mœcenas Auguſtum monet, quod πλοῦτος ἀκριβὴς οὐχ οὕτως ἐκ τοῦ πολλὰ λαμβάνειν, ὡς ἐκ τοῦ μὴ πολλὰ ἀναλίσκειν ἀθροίζεται.

Multas abs te eſſe liberatas] augendo videlicet ante vos reditus, & minuendo ſumptus qui ipſe quoq; modus eſt σεισάχθειας non poſtremus.

Ioniæ] regionis minoris Aſiæ ſic dictæ ab Ione, filio Xuthi, nepote Erechthei regis Athenienſis, quamuis alii dictam malint à Iauane ſeu Ione, filio Iapheti, quem ſtirpem faciunt gentis Ionicæ ſeu Græcæ. Ioniæ veteris vrbes XII. nominat Pauſanias in Achaicis, in quib. ſunt Bura & Helice, quas poſt Ionas Achæos, inquit, incoluiſſe.

Cariæ] in minori Aſia incluſæ, ab ortu Lycia, à meridie mari Rhodio, ab occaſu mari Icario, à Borea flumine Meandro: olim rege Mauſolo & Artemiſia regina celebris. de quorũ ſepulchro Mar-

tialis. *Aere nec vacuo pendentia Mauſolæa Laudibus immodicis Cares in aſtra ferant.*

Samum] Inſulam hanc ſeu vrbem potius Ioniæ aſcribit, quia ei finitima eſt. Patria Pythagoræ, vaſis olim fictilibus celebrata. Horatius vocat concinnam.

Halicarnaſſum] Vrbem Cariæ, duobus nobiliſſimis hiſtoricis Herodoto & Dionyſio celebrē. Eſt autē ſita vrbs Halicarnaſſus, in iſthmo Cherſoneſi Cariæ, inter Coum eſt Rhodum.

Recreatas] quæ maior laus eſt & maiori quoque cum labore cōiuncta quam vrbem conturbare & diruere. Nam Pindaro teſte σεῖσαι πόλιν cuiuis etiam terræ filio eſt facilimum, pacatum vero reddere & recreare ſolius Dei aut hominis diuini eſt. Iſocrates quoque regis officium eſſe ait πόλιν τε δυστυχοῦσαν παύσαι καὶ καλῶς πράττουσαν διαφυλάξαι, καὶ μεγάλην ἐκ μικρᾶς ποιεῖν. De Philippo autem Macedone laudato, quod Olynthum euertiſſet, alius quiſpiam dixit, eum omnibus viribus adhibitis, vix vnquam talem vrbem conditurum.

Seditiones] Enumerat præcipua publicæ tranquillitatis impedimenta.

Diſcordias] quæ ſunt ciuitatum & rerumpub. pernicies ſicuti ex aduerſo ὁμονοούντων ἀδελφῶν καὶ πολιτῶν συμβίωσιν παντὸς τείχους ἰσχυροτέραν εἶναι, aiebat Antiſthenes,

Optimatum conſiliis] ἀριστοκρατικῶς non à multitudine δημοκρατικῶς, vel à paucis ὀλιγαρχικῶς. Veroſimile autem eſt complures optimos & intel-

ligen-

ligentiſſimos felicius Rerumpub. gubernaculis præfuturos eſſe, quam homines plebeios omnis conſilii & virtutis ignaros, aut etiam vnũ hominem tyrannicum. Nam εἷς ἀνὴρ οὐ πανθ' ὁρᾷ, ſecundum Euripidem. Proinde prouinciarum quoque præſides recte in conſilium homines prudentes adhibebant. Eſt enim teſte Iſocrate ad Nicoclem σύμβουλος ἀγαθὸς χρησιμώτατον καὶ τυραννικώτατον ἁπάντων κτημάτων. Nec Agamemnoni, regi regum inhoneſtum fuit habere aliquem in conſiliis capiundis Neſtorem: imo decem συμφράδμονας Neſtori ſimiles concedi ſibi poſtulat.

Myſiæ] finitimæ Bithyniæ, Phrygiæ, Lydiæ & Troadi: cuius vrbes celebres fuerunt Pergamum patria Galeni Antandras, Adramytium. Eius fluuius celebratur Caicus.

Latrocinia oppidorũ] quæ ſunt fœnera, monopolia, flagellationes annonæ, monetæ, pondera, menſura, adulterinæ. Germ. Stulrauberey vnnd Schinderey.

Latrocinia fanorũ] quæ alias ſacrilegia appellam⁹.

Fama, fortunis, otio] Hæc enim tria potiſſimum petit calumnia, quæ eſt culpæ aut flagitii alicuius attributio falſo facta alteri, vt is aliis puteat, ipſiuſq; fama & exiſtimatio apud alios imminuatur, vel etiã aliquid damni accipiant fortunę, quorum vtrumq; animũ hominis otioſum & trãquillum eſſe non ſinit. Verũ igitur eſt illud Cleãthis apud Stobæum κακουργότερον οὐδὲν διαβολῆς ἐστι. πωλάβεα γὰρ ἀπατήσασα τὸν πεπισμένον μῖσας ἀναπλάττει πρὸς τὸν οὐδὲν αἴτιον. id eſt, Nihil fere tam eſt maleficum

quam calumnia. Poſtquam enim aliquem à ſe perſuaſum clam decepit, odium aduerſus immerentem concitat.

Otio] bonis enim ſuis cum quiete & otio frui poſſunt nemine eos moleſtante Sonſt kan niemand lenger fried haben dan ſein nachbaur wil.

Miniſtram prætorum auaritiæ calumniam] id eſt, ipſos calumniatores, Metonymia ſeruiens orationis magnificentiæ. Quidam vero prætores auari, καὶ ἄπλοστοι, vt Verres, accuſatores locupletum ipſi ſubornabant atque inſtruebant, vt ex eorum proſcriptione vel condemnatione quæſtum facerent, ipſorumque bona occuparent, vt temporibus Syllæ ciuis quidam modeſtus, in numero proſcriptorum iugulandus exclamauit. O uilla Aurelia cur occidis dominum tuum? Quib. ſub Phalaride illo Belgico, & tyrannis Gallicis multa noſtro ſeculo ſimilia acciderunt. Quando illi ſimiles fuere Lupo Æſopico, accuſanti ouem de turbata ſibi aqua, cum tamen illa biberet in ripa inferiori. Et notum eſt prouerbium: Canem vt cædas facile baculum inueneris. Vtinam vero exulcerato hoc ſeculo non eodem modo dicere poſſemus. Nomen & profeſſionem religionis orthodoxæ, multorum, eorumque adeo quos minime decebat auaritiæ, ambitionis & Pſychotyrannidis, miniſtram eſſe. Hæc enim ſica illa eſt, qua totius hominibus innocentiſſimis vno quaſi ictu cor confoſſum eſt, & adhuc quotidie confoditur. Iuxta illud Tertulliani apologet. 3. Bonus eſt vir C. Seius, ſed malus, tantum quia

Chri-

Chriſtianus. Vt enim tum tēporis, ita nunc quoque tantum nomen, in multis piis, & ſanctis condemnatur. Vere igitur de calumnia dicuntur illa Iſocratis ἐν τῷ περὶ τῆς ἀντιδόσεως. ὡς ἐστὶ μέγιστον κακὸν διαβολή. τί γὰρ ἂν γένοιτο ταύτης κακουργότερον; ἣ ποιεῖ τοὺς μὲν ψευδομένους εὐδοκιμεῖν τοὺς δὲ ἀδικοῦντας ἐπορκεῖν ὅλως δὲ τὴν μὲν ἀλήθειαν ἀφανίζει, ψευδῆ δὲ δόξαν παραστήσασα τοῖς ἀκούουσιν, ὃν ἂν τύχοι τῶν πολιτῶν ἀδίκως ἀπόλλυσιν.

Fines incolant] tam oppidanis quam agricolis. Non igitur, vt nunc fere fit, imponebantur onera ruſticis, & nobiliores interim atque opulentiores immunes abibant. Proportio autem Geometrica requirit vt vnus non magis oneretur altero. Sed vt is qui multum habet, multum quoq; conferat, qui parum is minus.

Tolerari æqualiter] pro cuiuslibet facultatum quantitate.

Nullius inopiam.] non enim tantum admittis diuites, excludis pauperes: ſed erga omnes æquabilem & eundem te præbes.

Cubiculo excluſam] Huc illa Agapeti ad Iuſtinianum Imp. pertinent ἀπρόσιτος μὲν ὑπάρχεις ἀνθρώποις διὰ τὸ ὕψος τῆς κάτω βασιλείας. εὐπρόσιτος δὲ γίνῃ τοῖς δεομένοις διὰ τὸ κράτος τῆς ἄνω ἐξουσίας καὶ ἀνοίγης τὰ ὦτα τοῖς ὑπὸ πενίας πολιορκουμένοις; ἵνα εὕρῃς τὴν τοῦ θεοῦ ἀκοὴν ἀνεῳγμένην, οἷοι γὰρ τοῖς ἡμετέροις γινόμεθα συνδούλοις, τοιοῦτον περὶ ἡμᾶς εὑρήσομεν τὸν δεσπότην. Pertinent huc illa Ciceronis pro Plancio, vbi, Nemi-

nem à congreſſione neque ianitor meus neque ſomnus abſterruit.

Vectigali ædilitiorum] Ædilitium eſt quod ad ædiles pertinet: vt munus ædilitium. Item ædilitius dicebatur qui iam fuerat ædilis, ſicuti, conſulares & prætorii qui vel conſulatu vel prætura iam erant functi. ſunt autem qui legendum hic cenſeant vectigali ædilitio, vt intelligatur ad ludos ædilitios pecuniæ collatio. Cogebantur enim nonnulli ex ſociis ad ludos ædilium certa vectigalia pendere & contribuere, vt ita in vrbe ædiles aliorum impenſis liberales & magnifici videri poſſent, & inſuper aliquid & id quidem non exiguum, lucrari. Si legas, ædilitiorum, forte fieri potuit vt ædiles iſti depoſita demum ædilitate in ſumptuum ludis impẽſorum compenſationem has in prouinciis exactiones inſtituerint. Meminit huius loci Turnebus Aduers. lib. 27. cap. 1. his verbis Ædilitia niſi fallor ſunt ea vectigalia, quæ prouinciales ludorum nomine Ædilibus Romanis pendebant: quæque eis in ornatum fori, apparatum munerum conferebant, veluti ſolẽni quodam tributo. Hæc Turneb: Initio autem ædiles hanc exactionem habebant non iure, ſed precario. Longa autem conſuetudine interueniente id quod pridem precarium fuerat, in neceſſarium, vt fit degenerauerat. Noſtri dicunt Erſt eine bitt/ darnach ein ſitt.

Homo nobilis] ædilitius. A in ino

HS, CC.] quæ noſtra moneta efficiunt 5000 coronatos, aut argenteos vnciales (vt Taleros

Ioa-

Ioachimicos aliqui nominant) 6250 Seſtertia e-nim ſingula, genere neutro, numero plurali effi-ciunt xxv coronatos. Dicuntur ſeſtertia, quaſi ſe-mi tertia. Valebant enim duabus libris argenti, quas indicant hæ notæ II. & Selibra quam ex-primit littera S. quam poſtea cum nota binarii li-neola coniunxerunt, hoc modo, HS.

Penderetur] ab Aſiaticis.

Quod erat iam inſtitutum] Germanice diceres, Dar man ſchon mit vmbzing / das ſchon auff der bahn war.

Has querelas] de tua ſeueritate.

Illo conſilio] à me ſcilicet excogitato: quod i-pſum quoque conſilium iam ſubiicier.

Oppreßimus] extinximus, ſuſtulimus.

In Aſia neſcio] Ibi enim non viuo. propterea quid ibi aut dicatur, aut fiat, neſcio.

Ad templum monumentumq́;] vetus hæc fuit re-ferendi benemeritis gratiam conſuetudo, vt ii ſæpe per adulationem in numerum Deorum re-ferrentur, diuinique honores ipſis haberentur, qua de re Plinius lib. 2. cap. 7. Deus eſt mortali iu-uare mortalē, & hæc ad æternam gloriā via. Hac proceres iere Romani: hac nūc cœleſti paſſu cum liberis ſuis vadit maxim⁹ omnis æui rector Veſpa-ſianus Auguſtus, feſſis reb. ſubueniēs. Hic eſt ve-tuſtiſſimus referēdi bene merētib. gratiā mos, vt tales numinib. aſcribātur. Quippe & omniū alio-rū nomina Deorū, & quæ ſupra retuli, ſiderū ex hominū nata ſunt meritis. Sic Plini⁹, Ariſtoteles quoq; primo ῥητ. αἰτιμὴν εἶναι σημεῖον εὐεργετικῆς δόξης

μέρη δὲ τιμῆς θυσίας, μνήμας ἐν μέτροις καὶ ἄνευ μέτρων, γέρα, τεμένη, προεδρίας, τάφους, εἰκόνας, τροφὰς, δημοσίας καὶ τὰ βαρβαρικὰ οἷον προσκυνήσεις καὶ ἐκστάσεις. Hoc igitur genus honoris (quod Ciceroni forte ob repreſſam coniurationem Catilinę, toti Reipub. exitium portendentem, habere cogitabant Aſiatici) ad nonnulla ex iſtis non incommode poteſt referri. Ipſum quoque M. Ciceronem Tulliolæ ſuæ defunctæ tale quid meditatum eſſe, patet ex epiſtolis ad Atticum lib. XII. compluribus. Et ſimile quid Auguſto pollicetur Virgilius in principio 3. Georg.

Hic viridi in cāpo templū de marmore ponā. &c

& Horat. Epiſt. 1. lib. 2.

Præſenti tibi maturos largimur honores, Iurandasque tuū per nomen ponimus aras, Nil oriturum alias nil ortum tale fatentes.

Noſtrum] pro meum. Sed ſic fratrem ſui honoris participem facere voluit, quaſi nihil ſibi cum illo nō ſit commune. Paulo tamen poſt, etiam dicet, vt non mihi potius &c. vnde patet ſoli M. Ciceroni hunc honorem habitum eſſe.

Ciuitates] Aſiæ.

Tuis maximis beneficiis] hoc videlicet biennio Aſiæ præſtitis.

Lex exuperet] lex videlicet de repetundis Repetundæ autem pecuniæ dictæ ſunt quas magiſtratus, & iudices vel vrbani vel prouinciales vel alias publicorum negotiorum curatores, aut ob iudicandum, aut ob aliud aliquid publice expediendum acceperant, & quas poſtea iidem qui dede

dederant ab iis, quæ accepiſſent iudicio repetebant. Leges autem de pecuniis repetundis plures fuerunt: vt 1. Lex Porcia, ſic à M. Porcio Catone dicta. 2. Calpurnia, à L. Calpurnio Piſone trib. pl. 3 Iunia à M. Iunio Pœno. 4. Lex Seruilia à Caio Seruilio Glaurio, qui eam explicauit & auxit. de quib. plura Sigonius lib. 2. de iudiciis, cap. 27. In genere autem hę leges vetabant ne cui in publico officio conſtituto cõciliare pecuniam liceret. Exceptionem autem aliquam hiſce legibus intextam fuiſſe apparet, de iis nimirũ impenſis à pecunia publica ſubtrahendis, quæ ad honoraria Præſidis prouinciæ monumenta extruenda facerent. qua quidem ipſa exceptione præſidem ad maiorem integritatem & curam officii religioſam forte excitare voluerunt.

Capere liceret] vt videlicet ſine violatione legis repetundarum tantum de reditibus publicis prouinciæ decerpere liceret, quantum ad templum & monumentum meo honori extruendũ requireretur. Sunt autem verba huius partis pleraq; emphatica. Iis enim octo cauſas indicat quibus iure & merito impelli potuerit, vt oblatum munus acceptaret. 1. Quia illi vltro, nemine prorſus petente, id decreuiſſent. 2. eſt id quidem pro maximis vtriuſq; Ciceronis meritis. 3. Summaque voluntate & lubentiſſimè, nemine prorſus contradicente hoc obtinuiſſent. 4. quia lex non prohiberet. 5. quia datũ non erat interiturum vt ea, quæ ludis impẽduntur. 6. ea futurũ in perpetuis templi ornamentis. 7. quia non tam

M. Ciceroni, quam Pop. Rom. & aliis immortalibus collatum videretur. 8. & quia ſumma cum ſua dignitate illa accipere potuerit: & tamen, inquit, non accepi, vt ij quoque, quibus nec deberetur nec quicquam accipere liceret, æquiore animo ſuam iacturam ferrent. Ex hoc igitur inſigni integritatis Ciceronis exemplo obſeruatio elici poteſt, de moderatione, & continentia à viro politico adhibenda, in muneribus etiam iis, quæ non inhoneſtè videntur accipi 1
poſſe, recuſandis: vt alij quoq; remp. quæſtui habere dediſcant, & deſinant. Si enim viri quique honeſtiſſimi etiam debita accipere recuſant, cur alij indebita ſibi conferri temere flagitant?

Diis immortalibus] Plutarchus quoque in 1
præceptis politicis monet de largitionibus, & vult vt per occaſionem fiant, quæ prætextum habeat elegantem atque honeſtum, coniunctum cum cultu Dei omnino ad pietatem ducente. Sic enim ſimul in animis multorum excitatur & cō- 2
firmatur opinio, numen eſſe magnum aliquid ac venerandum: cum quos ipſi colunt ac in magnis viris cenſent, eos ita liberaliter atq; alacriter ſumptus in venerationem Deorum facere cernunt.

Erat dignitas] Dann ich hätte es mit allen Eh- 2
ren annemen können.

Erat lex] ſeu potius permiſſio legis.

Accipiendum non putaui] Simile quid de ſe recitat lib. 5. ad Att. epiſt. 21. quod poſt aliquot ab hinc annos ipſe fecit in prouincia Cilicia. Ver- 3
ba dictæ epiſtolæ hæc ſunt. Ob hæc beneficia,

quibus

qui ... obſtupeſcunt nullos honores mihi, ni- ... decerni ſino: ſtatuas fana. ... nec ſum in vlla alia re moleſtus ciuitati ... exhortaſſe tibi, qui hæc prædicem de me.

... nempe ædilitij, ſiquidem viderent, ... deberetur non accipere.

...] Interit huic parti exhortatio ... vt omni conatu hoc agat. eamq; paulo poſt ... nem admodum inſigni illuſtrat.

...] Teren. Eunuch. Ouē lupo cōmiſiſti.

...] tanquam pignus aut depoſitum ſumma ... cuſtodiendum.

...] qua prætores eligebantur.

...] eo quod nullis tū litteris humanitatis ... vitæ eſſent ... nationes: atq; ita quodammodo ..., ac barbaræ cenſeri poſſent.

...] imo etiam mutis pecudibus, quod eleganter ſubinde apud Xenophontē ... argumētum, vt dixi à minori. Si ... barbaris aut etiā mutis pecudib. preferendus, ... cōmodis & vtilitati ſeruire debebas; ... magis hoc debes hominib. longè omniū ... & à quibus cum alii, tum nos ipſi ... humanitatem accepimus.

...] ... Non enim tam ... ſint ſubditi, quam quodnam tuum ſit ... perpendendum eſt.

... humanitate] litere humaniores ... doctrinar ... profecta & φιλαν- ... Græciā omnis Philoſophiæ parentem ... & Athenas olim κοινὸν παιδευτήριον

πάντων ἀνθρώπων, καὶ πάσης ἀεὶ παιδεύσεως ἐργαστήριον vete-res dixere. Itē lib. 1. de Orat. Cicero Athenas vocat omniū doctrinarū inuētrices, in quib. ſumma dicendi vis inuenta ſit & perfecta. Nec ignoratur illud. *Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo*
Muſa loqui.

A quib. accepimus] Eodē modo arguit in oratione pro Archia poeta, ei ſe patrocinium debere tanquā præceptori ſuo. Quod ſi hæc, inquit, vox huius hortatu præceptiſq; cōfirmata nōnullis aliquando ſaluti fuit, à quo id accepimus, quo cæteris opitulari & alios ſeruare poſſemus, huic profecto ipſi, quantum eſt ſitum in nobis, & opem & ſalutem ferre debemus.

Iis rebus geſtis] de quib. ad Att lib. 1. ep. 17. inquit. Neq; n illæ res aut ita ſunt obſcuræ, vt teſtimoniū; aut ita dubiæ, vt laudationē deſiderēt. Intelligit autē potiſſimū res à ſe in conſulatu geſtas.

Reſidere] hærere.

Inertia] ἀπραγμοσύνης, ῥαθυμίας, ἀεργίας, cuius nomine olim Philoſophi, & nunc quoque homines literati fere accuſantur.

Licentius] quaſi temerè & inconſideratè hoc dicam.

In ſtudiis] Idem fatetur in Bruto, inter alia his verbis vtens. Cōmentabar declamitans cū aliquo quotidie idq. faciebam multum etiā Latinè, ſed Græcè ſæpius: vel quod Græca oratio plura ornamēta ſuppeditans, conſuetudinē ſimiliter Latine dicendi afferebat. vel quod à Græcis ſummis 3
doctoribus niſi Græcè dicerem, neq; corrigi poſſem neq; doceri. Ora-

Græcis monumentis] ſubintelligit sūma illa Græcæ doctrinæ & ſapientiæ lumina, Platonem, Ariſtotelem, Theophraſtum, Dicæarchum, Xenophontem, Demoſthenem quorum omnium ſedulum lectorem ſe fuiſſe alibi ſatis perſpicuè indicat. In Bruto quoq; familiares ſuos præceptores nominat Antiochum & Philonem Academicos, Diotum Stoicum, in Philoſophia: & in ſtudiis eloquentiæ Molonem Rhodium, & Menippum Stratonicenſem.

Præter communem fidem] quam in magiſtratu conſtituti, omnibus ſine diſcrimine ſubditis ſuis debent.

Præterea] inſuper.

Præcipuè] ſiue præ cæteris ſingularem fidem, opponit enim inter ſe commune & præcipuum. Sicut etiam in oratione pro Sylla præter cæteros præcipuum, quod mihi conſuli fuit, priuatorum cæteris commune eſt. Item in 1. offic. Amorem quendam præcipuum, in eos, qui procreati ſunt, ingenerat natura.

Expromere] exercere ad rem vel vſum conferre. Nil enim prodeſt bene didiciſſe, ſi ceſſes benefacere.

Princeps ingenii & doctrinæ Plato] Cū hoc loco celebratiſſimæ, illius Platonicæ doctrinæ fiat mentio, non abſurdū fuerit aliquāto de ea dicere vberius, ut mens ipſius Platonis nō æquè omnibus obuia, plenius intelligatur. Sciendū igitur eſt principē illum Philoſophum in hoc theormate, Beatā fore Remp. vel Philoſophis magiſtratibus

vel magiſtratib. Philoſophis, explicando, conſumere magnã quintũ & totũ ſextum ac ſeptimũ li-librum de Repub. In quinto, n. diſputat de Philoſophię, ad recte gubernandam Rempub. praeſtãtia atq; vtilitate, & φύλακα illum ſuum quem in eâ Philoſophia ab ineunte ætate vult inſtitui, quę non ſit adumbrata, & ad externam quandam cõcinnitatem, & elegantiam vitæ, & orationis conformata: ſed quæ à rebus his caducis animum auocet eumque conuertat ad id quod vere eſt, nimirum ad ſolidam germanamque Dei cognitionem; quem ipſum ἰδέαν ἀγαθοῦ, id eſt, ſummum bonum illamq; cognitionem μέγιστον μάθημα & ἀληθινὴν φιλοσοφίαν vocat. Et in hac quaſi in fundamento, conſiſtere ait Reipub. ſalutem & felicitatem: quod ipſum, vt verum eſſe probet; re paulo altius repetita, Philophiæ ipſius naturam & vtilitates inueſtigat. cuius quidem prolixi ſermonis primaria hæc propoſitio eſt. Magiſtratum rerum diuinarum atque humanarum ſcientia inſtructum eſſe oportere, vt rectè, commodè, & feliciter rempub. adminiſtrare poſſit. eius enim ἀπαιδευσίαν ſummam eſſe Reipubl. perniciem. Cõtra autem veram & germanam παιδείαν eiuſdem eſſe præſidium & firmamentum. Ne verò fucatæ & mentitæ Philoſophiæ ignominia, odium, & inuidiam nobiliſſimæ huic & innocentiſſimæ ſcientiæ concitet: (omnibus n. ætatibus verum eſt, quod in 2. Tuſcul. ait Cicero. Quotus quiſq; Philoſophorum inuenitur, qui ſit ita moratus, ita animo ac vita cõſtitutus, vt ratio poſtulat.

lat. qui diſciplinā ſuam non oſtentationē ſcientię, ſed legem vitæ putet, quiq; optemperet ipſe ſibi, ac decretis ſuis pareat, &c.) diſcrimen quoq; veri & adulterini philoſophi eo ipſo libro indicat: & poſtea libro ſexto & ſeptimo veræ iſtius Philoſophiæ ſubiectum, eiuſque diſcendæ rationem & modum copioſe explicat: quæ omnia eò vergunt, vt conſtet, quatenus hæc Philoſophiæ cognitio Reipub. gubernatori conducat, & quantopere eidem ſit neceſſaria. Summa eſt, cuſtodem Reipub. optimarum ſcientiarum præſidiis inſtructum eſſe oportere, non vt eius θεωρία ſit ἄχρηστος, & ſcientia eius vel improba quædam πανουργία ſeu ſubdola vafricies, & calliditas, vel ἀπολίτευτος ἀπραξία, & ipſe per ſe planè ſit inſociabilis & ἀκοινώνητος, qui in fructuoſis illis contemplationibus animum ſuum fruſtra fatiget: ſed potius, vt illius doctrinæ & virtutis, quarum habitum diſciplinæ adiumentis iampridem induit rationes omnes referat ad communem humanæ ſocietatis vtilitatem. Ingenij autem philoſophici ὑποτύπωσιν inſtituens, notas veri Philoſophi has eſſè ait, 1. Si amet veritatem, mendacium oderit. 2. Si verè ſit ἐπιστήμων, & nō tantum vnius alicuius particulæ, ſed vniuerſæ ſapientiæ ſit ſtudioſus. 3. Si corporearum cupiditatum vinculis liber, & omnibus caſibus humanis ſit ſuperior. 4. Si ſplendore rerum caducarum non cōmoueatur. 5. Præterea ab eodem vult abeſſè τὸ ἀξύμβολον ἄμουσον, δυσκοινώνητον, ἄγερον, καὶ ἄχρηστον.

6 adeſſe autem ingenium docile, memoriam fe-
licē & aptam ad res percipiendas: itém τὸ ἔμμετρον καὶ τὸ εὔχαρι, atq; adeò mores concinnos, venuſtós, iuſtos, placidos, faciles & ad ſocietatē communitatemq; vitæ, quam maximè aptos. Reſpexit autem hos ipſos Platonis locos Agapetus in ſua ad Iuſtinianum Imp. exhortatione, eoſq; doctrinæ & principi Chriſtiano nō inconcinne accommodauit verbis: Ἐφ' ὑμῶν ἀνεδείχθη τῆς εὐζωίας ὁ χρόνος, ὅν τις εἶπε τῶν παλαιῶν ἔσεσθαι, ὅταν οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς φιλοσοφήσωσι. καὶ γὰρ φιλοσοφοῦντες ἠξιώθητε τῆς βασιλείας, καὶ βασιλεύοντες οὐκ ἀπέστητε τῆς φιλοσοφίας. εἰ γὰρ τὸ φιλεῖν σοφίαν ποιεῖ φιλοσοφίαν, ἀρχὴ δὲ σοφίας ὁ τοῦ θεοῦ φόβος, ὃν ἐν τοῖς στέρνοις ὑμῶν διαπαντὸς ἔχετε, εὔδηλον ὡς ἀληθὲς τὸ παρ' ἐμοῦ λεγόμενον, i. Temporibus veſtris declaratū eſt beatæ vitæ ſeculum, de quo veterum quidam prædixit, fore hoc, quando vel ſapientiæ ſtudioſi regno potirentur, vel reges ſapientiæ ſtudia amplecterentur. Et vos enim ſtudia ſapientiæ colentes, digni habiti eſtis regno, & in regni adminiſtratione à ſtudiis ſapientiæ non receſſiſtis. Si enim amare ſapientiam, ſtudium efficit ſapientiæ: initium autem ſapientiæ eſt Dei timor; quem intra pectora veſtra habetis, ſemper promptum perſpicuum iſtud eſt, quod à me dicitur. Vt autem iuniores, quorum plerique magnis illis & precioſis Platonis voluminibus deſtituuntur, Latina hæc cum Græcis conferre poſſint: non pigebit ipſa Platonis Verba, aliquoties diuerſis in locis repetita, his ſubiicere.

Sic

Sic igitur epiſtola ſeptima ad Dionis propinquos ſcribit: λέγειν τε ἠναγκάσθην, ἐπαινῶν τὴν ὀρθὴν φιλοσοφίαν, ὡς ἐκ ταύτης ἐστὶ τά τε πολιτικὰ δίκαια καὶ τὰ τῶν ἰδιωτῶν πάντα κατιδεῖν. κακῶν οὖν οὐ λήξειν τὰ ἀνθρώπινα γένη, πρὶν ἂν ἢ τὸ φιλοσοφούντων ὀρθῶς γε καὶ ἀληθῶς γένος, εἰς ἀρχὰς ἔλθῃ τὰς πολιτικάς, ἢ τὸ τῶν δυναστευόντων ἐν ταῖς πόλεσιν, ἔκ τινος μοίρας θείας ὄντως φιλοσοφήσῃ. Id eſt, Hac rerum experientia coactus, tantum dixi, ad veræ Philoſophiæ commendationem, éius ductu & auſpiciis tantum intelligi verè poſſe, & in Rep. & familiari, ecquænam ſit juſta vivendi regula & via: ac proinde humanum genus nunquã prius deſiturum variis calamitatibus exagitari, quam vel VERE ET RECTE PHILOSOPHANTIUM GENUS rerum publicarum adminiſtrationem penes ſe haberet: vel optimates in repub. divino quodam numine impulſi revera philoſopharentur. Poſtea ibidem hæc memorabilia ſubjungit. Hac ego mente & voluntate in Italiam & Siciliam veni. tunc enim primùm ad ea loca profectus ſum. Quò, ubi veniſſem, beata Italicorum & Syracuſanarum menſarum vita nullo modo mihi placuit: bis videlicet quotidiè ſaturum fieri, & noctu nunquam jacere ſolum, & quæ huius ſunt generis: ex illis enim moribus nemo omnium, qui ſub cœlo ſunt mortalium, quãtumvis valeat bonitate naturæ, ſi in illis ab ineunte ætate enutritus fuerit, prudens evadet, neque, temperans: neque certè, ut in illis virtutibus ornetur, laborabit. In quinto quoque de Repub. ſic Sociatem cum Glaucone diſſerentem inducit,

Etiamſi, inquit, id quod dicam abſurdum & ridiculum apud multos ſit futurum; tamen *σκόπει ὃ μέλλω λέγειν. ἐὰν μὴ, ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς τε νῦν λεγόμενοι καὶ δυνάσαι φιλοσοφήσωσι γνησίως τε καὶ ἱκανῶς, καὶ τοῦτο εἰς ταυτὸν ξυμπέσῃ, δύναμίς τε πολιτικὴ καὶ φιλοσοφία. τῶν δὲ νῦν πορευομένων χωρὶς ἐφ᾽ ἑκάτερον, αἱ πολλαὶ φύσεις ἐξ ἀνάγκης ἀποκλεισθῶσιν, οὐκ ἔστι κακῶν παῦλα, ὦ φίλε Γλαύκων, ταῖς πόλεσιν δοκῶ δὲ οὐδὲ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει.* Hoc eſt, vide quid ſim dicturus, niſi Philoſophi, inquam, in civitatib. ſummam autoritatem poteſtatemq; obtineant: vel hi qui nunc reges & optimates dicuntur, & rerū ſummam obtinent, germana & cumulara quadā ratione philoſophentur: ac in idem concurrant civilis illa potentia & philoſophia, ipſarumq; quæ nunc in varias partes abeunt invicem ſejunctæ atq; ſeparatæ naturæ, quodam neceſſario vinculo in unum coaleſcant: nulla erit, mihi crede, Glauce, nulla erit malorum in civitatibus quies, generi humano unquam, mea quidem ſententia. Item in 6. de Rep adverſariorum objectionem refellens, hanc propoſitionem repetit his verbis *ὅτι οὐ πρότερον κακῶν παύσονται αἱ πόλεις, πρὶν ἂν ἐν αὐταῖς οἱ φιλόσοφοι ἄρξωσιν*, i. e. non prius ullum rebus publicis malorum finem futurū, quam Phiſophi in ipſis ſummam rerum obtineant. Quocirca [ut Iulius Capitolinus ſcribit] in M. quoque Antonini Philoſophi Imp. ore ſemper fuit illud Platonis, florere civitates, ſi aut Philoſophi imperarent, aut Imperatores philoſopharentur. Ex adverſo mater Neronis, teſte Suetonio, dicere ſolebat, Philoſo-

loſophiam Imperatori contrariam eſſe. Licinius Philoſophiam virus, & peſtem publicam nominabat. Quod quam ſtultè & pravè dictum ſit, omnes prudentes intelligunt. Etiamſi nec hodie deſint, qui in eadem ſint ſententia. Sententiam hanc Platonis etiam repetit, Philo Iudæus pag. 445. Φασὶ γὰρ τινὲς οὐκ ἀπὸ σκοποῦ, μόνον ἂν οὕτω τὰς πόλεις ἐπιδοῦναι πρὸς τὸ βέλτιον, ἐὰν οἱ βασιλεῖς φιλοσοφήσωσιν, ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν. ὁ δ' ἐκ πλείστον φανεῖται μὴ μόνον ταύτας ἐπιδεδειγμένος τὰ δυνάμεις ἐν ταὐτῷ τήν τε βασιλικὴν καὶ φιλόσοφον, ἀλλὰ καὶ τρεῖς ἑτέρας, ὧν ἡ μὲν πραγματεύεται περὶ νομοθεσίαν, ἡ δὲ περὶ ἀρχιερωσύνην, ἡ δὲ τελευταία περὶ προφητείαν.

Idem oraculum Platonis his verſibus expoſuit clariſſimus noſter Joan. Caſelius.

Τίς ποτε παῦλα κακῶν κατὰ κώμας καὶ κατὰ χώρας
ἐν πόλεσιν κ' ἀρχαῖς δηλοῖς θνητοῖσι γένοιτο;
ὡς τούτου ὀλίγη ἐλπὶς κούφη τε τέτυκται:
ἀλλὰ καὶ ὧς εὐδαιμονίη λαοῖς τε πόλει τε
αἰθήσαι, ἢ ὅταν σοφοὶ ἄνδρες σκῆπτρα φέρωσιν,
ἢ ὅταν εἰλικρινῶ σοφίην τιμῶσιν ἀληθῶς
οἱ ἤδη βασιλῆες ἐπωνυμίη τε κράτει τε.

Quorum ſententiam ita reddere ſumus conati.

Urbibus & populis tanta ſub mole malorum
Quæ requies, quæ pauſa mali quandoq; futura eſt
Quæſieris forſan? reſpondeo, ſpes ea quamvis
Languida ſit, confirmo tamen, non ante beatas
Cum populis urbes miſeris fore, quam ſapientes
Sceptra gerant, regeſve ipſi, magnive dynaſtæ

Invigilent veræ ſophiæ, patriæq; ſaluti.

Quid autem ſit verè philoſophari, docet etiam in quadam Epiſtola Pancraditem Muſonius his inſignib. verbis. φιλοσοφεῖ μὲν γὰρ ὁ τῆς ἐκκαθάρσεως τοῦ λόγου ἐπιμελούμενος. καὶ ἐπιτηδεύων λόγον. ὀρθὸν ὃ δὴ ἐπιμελούμενος λόγου ἑαυτοῦ τε ἅμα ἐπιμελεῖται καὶ πατείδος, καὶ πατρὸς. καὶ ἀδελφῶν, καὶ φίλων, καὶ συλλαβόντι εἰπεῖν πάντων. Item ipſe quoque Plato epiſt. 10. ad Ariſtodorum, τὸ γὰρ βέβαιον, καὶ πιστὸν καὶ ὑγιὲς τοῦτο ἐγὼ φημι εἶναι τὴν ἀληθινὴν φιλοσοφίαν: τὰς δὲ ἄλλας τε καὶ εἰς ἄλλα τεινούσας σοφίας τε καὶ δεινότητας κομψότητας οἶμαι προσαγορεύων ὀρθῶς ὀνομάζειν, i. e. nam conſtantiam, fidem, gravitatem, integritatemq; equidem veram eſſe Philoſophiam exiſtimo: alias verò & alias res connectentes peritias & facultates, ſi quis elegantias, & urbanitates vocaverit, verè vocaverit. Ex quibus omnibus apparet verũ eſſe, quod paſſim fertur, omnem virtutis & ſapientiæ laudem in actione potiſſimum conſiſtere. Benè autem agere nemo poteſt, niſi prius male agere dedidicerit. Nemo alios regere, niſi pri⁹ regere poſſit ſe ipſum. Nemo vel puerum recte inſtituere poteſt, niſi prius ipſe ſit bene inſtitutus, eoq; , quem inſtituere debet, multo melior & doctior. Quam igitur doctum, ſapientem, moderatum, integrũ, & innocentem eſſe eum decet, qui non uni homini, ſed toti alicui Reipubl. genti, aut regno ſummo cum imperio eſt præfuturus? An non eidem quoq; Socratica illa inſtitutio à teneris unguiculis adhibenda erit, ut non fiant δεικτικοί, πρακτικοί, μηχανικοί, antequam didicerint Sophroſynen.

nen. Nam ſincerum eſt niſi vas, quodcunq; infundis aceſſet. Et

Quo ſemel eſt imbuta, recens ſervabit odorem
Teſta diu.

Notum autem eſt vel ex II. Tuſcula. Ciceronis, quantum priſci illi ſuæ Philoſophiæ tribuerint. ibi enim Cicero Philoſophia, inquit, medetur animis, inanes ſollicitudines detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores. Sed hæc eius vis non idem poteſt apud omnes; tum valet multũ, cum eſt idoneam complexa naturam. Et mox ibidem. Cultura animi Philoſophia eſt, quæ extrahit vitia radicitus, & præparat animos ad ſatus accipiendos. Idem in 5. Tuſculana per exclamationem eam vocat vitæ ducem, virtutis indagatricem, expultricemq; vitiorum, ſine qua hominum nihil eſſe potuerit. Quod quidem, ſecundum quid verum fuiſſe experientia teſtatur. Vt enim Ariſtot. de legibus dicit διαφέρει παμπολὺ μαθὼν μὴ μαθόντος καὶ ὁ γυμνασάμενος τοῦ μὴ γυμνασαμένου. Res ſiquidem ipſa loquitur verè ſtudioſos multo ineruditis eſſe moderatiores, continentiores, & humaniores, etiamſi perfectionem illam minime conſequantur, quam Philoſophia de ſe pollicetur. qua de re operæ precium fuerit conſulere Lactantium, de falſa ſapientia lib. 3. cap. 26. ubi ait. Quod ergo illi gentiles poſcente natura faciendum eſſe ſenſerunt, ſed tamen neque ipſi facere potuerunt, neque à Philoſophis fieri poſſe viderunt, ſola hæc efficit doctrina cœleſtis, quæ ſola ſapientia eſt. illi ſcilicet perſuadere cuiquam

potuerunt, qui nihil perſuadent etiam ſibi: aut cuiuſquam cupiditates oppriment, iram temperabunt, libidinem coercebunt, cum ipſi & cedant vitiis, & fateantur plus valere naturam. Dei autem præcepta, quia ſimplicia & vera ſunt, quantum valeant in animis hominum, quotidiana experimenta demonſtrant. Da mihi virum, qui ſit iracundus, maledicus, effrenatus, pauciſſimis Dei verbis tam placidũ quam ovem reddam. Da cupidum, avarum, tenacem, jam tibi eum liberalem dabo, & pecuniam ſuam propriis manibus largientem. Da timidum doloris, ac mortis, jam cruces & ignes; & pericula, & taurum contemnet. Da libidinoſum, adulterum, ganeonem, jam ſobrium, caſtum, continentem videbis. Da crudelem & ſanguinis appetentem, jam in veram clementiam furor ille mutabitur. Da injuſtum, inſipientem, peccatorem, continuò & æquus & prudens, & innocens erit. uno enim lavacro malitia omnis abolebitur. Tanta divinæ ſapientiæ vis eſt ut in hominis pectus infuſa matrem delictorum ſtultitiam uno ſimul impetu expellat. Ad quod efficiendum non mercede, non libris, non lucubrationibus opus eſt. Gratis iſta fiunt, facilè, citò, modo pateant aures, & pectus ſapientiam ſitiat. Nemo vereatur nos, aquam non vendimus, nec ſolem mercede præſtamus. Dei fons uberrimus, atq; pleniſſimus patet cunctis, & hoc cœleſte lumen univerſis oritur, quicunque oculos habent. Nam quis hæc Philoſophorum aut unquam præſtitit, aut præſtare, ſi velit, poteſt? Qui cum ætates

tes ſuas in ſtudio Philoſophiæ conterant, neq; alium quemquam neq; ſeipſos (ſi natura paululum obſtitit) poſſunt facere meliores. Itaque ſapientia eorum, ut plurimum efficiat, non excindit vitia, ſed abſcondit. Pauca verò Dei præcepta ſic totum hominem immutant, & expolito vetere novum reddunt, ut non agnoſcas eundem eſſe: Hæc ibi Lactant. Huius igitur cœleſtis ſapientiæ in precibus ad Deum ſuis cupidus fuit Salomon, ad gubernacula regni acceſſurus. Quo nomine in ſacra hiſtoria ab ipſo Deo tantopere laudatur. Et certè votum illud Salomonis longè laudabilius eſt, quam votum Midæ, qui omnia quæ tangeret in aurum converti optavit: votiq; illius ſui ſtoliditatem damnoſam ipſe mox cum magno ſuo & ſervorum malo reipſa experiri eſt coactus. Quod a. ad locum Lact. jam recitatum attinet, accipiendus eſt ille non tam in Philoſophiæ contemptum quam in eiuſdem adjumentum & complementum. Quod n. humana Philoſophia feliciter incipit, id altera illa cœleſtis Philoſophia ſe perfecturam pollicetur. Erit igitur utriuſq; vis inter ſe unita multò efficacior, quam ſi altera alterutrius ope prorſus deſtitueretur. Hæc de inſigni illo Platonis theoremate dicere volui prolixius, ut mens & ſententia Platonis plenius & ſolidius intelligeretur. Quo facto ſimul intelligemus quam infelices Reſpublicæ noſtri temporis ſint, & deinceps quoque ſint futuræ, cum ad earum gubernacula acceſſuri, omnis verè Philoſophiæ expertes, omnis Sophroſynes & moderationis

ignari ſint, & ferè hunc unum ſcopum ſibi pro poſitum habeant, ut ipſi ad opes & honores vi quam compendioſiſſima perveniant: ſalute in terim publica vel vacillante vel prorſus intereun te. Quaſi verò privatorum bona ſalva eſſe poſſin tota patria aut republ. intereunte, id eſt, quaſi t & merces ſacrinulæque tuæ in tempeſtate mari ſalvæ eſſe poſſint, tota navi ſubmerſa, & fluctibu violentis obruta. Certè, peritiores, & magis exi mios naucleros, poſtulabat hæc inaudita rerur humanarum, hoc præſertim tempore graſſans tempeſtas.

Poteſtatis & ſapientiæ] poteſtas enim maxim ſine ſapientia Reipub. pernitioſa eſt: ſicut ex ad verſo ſapientia ſine poteſtate, tanquam frivola & inutilis contemnitur. Ideoque utraque meritò & rectiſſime conjungitur, vinculo ſanè longe pul cherrimo.

Vniverſæ Reipub. noſtræ) Nonis nimirum ill Decembribus tantopere & toties à Cicero cele bratis: quibus ſcilicet in conſulatu ſuo Catilinar oppreſſerat. De quibus epiſt. 17. lib. 1. ad Attic hæc habet. Ego ut ſemel Nonarum illarum De cembrium, junctam invidiæ, ac multorum ini micitiis eximiam quandam, atque immortaler gloriam conſecutus ſum: non deſtiti eadem ani mi magnitudine in repub. verſari, & illam initi tutam ac ſuſceptam dignitatem tueri.

Vt tu) Videlicet tu Quintus Cicero.

Doctrina) Quatenus τὸ ἔμπειρον.

Virtute) Propter τὴν ἀρετὴν.

Huma-

Humanitate] propter τὸ φιλάνθρωπον καὶ εὔχαρι, quæ tria quaſi ordine ſe mutuo conſequuntur.

Prorogatus] q. noua rogatione prolatus.

Quoniam] Malaſpina putat legendum Quoniamque: quod nõ plane videtur repudiandum, propter commodiorem συνάφειαν.

Deducendo] ex prouincia Romam.

Lætitia prouinciæ) ob te cum gaudio & vtilitate ſua retentum.

Deſiderium) tui abſentis. Si nimirum audiamus te cum laude ibi eſſe, & cũ gloria paulo poſt ad nos rediturum.

Tanti honores) Qui quales fuerint, patet aliquo modo ex Macrobii Saturn. lib. 2. Cap. 3. Marcus enim Cicero cum aliquanto poſt in Minorem Aſiam veniſſet, & illic imaginem eius clypeatam ampliſſima forma, ad pectus vſque depictam cerneret, Frater, inquit, meus maior eſt dimidius quam totus.

An nemini) pro vlli. eodem modo alibi ſcribit ad Dolabellam. contigit tibi, quod haud ſcio an nemini .i. vlli vel cuiquam,

Honoribus tuendis) Non enim ſine cauſa dixit Mimographus. Heu quam difficile eſt gloriæ cuſtodia. Et Claudianus. Plus eſt ſeruaſſe repertum quam quæſiſſe decus. Et alias in genere verum eſt, quod vulgari verſu dicitur.

Non minor eſt virtus, quã quærere parta tueri.

Quod non tantum de gloria, verum de victoriis quoque & opibus recte intelligitur. de qu-

bus Anaxagoras dicebat χαλεπὸν χρήματα συναθροῖσαι, χαλεπώτερον δὲ φυλακὴν τούτοις περιθεῖναι.

Quod ipſum Ælianus inſigni ſimilitudine illuſtrat, cum in varia hiſtoria ait, p. 26. ὥσπερ ἐχῖνον λαβεῖν μὲν ῥᾳδιον, συνέχειν δὲ χαλεπὸν, οὕτω καὶ τὰ χρήματα. Pertinēt huc verba Ciceronis, quib. in Maniliana adiutores ſuos cōpellat. videte, ne, vt maiorib. veſtris pulcherrimum fuit tantā nobis imperii gloriā relinquere; ſic vobis turpiſſimum ſit; illud quod accepiſtis tueri, & cōſeruare nō poſſe.

Equidem de iſto] Digreſſiuncula continens M. Ciceronis de veris & falſis honorib. iudicium & cenſuram.

Si vulgares] cum multis communes. Quod autem vulgo, & multis etiam indignis contingit, præclarum eſſe non cenſetur. Mimog. loco ignominiæ eſt, apud indignos dignitas: vel vt Græcum Monoſtichon κενῆς δὲ δόξης οὐδὲν ἀθλιώτερον.

Vileis) neq; tantum viles, verum etiā Reipub. dedecoroſos & noxios. Nā vt Salluſtius in Iugurtha aſſerit, Prætura & Cōſulatus, atq; alia omnia huiuſcemodi non per ſe ipſa clara & magnifica ſunt, ſed perinde habētur, vt eorū qui ea ſuſtinent virtus eſt. Quæ ſi nulla ſit, quid proderāt ſine virtute virtutis inſignia? Qua de re ſic etiā Bodinus lib. 3. de Repub. cap. 4. vt prouerbio contrito appoſite dictum eſt, Magiſtratus virū, cum varias, velut in theatro, perſonas agere cogebatur: ita quoq; vir magiſtratū. Nam ſi digna magiſtratu perſona fuerit; magiſtratui dignitatem adiicit: ſin minus tantūdem & magiſtratui detrahitur, &

reipub.

reipub. maieſtati. vt Liuius de Q. Flaminio, non qui ſibi honorem, inquit, adiecisſet; ſed in dignitate ſua vim ac ius magiſtratus, quem gerebat, demiſiſſet. Quocirca etiam non ſine cauſa in prouerbiis Salomonis dicitur Cap. xxvi. Sicut nix in æſtate, & pluuia in meſſe: ſic neq; cõueniens eſt ſtulto gloria. Honor n. vt ibi interpres, eſt præmium virtutis. non igitur in ſtolidũ vel impiũ hominem debet conferri. Nã quemadmodũ nix in æſtate & pluuia in meſſe res intẽpeſtiua eſt, quæ illi tẽpori minime cõgruit: ita ſtultis non cõuenit honor. Si magis titulis ornãtur, ſi ꝓmouẽtur ad munera ciuilia vel eccleſiaſtica, ſibi multũ placere incipiũt. Deinde obſũt aliis bonis, perdũt rẽpub. &c. Cum iuſtitia etiã diſtributiua pugnat, honorẽ illis impendere quib. non debetur. Res illuſtrari poteſt mẽtione fabulæ de aſino Cumano, de quo in cãtilena quoq; Germanica eſt. Wẽ ſchõ der Eſel eine ſewenhaut anzeucht / ſo verratẽ in die ohren. Et præclare in eandẽ ſententiã præcipit Nazãzenus

Δόξαν δίωκε, μήτε πᾶσαν, μήτ᾽ ἄγαν, κρεῖσσον γὰρ εἶναι τοῦ δοκεῖν. εἰ δ᾽ ἄμετρος εἶ μὴ τὴν κενὴν θήρευε, μήτε τὴν νόθην. οὐ γὰρ πιθήκῳ κέρδος εἰ δοκεῖ λέων.

Si tẽporis cauſa) aſſentatoriæ, dũ videlicet quis officio aut magiſtratu publico fungitur, ita vt multi cũ ſe eius ope carere non poſſe intelligãt, adulentur, quẽ extra illã neceſſitatem conſtituti, nec viſum, nec auditũ vellent. Tales ſunt amici illi, de quib. ſupra quoq; diximus, tẽporarii, qui in colenda amicicia non officiis, ſed temporibus ſeruiunt.

Leues) & vna cum tẽpore mutabiles & euaneſcẽtes. Plutarchus in præceptis politicis; Falſo in-

quit,ſic dicti honores, ac falſa teſtimonia quæ propter ſpectacula, diribitiones,ac ludos gladiatorios deferuntur à multitudine: ſimiles ſunt meretriciarum adulationum, plebe ſubinde ei qui dat ac gratiſicatur aliquid arridente, vniusq; diei & inſtabilē gloriolam blandiēdo tribuente.

Id quod ita factum) Hoc quoque facit ad auertendam hominis iracundi offenſionem.

Meritis tuis tribuerentur] in præclare faciendo officio, omnibuſque eius partibus egregie obeundis, & optime de tota prouincia merendo. Eodem fere modo loquitur Cicero lib. x. ad Famil. Epiſt. x. ad Plancum. Is deniq; honos mihi videri ſolet, qui non propter ſpem futuri beneficii, ſed propter magna merita, claris viris, defertur & datur.

Multam in tuendis operam) Nam vt in eadem Epiſtola dicitur. Is qui vere appellari poteſt honos, non inuitamentum ad tempus, ſed perpetuæ virtutis eſt præmium.

Quare, quoniã[Huius exhortationis cõcluſio.

Tuas virtutes conſecratas] dedicatione religioſa & ſolenni, in numerum Dearum relatas. De qua conſuetudine in 2. de legibus hæc habet. Quod autem ex hominum genere conſecratos, ſicut Herculem, & cæteros, coli lex iubet; indicat omnium quidem animos immortales eſſe, ſed fortium, bonorumque diuinos. Bene vero quod Mens, Pietas, Virtus, Honor, Fides conſecratur manu. quarum omnium Romæ dedicata publice templa ſunt: vt, illa qui habeant, habent autem

omnes

omnes boni, Deos ipſos in animis ſuis collocatos putent. Nam illud Vitioſum Athenis, quod Cylonio ſcelere expiato, Epimenidæ Crete ſuadente fecerunt, cõtumeliæ fanũ eſt & Impudentiæ. Virtutes enim non vitia conſecrare decet. Araque vetus ſtat in Palatio Febris, & altera Exquiliis malæ Fortunæ deteſtatæq;. Omnia eiuſmodi repudianda ſunt. Cuius rei etiam meminit Plinius lib. 2. Cap. VII. & Cicero 2. de natura Deorum.

Conſecratas] forte hiſce aut ſimilibus inſcriptionibus additis. Q. CICERONIS IVSTITIÆ INTEGERRIMÆ, ET CONTINENTIÆ INCORRVPTÆ.

Vides] in monumentis, ſtatuis & columnis, tuis conſecratis virtutibus. Nam hoc quoq; modo veteres iuuentutem ſuam ad ſtudium virtutis allicere & incitare conabãtur. Qui enim, vt Cato aiebat, à virtute honorem auferunt, eadem opera à iuuentute auferunt virtutem.

Quas ſtatues] præmiſſa deliberatione.

Decernes] publico decreto, ſtatuto, ſententia.

Ages] in factis & rebus quibuſcunque gerendis. item in executione rerum iudicatarum.

Quid tantis opinionibus & iudicijs] Ne tui diſſimilis videare, & poſteriora facta priorib, non reſpondeant.

Durior enim] vt Brutus in quadam Epiſtola ad Ciceronem ſcribit, eſt conditio ſpectatæ virtutis, quam incognitæ. Benefacta pro debitis e-

xigimus. quæ aliter eueniunt, vt decepti ab his, infeſto animo reprehendimus.

Hominũ eximiꝫ magnificus) Horũ enim approbationem & admirationẽ vnice captabãt. Alias memorabile quoq; eſt, ꝙ Cicero 2. Tuſcul Hoc, inquit, tibi propone, amplitudinem animi vnam eſſe omnium rẽ pulcherrimam, eoq; pulcriorẽ ſi vacet populo, neq; plauſum captans ſe tantum ipſa delectet. Quin etiam mihi quidem laudabiliora videntur omnia, quæ ſine venditatione, & ſine 1 populo teſte fiunt: non quo fugiẽdus ſit (omnia enim benefacta in luce ſe collocari volunt) ſed tamen nullũ theatrum virtuti conſcientia maius eſt.

Honoribus) Ne à priori virtute deſciſſens, honoribus prius partis, teipſum facias indignnm,

Debeas] A viris enim, dixi, præſtantib. omnia ſumma tanquam debita exiguntur. Cum enim maiores præclare egerint, perpetuo deinceps quoque ita agere debere exiſtimantur. Aut ſi id 2 non fecerint, non tam iudicio & ἐκ προαιρέσεως, quam caſu fortuito ſemel atque iterum antea tale quid feciſſe videntur.

Autem) præcipue tibi cogitandum.

Conſules omnibus] Totũ enim corpus reipub. 2 tibi curæ eſſe debet, non tantum vnum atq; alterum eius membrũ. Inſigniter autem cum his Ciceronianis congruunt illa Agapeti εἰ τὴν πάντων βούλει κτᾶσθαι τιμὴν γίνου τοῖς ἅπασιν εὐεργέτης κοινὸς οὐδὲν γὰρ οὕτως πρὸς εὔνοιαν ἐφέλκεται ὡς εὐποιΐας χάρις διδο- 3 μένη

μένη τοῖς χαρίζουσιν, ἡ δὲ διὰ φόβου γινομένη θεραπεία κατεσχηματισμένη ἐστὶ θωπεία, πλαττομένης τιμῆς, φενακίζουσα τοὺς αὐτῇ προσανέχοντας. Hoc eſt. Tua ſi voluntas eſt, acquirere honorem, fac te præbeas communem omnibus benefactorem. Nil enim adeo beneuolentiam allicit, atque beneficentiæ gratia tributa indigentibus. Nam obſeruantia metu conciliata, ſpecies eſt adulationis figurata ficti honoris, fucum faciens ſeſe attendentes. Idem Agap. in eandem ſententiam hac inſigni ſimilitudine illuſtrat, ὥσπερ ὀφθαλμὸς ἐμπέφυκε σώματι, οὕτω βασιλεὺς τῷ κόσμῳ ἐνήρμοσται, ὑπὸ θεοῦ δεδομένος εἰς συνέργειαν τῶν συμφερόντων. χρὴ οὖν αὐτὸν ὡς οἰκείων μελῶν, οὕτω πάντων ἀνθρώπων προνοεῖν, ἵνα προκόπτωσιν ἐν καλοῖς, καὶ μὴ προσκόπτωσιν ἐν κακοῖς. Id eſt, oculi inſtar corpori inſiti, rex in mundo hoc collocatur, Dei dono, ad operam conferendam vtilibus effectionibus. Quapropter ille vt membrorum ſuorum, ſic omnium hominum curam prouidentia ſua complecti debet: vt hi & & honeſtate proficiant, & turpitudine non offendant.

Medeare] vt ſicuti ęgroti in morbis ad medicum confugiunt; ita ſubditi tui in omnib. ſuis incommodis opem apud te quærant & inueniant.

Ut te parentem) Siquidem bonus princeps nihil à bono patre differt, teſte Xenophōte. Quod enim domui eſt paterfamilias; id reipub. eſt princeps & magiſtratus bonus, ratione prudentiæ, auctoritatis, iuſtitutionis, diſciplinæ, alimen

torum, & curæ paternæ in omnes. vnde Deus ipſe in Decalogo ſub mentione patris & matris, ipſos quoque patres patriæ, magiſtratus, intelligit. Et 2. Odyſſ. dicitur *πατὴρ δ' ὣς ἤπιος ἦεν*, & mitis erat patris inſtar. Agapetus quoque inquit *βασιλείαν διοικοῦσι καλῶς, οἱ πατρικὸν τοῖς ἀρχομένοις ἐπιδεικνύμενοι πόθον, καὶ ἀρχικὸν παρ' αὐτῶν ἀντιλαμβάνοντες φόβον*. i. Bene regnum ii adminiſtrant, qui paternum declarãt ſubiectis poteſtati ſuæ deſiderium, & viciſſim ab ipſis principe dignum accipiunt metum. Quæ omnia principi clementiam commendant, virtutem vt humaniſſimam, ſic etiam inter omnes principi conuenientiſſimam; vtpote quæ ex amore ſubditorum, maxime ſecuritatem ei præſtet. Nõ autem, vt Claudianus ad Honorium ait, *Sic excubiæ, non circumſtantia tela, Quam tutatur amor.* & vt Plinius in Panegyr. Hæc arx inacceſſa, hoc inexpugnabile munimẽtum, munimento non egere. Vſurpet igitur bonus princeps, vt Tacitus ait, amorem apud populares, metum apud hoſtes quærat, ſic eueniet illud Biantis *τοὺς ὑπηκόους φοβεῖσθαι μὴ αὐτὸν, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτοῦ*. i. vt principi ſuo timeant ſubditi, non illum.

Dici & haberi] Tum autem talis diceris & haberis, nemine refragante, ſi reuera eris. Nam vt rectiſſime Xenophon 2. Memorab. dicit, *συντομωτάτη τε, καὶ ἀσφαλεστάτη, καὶ καλλίστη ὁδός, ὅ,τι ἂν βούλῃ δοκεῖν ἀγαθὸς εἶναι, τοῦτο καὶ γενέσθαι ἀγαθὸν πειρᾶσθαι*, i. Maxime compẽdiaria, tutiſſima, & præclariſſima via eſt, anniti, vt bonitate in ea re præſtes in qua præſtare videri cupis. Sic Amphiaraus ille apud Æſchy-

ſchilum ὀυ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ᾽ εἶναι θέλει. quod Salluſtius Catoni attribuit in Catilina, ſic de eo ſcribens: eſſe quam videri bonus malebat: Cum alias vt Cicero in Lælio ait virtute ipſa non tam multi præditi eſſe, quam videri velint. Grauiter autem Plato in Georgia monet, ὡς ἐυλαβητέον ἐστὶ τὸ ἀδικεῖν μᾶλλον, ἢ τὸ ἀδικεῖσθαι, καὶ παντὸς μᾶλλον ἀνδρὶ μελετητέον, ὀυ τὸ δοκεῖν εἶναι, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, id eſt, Magis cauendum eſſe iniuriam facere quam pati: & omni homini in hanc cogitationem curamque potius eſſe incumbendum, vt non videatur tantum bonus, ſed etiam reuera exiſtat, ſiue priuatim ſiue publice B. Ignatius quoque in epiſtola ad Magneſios eandem ſentẽtiam ad commendationem pietatis Chriſtianæ pie & eleganter tranſtulit, his verbis πρεπὸν ἐστὶ μὴ μόνον καλεῖσθαι χριστιανοὺς, ἀλλὰ καὶ εἶναι: ὀυ γὰρ τὸ λέγεσθαι, ἀλλὰ τὸ εἶναι μακάριον ποιεῖ. Quod non ſine cauſa inculco prolixius. Quia non nimis crebro & adoleſcentibus & adultis hæc inculcari poſſunt. Nemo vt puto noſtrum eſt qui nõ cupiat videri, dici, & haberi pius, modeſtus, iuſtus, ſobrius, continens, ſtudioſus innocens: demus igitur operam vt reuera tales ſimus: ita enim fama quoque & exiſtimatio huiuſcemodi virtutum, etiamſi à viro pio & bono non admodum expetatur, nobis nequaquam eſt defutura.

TRACTATIO SEV COLLOcatio.

SIcuti ſupra, ita hic quoq; præceptis & admonitionibus, laudes fratris intexit: vt non tam quid faciendum ſibi ſit videat, quam vt tam multa recte & laudabiliter ſe feciſſe gaudeat. Laudibus fratris quoque ſe ſed modeſte admodum aſpergit: ita quidem, vt de fraternis laudibus plene & ἀποφαντικῶς: de ſuis autem propriis parce & dubitanter loquatur. Quod nobis quoque in loco ſciamus imitandum. In ipſis autem illis ſui fratris laudibus, omne boni & vigilãtis magiſtratus officium complectitur. Sicuti in ipſa quoque octo illorum iam ante in analyſi recitatorũ argumentorum tractatione inſignis ineſt ποικιλία ſeu varietas, quæ tædium legenti vel audiẽti obrepere non ſinit: alia enim paucis verbis, alia pluribus abſoluit: in aliis adhortationem in laudẽ fratris commutat: in aliis antitheſin, comparationem, fictionem, occupationem aut etiam confeſſionem ingenuam ſeu ἠθικὴν adhibet. Et quidem nominatim in ſeptimo argumẽto intexit χρείαν Platonis, cum auctoris elogio, ipſius dicti recitatione, & explicatione; ſuoque de eo iudicio, eiuſque adeo accommodatione coniunctam. Inter alia ſuum quoque exemplũ modeſte & grauiter fratri proponit ſuique iudicii & facti cauſas affert probabiles. Agnoſcit quoq; ingenue & admodum ἠθικῶς ſe à Græcis in ſtudiis philoſophiæ & eloquentiæ plurimum profeciſſe, eoq; nomine ipſis cũ fratre

gratiam

gratiam debere. His addit per digreſſiunculã locum communem de honoribus, ſuumq; de iis iudicium. Ipſas admonitiones per ἀνακαινώσεις ſubin de aliis atque aliis verbis iterat, & inculcat: eaſque tandem amice, prudenter & grauiter concludit.

RATIONES PRAECEPTORUM ſeu loci communes.

I. BONI & fidi magiſtratus eſt, non ſua propria cõmoda quęrere, ſed eo omnia referre, vt ſubditi omni ex parte ſint quam beatiſſimi, hoc eſt vt Reſpub. ſit voluntatibus conſentiens, bonis legibus & conſtitutionibus munita, viribus firma, opibus copioſa, moribus honeſta, bello inuicta in pace quieta, & moderata. Nihil enim aliud eſt imperium quam cura ſalutis alienæ, & quidem communis. In quam ſententiam Cato Vticenſis dixiſſe perhibetur. Non minus operæ diligentiæq; impendendũ à magiſtratu communibus, quam apes fauis ſuis ſolent. Cum autem multi magiſtratus de hoc officio ſuo parum cogitent, & ſolliciti ſint: operæ pręcium fuerit, iam nunc à prima ætate præclaram hanc ſententiam iuuentuti inculcare, & optimorum quorumque auctorum ſuffragiis comprobare. Conſentiunt autem cũ hac M. Ciceronis doctrina multi alii non ſolum eiuſdem auctoris loci verum aliorum quoque complures. Et vt à

Ciceronianis, qui iam in mentem mihi veniunt initium faciã: ſic legimus 1. Officiorum. Omnino qui reipub. præſunt, duo Platonis præcepta teneant, vnum vt vtilitatem ciuium ſic tueantur, vt quicquid agant, ad eam referant, obliti commodorum ſuorum. Alterum vt totum corpus reipub. curent, ne cum partem aliquam tuentur, reliquas deſerant. Ibidemque inſignis hæc ſimilitudo legitur. Sicuti tutela gerenda eſt ad vtilitatem eorum qui commiſſi ſunt, non quibus commiſſa eſt: ita etiam adminiſtratio Reipub. non ipſis gubernatoribus, ſed potius eorum ſubditis fructuoſa eſſe debet. Idem de lege Agraria ad pop. Si populo conſulis, remoue te à ſuſpicione alicuius tui commodi, fac fidem te nihil niſi populi vtilitatem & fructum quærere. 2. off. Nullum eſt vitium tetrius auaritia, præſertim in principibus, & rempub. gubernantibus. Habere enim quæſtui Rempub. non modo turpe eſt, ſed ſceleratum & nefarium. Sic in Xenophontis Pædia Cyri dicitur ἄρχοντός ἐστιν οὐκ αὐτὸν μόνον ἀγαθὸν εἶναι, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀρχομένων ἐπιμελεῖσθαι ὅπως ἂν βέλτιστοι ἔσονται. Itẽ pro C, Rabitio. Eſt boni magiſtratus, cum auxilia Reipub. labefactari conuellique videat, ferre opem patriæ, ſuccurrere ſaluti fortunisque communibus: ſalutem ſuam poſteriorem ſaluti communi ducere, intercludere omnes ſeditionum vias. Libro quoque octauo epiſtolarum ad Atticum ſic ſe in v. de repub. ſcripſiſſe teſtatur, ex Platonis Eutiphrone. Vt enim gubernatori curſus

ſus ſecundus, medico ſalus, Imperatori victoria: ſic huic moderatori Reipub. beata ciuium vita propoſita eſt, vt opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honeſta ſit: huius enim operis maximi inter homines atque optimi, illum eſſe effectorem volo.

Sic Claudianus Honorio.

Tu ciuem patremq; geras, tu conſule cunctis.
Non tibi, nec tua te moueant, ſed publica damna.

Cyrus dicere ſolebat: παραπλήσια ἔργα εἶναι νομέως ἀγαθοῦ, καὶ βασιλέως ἀγαθοῦ· τόν τε γὰρ νομέα χρῆναι, ἔφη, εὐδαίμονα τὰ κτήνη ποιοῦντα χρῆσθαι αὐτοῖς, τόν τε βασιλέα ὡσαύτως εὐδαίμονας πόλεις καὶ ἀνθρώπους ποιοῦντα χρῆσθαι αὐτοῖς. 8. pæd. Iſocrat. σημεῖον ἔστω σοι τοῦ καλῶς βασιλεύειν ἐὰν τοὺς ἀρχομένους ὁρᾷς εὐπορωτέρους καὶ σωφρονεστέρους γιγνομένους διὰ τὴν σὴν ἐπιμέλειαν. Idem in fine Hieronis Xenophontei Simonides ſubiicit ipſi Hieroni, ἀλλὰ θαρρῶν, ὦ Ἱέρων, πλούτιζε μὲν τοὺς φίλους. σαυτὸν γὰρ πλουτιεῖς αὔξει δὲ τὴν πόλιν. σαυτῷ γὰρ δύναμιν περιάψεις. κτῶ δὲ, αὐτῇ συμμάχους. νόμιζε δὲ τὴν μὲν πατρίδα οἶκον, τοὺς δὲ πολίτας, ἑταίρους τοὺς δὲ φίλους, τέκνα σεαυτοῦ. τοὺς δὲ παῖδας, ὅ, τι περ τὴν σὴν ψυχήν. καὶ τούτους πάντας πειρῶ νικᾶν εὖ ποιῶν. ἐὰν γὰρ τοὺς φίλους κρατῇς εὖ ποιῶν οὐ μή σοι δυνήσονται ἀντέχειν οἱ πολέμιοι, κἂν ταῦτα πάντα ποιῇς εὖ ἴσθι πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις κάλλιστον καὶ μακαριώτατον κτῆμα κεκτήσεσθαι. εὐδαιμονῶν γὰρ οὐ φθονηθήσῃ. In tertio quoque ἀπομνημ. diſerte dicitur ὁ βασιλεὺς αἱρεῖται, οὐχ ἵνα ἑαυτοῦ καλῶς ἐπιμελῆται, ἀλλ' ἵνα καὶ οἱ ἑλόμενοι διὰ τοῦτον εὖ πράττωσι.

Anacharſis certe Tereo cuidam regulo per e-

piſtolam, hæc ſignificat, οὐδεὶς ἄρχων ἀγαθος ἀπολ-λύει ἀρχομένους. οὐδὲ ποιμὴν ἀγαθὸς πρόβατα λυμαίνεται; σοὶ δὲ πᾶσα μὲν χώρα ἔρημος ἀρχομένων, καὶ κακῶς προστατευθεῖσα ὑπ' ἀρχόντων.

II. Locus eſt de impedimentis & abolitione æris alieni. Opes autem principum in ſubditorum diuitiis potiſſimum ſunt poſitæ. Ideoque magiſtratus boni officium eſt operam dare vt æs alienum à ſubditis aut plane non contrahatur, aut contractum iam primum diſſoluatur. Quod quatuor vt plurimum modis fieri ſolet & poteſt. 1. ſi tributa & vectigalia ſubditorum facultates non ſuperent. vnde Alexander M. etiam olitorem odio habendum aiebat, qui herbis non flores & folia tantum defringeret, ſed radicitus eas euelleret. Et Tiberius Imp. tonderi pecus ſuum, non deglubi volebat, 2. Si vectigalia & tributa tolerentur ab omnibus æqualiter, pro cuiuſque facultate, vt ſcilicet qui multum habet plus conferat: qui parum, minus.

III. Si peregrinæ & non neceſſariæ magiſque ad luxum & delitias quam ad frugalitatem facientes merces in vrbem non admittantur. Quod Plato 3. de legibus in ſua vult fieri repub. & quod Lycurgum ac veteres Germanos in ſuis rebuſp. feciſſe ſcribunt Plutarchus & Cæſar.

IV. Si Monopolæ: & flagellatores annonæ ſerio coerceantur.

V. De præcauendis ſeditionibus, & conſtituen-

tuenda ac conſeruanda in rebuſpub. ciuium concordia; quod fit cum magiſtratus curat, vt leges patriæ bene ſancitæ retineantur immotæ: vt ſeruetur ordinum æqualitas, vt ſit honor virtuti, & ſceleribus enormibus conſtitutæ ſint pœnæ, vt in pœnis non ſit reſpectus perſonarum, vel in præmiis virtutum nemo contemnatur, aut negligatur, vt diſſidia inter potentes mature componantur, ne in factiones & ſtudia partium erumpant.

VI. De conſiliis optimatum reipub. ſaluberrimis. Poſſunt enim illi & volunt quoque quod ciuitati eſt optimum. Sunt autem optimates, vt Cicero pro Sext. ait, quibus eſt propoſitum præſtantiſſimum, maximeque optabile omnibus bonis, cum dignitate ocium, qui defendunt vel capitis periculo religionem, leges, iudicia, ſenatus auctoritatem. Imperita vero multitudo ad imperandum & conſulēdum eſt inepta. & quod vt in oratione pro Roſcio dicitur, ex veritate pauca, ex opinione multa iudicet. Quod item vt in orat. pro Domo, in populo inconſtantia, varietas, & crebra tanquam tempeſtatum, ſic etiam ſententiarum ſit mutatio. Quod pluribus exponitur in Planciana. In populo non vllum eſt conſilium, non ratio, non diſcrimen, non diligentia, ſed aguntur pleraque gratia, dantur precibus, fiunt impetu quodam, vt non immerito ſapientes cogantur ferre ea quæ populus facit, laudare nequeant.

V. De furtis & latrociniis itinerum, agrorun fanorum & oppidorum, ne cum ſubditorum & & aduenarum pernicie graſſentur, comprimen dis & abolendis.

VI. De calumniatoribus, ſeu locupletum per calumniam, vt ex eorum opibus quæſtum faciant, accuſatoribus, coercendis, & reprimen dis. Nocent enim peſtes illæ non tantum fam & fortunis priuatorum, verum ipſi quoque re pub. cuius quietem & ocium perturbant. Cr minis huius reum Cicero aliquoties peragit Ve rem: eiuſdemque nomine Suetonius Caligulan Neronem, Domitianum Cæſares reprehēdit. I huiuſmodi autem calumniatores cito & ſeuer animaduertendum, Demoſthenes in Ariſtage ram hoc ſimili probat. Quemadmodū ſerpen tes, etſi nondum nos momorderint, tamen ſi v demus primum, ſtatim interficimus, ne nocer nobis queant: ita cum calumniatores ſerpentin ſint præditi natura, ſtatim tollendi ſunt, ante quam famæ aut fortunis bonorum & innocen tium nocere poſſint.

VII. De εὐπροσηγορίᾳ & affabilitate in princi pe neceſſaria, de quo cum magno probro dicere tur, *Nec viſu facilis, nec dictu affabilis vlli.*

VIII. De modo & ratione aliquos, iniqua nec ſibi debita poſcere audentes, à propoſito ill ſuo, ſine acerbitate aliqua, abducendi. Nimirun ſi oſtendatur, alios digniores, & melius de re pub. meritos, quibus vltro illa oblata ſint, quia-

que

que adeò legitimè & cum dignitate acceptare potuerint, tamen ea recuſaſſe. Atque ideo æquiore animo iiſdem carere debere eos, quibus nihil tale vel debetur, vel capere licet.

IX. De gratitudine in benemeritos, & maximè eos qui in ſtudiis humanitatis nos erudierunt quorum labor, & meritum, officiis humanitatis, jure denuò eſt compenſandum.

X. De poteſtate cum ſapientia: & ſapientia cum poteſtate conjungenda, quorum neutra ſine altera ſalutaris & efficax eſt. Sapientia enim efficit, ut princeps poteſtate ſua non abutatur. Potentia verò ut decreta ſapientiæ ſint efficacia, & rebellioni minus obnoxia. Rectè igitur Cicero in primo de inventione dixit. Ad rempub plurima commoda venire, ſi moderatrix omnium rerum præſtò ſit ſapientia. Carolus V. Imper. cum Neapolim veniſſet, Auguſtini Niphi Sueſſani, ſummi ea ætate habiti Philoſophi fama motus, eum ad ſe venire juſſit, & inter alia, cum, qua ratione princeps optimè regnum adminiſtraturus eſſet, interrogaſſet; reſpondit Niphus. Si tales, qualem tu me eſſe putas, Imperator, multos habueris conſiliarios & adminiſtros. Reſponſi modeſtiam & acumen admiratus Carolus, encomiis ornatum Niphum clementer à ſe dimiſit. Agamemnonem apud Homerum non decem Achilles, aut Ajaces, ſed totidem Neſtoras ſibi exoptare notum eſt.

XI. De honoribus atque de iis judicium hoc Ciceronis, quod, vulgares qui ſunt, & multi có-

ceſſitatis cauſa dantur, eos ipſos quoque non magni faciendos eſſe. Qui autem meritis virorum præſtantium ultrò tribuuntur; eos acceptandos, conſervandos, & amplificandos eſſe. cui Plutarchus in præceptis politicis addit: cum honor non ſit merces præclari facinoris, ſed ſolummodo ſignum; tenuitatem ſumptuū optimè ac firmiſſimè ad honorarii cuſtodiam facere: magna & immodica, itidem ut ſtatuæ non reſpondentes proportioni, ſubverti. Sic trecentæ ſtatuæ Demetrii Phalerei omnes adhuc vivente ipſo ſunt everſæ. Demadis ſtatuæ conflatæ ſunt in matulas. Interim etiam in contemptu honoris, honor ineſt non minimus. Vnde Cato cum jam tum Roma ſtatutis oppleretur; nullum ſibi paſſus eſt poni, quod diceret malle quæri, cur non, quam cur ipſi ſtatua eſſet collocata.

ΠΟΡΙΣΜΑΤΑ
ex contextu.

1. Bono magiſtratui nihil ſuo officio debet eſſe antiquius, ita ut in id toto animo, & omni ſtudio incumbat.

2. Quicunq; vel hominibus, vel etiam mutis pecudibus ſunt præfecti, non ſuis ſed illorum potiſſimum commodis, utilitatique debent conſulere & ſervire.

3. Sæpè reipub. magis noxia ſunt oppidorum & fa[illegible]orum quam itinerum atque agrorum furta & la[illegible]ocinia.

4. Non

4. Non novum eſt, ut famæ, fortunis, & ocio locupletum inſidietur, acerbiſſima, magiſtratuũ avaritiæ miniſtra, calumnia.

5. In laudabili & benè conſtituto imperio nihil debet eſſe acerbum, nihil crudele, ſed omnia plena clementiæ, manſuetudinis, humanitatis.

6. Simultates honeſtis de cauſis ſuſceptæ, bono magiſtratui apud intelligentes magis honorificæ ſunt, quam dedecoroſæ.

7. Non novum eſt, ut πλαχαλάζοντες liberales & magnifici eſſe velint de alieno.

8. Honores qui ſumma ſubditorum voluntate pro magnis honorandi meritis & beneficiis conferuntur, non videntur aſpernandi.

9. Viri honeſti & induſtrii eſt, ita vivere, & res ſuas. quas gerit inſtituere, ut in iis inertiæ aut levitatis nulla reſidere poſſit ſuſpicio.

10. Animi ingenui eſt palam fateri per quos profeceris.

11. Cum Cicero, & alii ſummi viri fateri non erubeſcant, ſe omnia, quæ conſecuti ſunt, ſtudiis Philoſophiæ & artibus liberalibus adeptos eſſe, alios quoque eorum veſtigiis decet inſiſtere, ut metam quoque eandem conſequantur.

12. Benè de nobis meritis, & in primis præceptoribus, à quibus liberaliter inſtituti ſumus, præter communem fidem, quæ omnibus debetur, aliquid preterea præcipuum debemus, ut ſcilicet fructum ſuæ inſtitutionis ipſi præ aliis ſentiant.

13. Cui in doctrina, virtute, & humanitate percipienda plurimum à pueritia ſtudii fuit & temporis, is dignus eſſe videtur, qui aliquando aliis ſumma cum poteſtate præſit.

14. Quot anni bono principi in gubernatione prorogantur; totidem anni ad ſalutem quoq; patriæ videntur prorogari.

15. Subditorum in principem benevolentia deq; eius regimine lætitia, ſatis certum laudabilis imperii indicium eſt.

16. *Non minor eſt virtus quam quærere parta tueri.* Ovid.

17. Veteres præſtantium & principum virorum virtutes conſecrabant, & per Apotheoſin in numerum Deorum referebant: ut animos juventutis ad earum amorem; ipſos autem principes ad virtutis conſtantiam invitarent.

18. Honor non tantùm virtutis præmium, verum eiuſdem quoq; ſtimulus eſſe debet, in viris honoratis: qui in omnibus rebus quas ſtatuunt, quas decernunt, quas agunt, quid tantis hominum opinionibus, tantis de ſe judiciis, tantis honoribus debeant, tenentur cogitare.

19. Boni principis eſt non uni tantum atque alteri Reipubl. parti, ſed omnibus conſulere, eorum incommodis mederi, & ſaluti quam ſtudioſiſſimè providere.

20. Bonus princeps hoc modo erga ſubditos affectus eſſe debet, ut parens ſuæ provinciæ & dici & haberi velit. Non autem ſatis eſt talem dici & haberi, niſi etiam revera ſit.

VSVS ET IMI-tatio.

HAnc partem imitari poterimus, ſi de boni & fidelis ſcholæ alicuius illuſtris gubernatoris officio diſſerere libeat: ea nimirum, quæ de boni principis in rebus politicis officio à Cicerone hic dicuntur, ad Scholæ moderatorem, & res ſcholaſticas, transferendo: hunc vel ſimilem in modum.

DJeweil du von mir zu wiſſen begehreſt/ worauff ein trewer Præceptor in vnterweiſunge der im vertrawten Jugendt/ vnd auch in ſeinem gantzen Schulregiment ſonderlich ſehen vnd Achtung geben ſolle: Wil ich dir auffs kürtzeſt/ was hievon meine meynung ſeye antworten. Vnd zwar/ wann ich dieſe Sach gründlich bedencke / ſo deucht mich / daß alle die jenigen / ſo der lieben Jugend ſie zu vnterweiſen vnd zu lehren fürgeſtellet ſeyn / fürnemlich darnach trachten ſollen / das jhre diſcipuli mit guter Lehr vnd erbarn Sitten auffs beſte mögen gezieret werden. Daß du dir aber dieſe beyde Dinge bald im Anfang deiner Schulregierung / ſonderlich habeſt angelegen ſeyn laſſen/ das wird nicht allein von deinen Zuhörern/ ſondern auch von gemeiner Bürgerſchafft gerühmet. Es gebührt aber mich allein dem Jenigen / der vber ehrlicher Leut Kinder vnd Jüngling / ſondern auch der

vber Pferd/Ochſen/Schaff/oder auch andere vnvernünfftige ſprachloſe Thier geſetzt iſt/ daß er jren nutz vnd beſtes wiſſe vnd befordere/ auch jhnen allerley gute bequemigkeit verſchaffe. Worin dann/ wie ich höre/ dein auffſicht vnd fleiß von jedermenniglich gleicher Geſtalt daſelbſt gerühmet wird. Dann das gemeine geſchrey gehet alſo/ das jetzund kein vngelehrter / vntüchtiger Schulmeiſter mehr angenommen werde/ vnd das auch die vorigen vngelehrten vnd vnfleiſſigen Lehr vnd Zuchtmeiſter gentzlich von der Obrigkeit abgeſchaffet ſeyen. Zu dem wird gerühmet / daß du in deinen Vorſchrifften keinen vnwürdigẽ oder vngeſchickten ein falſch zeugniß gebeſt / jhn bey guten Leuten vnter zu bringen. Item das viel feiner Knaben vnd Jüngling/ die zuvorn in jhren ſtudiis, vnd ſonderlich in der Grammatica jämerlich verſeumet waren vnter deiner diſciplin nu wiederumb zu recht kommen/ vnd wol zunemen. Man höre jetz in der Schul kein Getümmel/ man ſpür keine merckliche Vnordnung/ du verſchaffeſt/ daß ein jegliche claſſis von jhren beſonder Præceptore ordentlich vnd bequem inſtituiret vnd vnterrichtet / vnd die lectiones mit den Schülern fleiſſig repetirt werden. Das die Jugent nicht mehr jren freyen willen habe/ das des nachts auff den Gaſſen kein Lerm gehöret werde / ſondern das alles in der Schul ſtill/ vnd in eine gute Ordnung gebracht ſeye. Das auch der vormals nicht allein in den Begrebnüſſen / ſondern auch vnter den Predigten gehabte mutwill gentzlich abgeſchaffet/ auch niemand vergönnet ſey/ daß er einen ſchüler ohn

ler ohn erhebliche Vrſach ſeines gefallens heruber ziehen/ vnd vngebürlicher weiſe mit ruthen ſtreichē möge/ daß die ſtraff vnd das Straffgeld von allen Mitſchülern in den oberſten claſſib. wo ſie es verſehen / gleichförmiger Weiſe eingefordert vnd erlegt werde. Das alle deine Collegæ vnd Zuhörer einen freyen Zutrit zu dir haben. Das kein Schüler ſo jung vnd arm ſey / der nicht beyd in der ſchule vnd auch in deinem Hauß vnd Studierſtüblin zu dir komen/ vnd dich anreden möge. Zwar / dieweil ein wolhabēder Bürger öffentlich rühmet/ daß du jhm mit abſchaffung ſolcher beſchwerung wol 50. Kronen in ſeiner Haußhaltung jährlich gebatet habeſt. Wie viel würde dann darauff gehen/ wenn alle/ die alſo aus andern orten herlauffen kommen (wie es dann etliche gern alſo haben wolten) mit koſt vnd wohnung müſten verſorget werden / wiewol ich verneme / das du auch ſolcher Leute Kläge auff dieſe Weiſe vnterdrücket habeſt / welche zwar (nicht weiß ich was bey euch geſchehe) nicht wenig allhie bey vns gelobet vnd gerühmet wird. Das du nemlich jhnen angezeigt/ wie vielen frommen vnd gelehrten / auch von andern fürnemen Leuten an dich verſchriebenen jünglingen/ vnd denen du auch dißfals deine Hülff gutwillich verſprochen hetteſt/ du dennoch zu freyen Tiſchen vnd Herbergen noch nicht hetteſt vorhelffen können/ were derhalben billich/ das die jenigen ſich dieſen Verzug nicht mißfallen lieſſen/ welche ſolcher frommer leut verſchreibung nicht aufflegen könten: Auch jhren Fleiß vnnd Frömigkeit der Schul noch nicht gnugſam

dargethan vnd beweiſet hetten / deren auch biß anhero niemals ſolche Verheiſſungen geſchehen weren. Trachte derwegen mit allem fleiß darnach / wie du dann auch biß anhero gethan haſt / daß du die Knaben / ſo dir von der Obrigkeit auch jhren Eltern vnd Vormündern vertrawet vnd befohlen ſeyn / väterlich liebeſt vnd ſchützeſt / vnd ſie alſo vnterweiſeſt / daß ſie in guter Lehr / Zucht vnd Erbarkeit / vor allen Dingen aber in Gottesfurcht wol zu nemmen mögen. Vnd zwar / wann dich der liebe Gott in Vngern / Polen / Littawen / Schwäden / oder Schotland zu einem Vnterweiſer der Jugend gemacht hette / ſo würde es dein Ampt vnd Trew erfordert haben / daß du dich auch in jhre ingenia ſchicken / vnd embſig darauff gedencken müſſeſt / wie du ſie mit guter Lehr vnd erbarn Sitten zieren möchteſt. Dieweil du aber in den Orten ſolch Ampt verwalteſt / an welchem jetziger Zeit gute Künſte vnd Sprach nicht allein in dem höchſten Flor ſchweben / ſondern von welchen ſie auch in andere Orter außgebreitet ſeyn / wil es ſich gebühren / daß wir für andern jhnen das jenige wiederumb miltiglich zu ſtellen / was wir von jhren Vorfahren empfangen haben. Dann du wirſt dich / wie ich hoffe / nicht ſchämen / zu bekennen [zumahl in dieſem deinem Ehrenſtande / in welchem du von wegen deiner Weißheit vnd Geſchicktigkeit ſo hoch gerühmet wirſt / das du niemand von wegen einiger fauligkeit oder leichtfertigkeit verdacht ſeyn kanſt] dz du alles wz du dißfals haſt / durch dz jenige erlanget habſt / wz du von

Jugend

Jugent auff in den Schulen deſſelbigen Orts gelernet haſt. Wil derhalben folgen/ daß du vber die gemeine Trew/ die wir jederzeit zu leiſten ſchuldig ſein/ dieſer deiner Jugend noch ein vbriges zu thun verpflichtet ſeyeſt / auff daß ſie deß jenigen / ſo du von jhren Vorfahren gelernet / etlicher maſſen widerumb genieſſen mügen. Vnd habens zwar viel mit Weißheit vnd Wolberedenheit fürtreffliche Leut dafür gehalten / daß es alßdann erſt in den Städten vnnd Ländern wol zuſtehen würde/ wenn entweder die Eltern ſelbſt jhre Kinder recht vnnd vernünfftiglich aufferziehen / oder die Lehrmeiſter / denen ſolch Ampt aufferlegt / ſich zum höchſten einer rechtmäſſigen vnd bequemen Kinderzucht befleiſſigen würden. Dieſe vereinigung der rechtmeſſigkeit vnd bequemigkeit in vnterweiſung vñ aufferziehung der liebē Jugendt/ hat man Ländern vnd Städten für heilſam erachtet. Welches vieleicht vorzeiten auch andern Völckern/ jezund aber ſonderlich ewerer Schul widerfaren iſt/ daß in derſelben das höchſte regiment vnd auffſicht ſolch ein Mann hette / der ſich von Jugendt auff befleiſſigt hat die aller rechteſte vnd bequemeſte Art vnd Weiſe der Kinderzucht auß gelerter Leut vnterredung vnd Schrifften zuerkündigen vnnd zu lernen.

Verſchaffe derwegen / daß die verwaltung dieſes dir aufferlegten Ampts/ zum Heyl vnd erbawung deß gemeinen Nutzes / beid in Kirchen vnnd Schulen gelangen müge. Vnd dieweil ewere Gemein dich dahin zuberuffen glückhafftiger geweſt

iſt/ Als dein Vaterlandt dich zubehalten: So ſihe ja wol zu/ daß deines Vaterlandes verlangen/ durch die betrachtung der nutzbarkeit deiner jetzigen Arbeit vnnd Ampts möge gelindert werden. Dann aldieweil du ſolchen fleiß angewendet haſt/ auff daß du in einem ſo heilſamen Ampt möchteſt düchtig erfunden werden. Wie viel gröſſern fleiß ſolſtu dann anwenden/ daß du ſolchem Ampt hinfüro auch trewlich vnd löblich fürſtehen mügeſt? Ich hab zwar/ was ich von andern Emptern vnd Stenden hielte/ zu andern zeiten an dich geſchrieben/ nemlich/ daß ſie vnnütz weren/ wann man nichts dann ledig gang dabey zufinden hette/ oder wann ſie nur auff Geldt vnd gewinſt gerichtet weren/ daß alßdann auch nicht viel davan zu halten ſtünde/ wann ſie aber ſonderlich zu deß gemeinen Vaterlands Heil vnd Wolſtandt (welches man dann von deinem Ampt mit Warheit vnd Ehren wol ſagen mag) dienſtlich weren/ alßdañ ſolte man viel vnd hoch davon halten/ vnd ſich in demſelbigen keiner Mühe vnnd Arbeit verdrieſſen laſſen. Derhalben dieweil du in derſelben deiner Schul/ ſo ein groſſes anſehen erlanget haſt/ darzu ſchier keiner für deiner zeit gekomen iſt/ ſo ſihe ja in allem was du ſagſt vnd thuſt wol zu/ was vnd wieviel in ſolchem deinem Ehrenſtand/ vnd ſo nothwendigen Ampte erfordert werde. Nemlich daß du für alle/ die deiner diſciplin vnterworffen ſein/ trewlich ſorgeſt/ allen vnrath/ die Schulſachen belangend/ zeitlich begegneſt/ der gantzẽ Schul Heil 3 vnnd Wolfart beförderſt/ daß du alſo für einen

Vatter

Vatter derſelbigen Schul/nicht allein von månniglich gerühmet vnnd gehalten/ ſondern auch in Warheit/ ein Vatter derſelbigen ſeyn vnnd bleiben mögeſt. Vale.

CVm ſcire ex me cupias, quem finem bonus & fidus præceptor in inſtitutione iuventutis ſuæ fidei commiſſæ, totoque adeò regimine ſcholaſtico ſibi propoſitum habere debeat; paucis, quid ea de re ſentiam tibi reſpondeo. Ac mihi quidem penitius hanc rem conſideranti videntur huc omnia referenda ab iis, qui docent & inſtituunt iuventutem, ut ii, qui erunt in eorum diſciplina, fiant quam eruditiſſimi, & quam optimè morati, quod tibi quoque, & eſſe antiquiſſimum, & ab initio fuiſſe, ut primum ſcholam illam attigiſti, conſtant e non ſolum diſcipulorum tuorum fama, verum etiam civium veſtrorum ſermone celebratur.

Eſt autem non modo eius qui ingenuis pueris & adoleſcentibus, ſed etiam eius qui bobus, equis, ovibus, aut quibuſcunque aliis brutis & mutis pecudibus præſit commodis utilitatique conſulere & ſervire. Cuius quidem generis prædicari inter omnes audio, ſummam abs te adhiberi diligentiam. Nullum ludimagiſtrum aut hypodidaſculum indoctum in ſcholam admitti, prioribus autem barbaris & parum idoneis pueritiæ magiſtris & pædagogis ſcholam illam paulatim à te eſſe liberatam: tuis commendationibus nemini

obtrudi indignos aut non ſatis idoneos, pueros & adoleſcentes complures miſerè præſertim in Grammaticis antea neglectos, ſub tua diſciplina feliciter iam proficere. Nullos audiri in ſchola ſtrepitus, nullam confuſionem, provideri abs te ut ſingulæ claſſes à ſingulis præceptoribus bono ordine & modo erudiantur, & lectiones propoſitæ accuratè repetantur. Sublatam nimiam licentiam, tumultus ſcholaſticorum nocturnos in plateis repreſſos, tranquillitatem & εὐταξίαν tota ſchola conſtitutam. Neq; ſolum priorem illum in proceſſionibus funebribus, verum etiam in templis ſub ſacris concionibus uſitatam petulantiam eſſe compreſſam. Remotam à pueris & adoleſcentibus ingenuis acerbiſſimam illam ſine gravi cauſa quoslibet etiam innocentes virgis ad ſanguinem uſq; cædendi licentiam. Mulctas & pœnas delinquentium ab omnibus qui eiuſdem claſſis membra ſunt tolerari æquabiliter. Tam præceptoribus quam diſcipulis facilimos ad te aditus eſſe: patere aures tuas petitionibus & querelis omnium: nullius pueri infantiam aut egeſtatem non modo illo communi acceſſu in ſchola, ſed ne domo quidē & muſæo eſſe excluſam tuo: tota denique in gubernatione hac tua ſcholaſtica nihil auſterum, nihil tetricum, nihil plagoſum eſſe, verum omnia plena humanitatis, comitatis, clementiæ, ſed eius tamen cum decenti gravitate coniunctæ. Quantum vero illud eſt beneficium tuum quod iniquo & gravi onere pædagogorū in doctorum, aliorumque profugorum & inuti-

liū

ſium errorum, licet non ſine ſimultate aliqua, multos tenuioris fortunæ patres familias liberaſti. Etenim ſi unus civis fortunatus gloriatur palam, tu quod effeceris, ut non cuilibet ſine diſcrimine ad pædagogias & hoſpitia commodiora aditus pateret, ultra quinquaginta coronatorum aureorum acceſſione rem ſuam familiarem auxiſſe: quanta tandem pecunia impenderetur, ſi omnibus hinc inde confluentibus (quod multi ita fieri poſſe optant) de hoſpitiis & victu gratuito fuiſſet providendum. Quanquam huiuſmodi advenarum querelas illo conſilio audio te oppreſſiſſe, quod apud vos, neſcio quonam modo, apud nos certè non mediocri cum commendatione laudatur. Quod ſcilicet iis amanter indicaris, quam multis ex ſcholaſticis tuis explorata iam & perſpecta eruditione & probitate præditis, & à viris inſuper doctis & amicis accuratè tibi commendatis, quibuſque hac in parte etiam auxilium & patrociniũ tuum ultro promiſiſſes: tamen de hoſpitiis & menſis gratuitis proſpicere nondum potueris. Æquiore igitur animo repulſam & moram hanc ferendam eſſe iis, qui nulla virorum fide dignorum teſtimonia, aut commendationes attulerint, qui fidem & induſtriam ſuam ſcholæ nondum probaverint: quibuſque nihil adhuc in hoc genere promiſſum ſit aut debeatur. Quapropter incumbe toto animo, & ſtudio omni in eam rationem, qua adhuc uſus es, ut eos quos tuæ fidei vel reſpub. vel parentes vel tutores quoq; commiſerunt & crediderunt, pa-

paterno amore diligas, & omni ratione tueare, ut eſſe quam doctiſſimos & moratiſſimos, imprimiſque adeò Dei timentes velis. Quod ſi te Deus Pannonum, Sarmatarum, Lithuanorum, Suecorum aut Scotorum quoque iuventuti præfeciſſet: tamen eſſet fidei & bonitatis tuę conſulere eorum ingeniis & moribus, & profectui ac eruditioni eorundem ſervire.

Cum vero iis in locis hoc officium adminiſtres, non modo in quibus ipſa hodie floreant, ſed etiam è quibus ad alios perveniſſe putentur ſtudia doctrinarum & virtutum liberalia: certè iis ea potiſſimum retribuere debemus, à quorum maioribus nos ea accepimus. Non enim te, ut ſpero, hoc fateri pudebit, (præſertim in hoc vitæ genere, eaq; eruditione & doctrina in quib. non poteſt reſidere ignaviæ aut vanitatis ulla ſuſpicio) te ea quæ conſecutus es, iis ſtudiis & artibus eſſe adeptum, quæ ſint tibi ſcholarum illius loci diſciplina & inſtitutione à pueritia tradita. Quare præter communem, quæ omnibus debetur, fidem, præterea tu tuæ illi reipub. & ſcholæ debere videris, ut cuius præceptis es eruditus, apud eam ipſam quod in ea olim didiceris, denuo velis exprimere. Multi certè principes doctrinæ & eloquentiæ viri tum denique fore beatas reſpub. putarunt, ſi aut parentes ipſi liberos ſuos recte & commodè inſtituere cœpiſſent, aut qui ei muneri præfecti eſſent magiſtri, omne ſuum ſtudi-

ſtudium in recta & commoda inſtituendi ratione addiſcenda & uſurpanda collocaſſent. Hanc coniunctionem videlicet rectitudinis & commoditatis in educatione iuventutis ſaluti cenſuere civitatibus & regionibus eſſe poſſe. Quod fortaſſe alias quoque aliis rebuſpub. nunc quidem profectò iſti veſtræ ſcholæ contigit, ut is in ea ſupremam inſpectionem haberet, cui in recta & commoda inſtitutionis ratione cognoſcenda, plurimum à pueritia ſtudii fuiſſet & temporis. Quare cura ut hoc officium quod tibi iſtic iniunctum eſt idem ad ſalutem reipub. ſcholæ & eccleſiæ tibi iniunctum videatur. Et quoniam in te evocando Civitas veſtra fuit felicior, quam patria tua in te retinendo, perfice ut utilitatis publicæ conſideratione deſiderium patriæ leniatur.

Etenim ſi in promerendo, ut iſti tam neceſſario muneri præficerere fuiſti tam diligens, quanto maiorem in eo tuendo adhibere diligentiam debes? Equidem de aliis vivendi conditionibus quid ſentirem alias ad te ſcripſi. Semper eas putavi, ſi otioſæ eſſent, inutiles, ſi lucri tantum cauſa ederentur; vileis; ſi vero (id quod de tuo vitæ genere verè dici poteſt) utilitatem totius reipub. ſpectarent, exiſtimabam multam tibi in iis tuendis & honeſtandis operam eſſe ponendam. Quare cum in iſta ſchola tanta exiſtimatio & auctoritas tibi contigerit, quanta haud ſcio an nemini, in

omnibus rebus quas dices & ages, quid tantis hominum opinionibus, tam præclaris de te iudiciis, tam arduo denique & unicè neceſſario officio debeas, ſeriò cogitabis. Id autem erit eiuſmodi, ut proſpicias omnibus tuæ fidei commiſſis, ut rei ſcholaſticæ incommodis medeare eiuſque provideas ſaluti, vel te parentem ſcholæ illius & dici, & haberi, & revera etiam parens eiuſdem eſſe velis. Vale.

Ex eadem huius Epiſtolæ parte hoc quoque exercitium deſumi poſſet, agens de officio magiſtratus potiſſimum.

DJeweil eines trewen vñ guten Hirten Ampt iſt/ daß er auch deß vnvernüfftigen Viehes zum aller fleiſſigſten warte/ vnd alle ſein thun vnd Gedancken dahin richte/ daß daſſelbige zum allerbequembſten vnd beſten verſorget ſein möge/ wie vielmehr ſol ein König/ Fürſt oder ſonſt eine Chriſtliche Obrigkeit/ die vber vernünfftige Menſchen/ vnd ſonderlich vber Chriſten ins Regiment von Gott geſetzt iſt/ bedacht ſeyn/ ſich auch zum fleiſſigſten dahin bearbeitē/ daß jre Vntrethanen beide an Leib vnnd Seel zum beſten verſorget/ vnd an keinem ding mangel haben mügen.

Der Seelen Speiß iſt das lautere reine Göttliche Wort/ welches ſie jhren Vnterthanen fleiſſig vnd vnverfelſchet fürtragen/ vnd alſo auch in dieſem zeitlichen vnnd jrrdiſchen Leben ſie zu jenem himliſchen vnd vnvergenglichen Leben ſollen vor-

bereit-

bereiten laſſen. Inſonderheit aber ſollen ſie ſich befleiſsigen / das jhre vnterthanen Gott im himmel ernſtlich furchten / vnd ſtets fur augen haben mugen. Dieweil die furcht Gottes ein Anfang vnd Vrſprung aller Weißheit vnd tugendt von dem allerweiſeſten König in der gantzen welt billich gerhümet wirdt. Wen derhalben die vnterthanẽ fur allen dingen Gott furchtẽ vnd fur augen haben / ſo werden ſie auch jhre / von Gott jhnen zugeordnetẽ Oberherren / in billichen wurden vnd ehren wol wiſſen zuhalten / vnd inen geburlichen gehorſam gern vnd willich leiſten. Was nun dieſes zeitliche leben angehet / ſoll die hohe Obrigkeit darnach trachten das vnter den vnterthanen beid in den Stedten vnnd auff dem land / guter fried vnd einigkeit erhalten / vnd alle todtſchleg / auffruhr vnd vneinigkeit moge verhutet vnd abgeſchaffet werden. Das auch mit den aller vernunfftigſten vnd verſtendigſten leutten der rathſtul möge beſetzet / vnd alle ſtraſſen ſtul vnd Kirchenreuberei mogen gehindert vnd geweret werden. Item ſo etwan alte ſchuld vorhanden weren / derer ſol man ſich zum erſten entledigen / vnd ſich darnach befleiſsigẽ / das kein newe ſchuld gemacht werde. Alte verfallene ſtedt vnd dorffer / Kirchen vnd ſchulen ſol man widerum erbawen zu dem auch nötige zol vnd tribut / nach eines iedẽ vermögen gleichformiger weiß auff ſetzen vnd einfordern / vnd mit nichten geſtaten das erliche wolhabẽde leut felſchlich angegeben vnd verleumdet / vnd alſo vnbillicher weiß vmb jhre ehr oder guter mogen gebracht werden. Es ſollen

auch einer fromen Obrigkeit beid thur vnd thoren eines ieden klage offen ſtehe/vnd keiner ſo arm vnd verlaſſen ſein/ den ſie nicht fur ſich komen vnd ſein anligend mit gedult fürbringẽ laſſe vnd dan auch mit geburlichen beſcheidt vnd antwort ihm begegnẽ. Etlichen ſol in der gantzen Regierung/ſonderlich was fromeleut angehet/kein vnfreundtligkeit/ Grawſamkeit oder Tyrannei geſpüret/ſonder alles auffs gnedigſte / gutigſte wolthetigſte zugehen vnd verrichtet werdenn. Die nun in dieſem hohen Ampt furnemlich hirnach trachten / die verdienen ſich vmb ihre vnterthanen gantz wol / vnd werden billich von Gott vnd Menſchen geliebet vnd gelobet. etc.

CVm fidi paſtoris ſit, etiam mutarum & brutarum pecudum, quibus præſit, ſetio curam agere, earumque commodis vtilitatiq; omni ſtudio & induſtria ſeruire: quãto magis reges, principes, & alii magiſtratus chriſtiani, qui hominibus ratione præditis, & præterea etiam Chriſtianis regendis & gubernandis præfecti ſunt, hoc agere, & in eo vnice elaborare debent, vt ſubditis ſuis ſecundum animam ſimul & corpus, quam optime ſit proſpectum, ita vt vtriuſq; horum ratione nihil magnopere queant deſiderare.

Pabulum animæ eſt purum & incorruptum verbum diuinum. Id vt ſine corruptelis populo ſuo fideliter proponatur & explanetur ſedulo curare pius magiſtratus debet, vt ita illi etiam in hac terrena & fugitiua, ad alteram illam cœleſtem & æternam vitam mature præparentur & ſolli-

ſollicitentur. Præcipue vero operam dare debent, vt poteſtati ſuæ ſubiecti ante omnia Deum timeant, & reuereantur. Cum timor Domini principium & origo omnis veræ & ſalutaris ſapientiæ ac virtutis à rege omnium regum toto terrarum orbe longe ſapientiſſimo celebretur. Si enim ſubditi ante omnia Deum metuant & reuereantur, magiſtratibus quoque diuinitus ſibi propoſitis debitum honorem, obſeruantiam ſubiectionem, & obedientiam lubentes præſtare non recuſabunt. Quantum vero iam ad hanc mortalem & politicam vitam ſpectat; curare debet magiſtratus, vt inter ſubditos tam ciuitatum quam pagorum incolas pax, & concordia conſtituantur & conſeruentur, vt omnia homicidia, ſeditiones, diſcordiæ quam primum reprimantur: vt optimorum quorumque prudentiſſimorumque virorum conſiliis ciuitates adminiſtrentur: vt viæ publicæ latrociniis, oppida furtis, & vſuris nimiis, templa & fana ſacrilegiis; reſpublicæ vetere magno & graui ære alieno liberentur, ita quidem vt nullum illis nouum contrahatur. Præterea videndum vt oppida, pagi, ſcholæ & templa diruta ac partim deſerta reparentur & recreentur. Vt tributa & vectigalia neceſſaria pro cuiuſque viribus æquabiliter deſcribantur & tolerentur, vt à fama, fortunis, & otio locupletũ remota ſit acerbiſſima delatorum & ſycophantarum auaritiæ miniſtra calumnia. Fores quoque & aures boni magiſtratus patere

debent querelis omnium. Nullius inopia aut ſolitudo, non modo illo populari acceſſu ac tribunali, ſed ne domo quidem & cubiculo eius debet eſſe excluſa. Licitum ſit cuique quoties velit ſuam cauſam dicere, & quam velit diu, atque eo facto reſponſum quoque à magiſtratu multis condimentis humanitatis temperatum expectare. In tota denique gubernatione (præſertim quantum ad bonos ſpectat) nihil ſit inhumanum, nihil ſæuum, nihil tyrannicum, ſed omnia plena humanitatis, clementiæ, bonitatis. Qui igitur in [illegible] ſuo ad hunc finem omnia diligũt, illi [illegible] de ciuibus ſuis merentur, & Deo ac hom[illegible] riſſimi, omnique adeo laude dign[illegible] hibentur.

SEPTIMVM PRÆCEPTVM.

VT ITA RATIONES SVAS INſtituat quo & publicanis ſatisfaciat, & ſocios populi Romani, ſuos in minori Aſiæ ſubditos perire non ſinat, ſed concordiæ inter vtroſque conſeruandæ ſtudeat.

Eivs initivm est. pag. 20. ibi. Atqvi huic tuæ voluntati. finis pag. 23. ibi:

At ea quidem.

IN principii autem & fine huius partis difficultatem huius pacificationis exaggerat & amplificat

ficat eiuſque cauſas exponit: deinde docet, quibus modis ea difficultas tolli poſſit. Cauſæ difficultatis hæ ſunt. . Quia difficile & prope impoſſibile eſt, eos qui ingeniis, ſtudiis, commodis, vtilitatibus, ipſa deniq; natura (vt lupi & oues) ſunt diuerſi, voluntatib. & amicitia coniũgere. Iis autem modis diuerſi ſunt publicani & prouinciales. Ergo difficulter volũtatib. inter ſe coniũguntur.

II. Neceſſe habeat Q. Cicero vel aduerſari publicanis, vel iis in omnibus rebus obſequi. Aduerſari, periculoſum erat, quiá erant homines eiuſdem cum Ciceronib. ordinis equeſtris: erant optime de M. Cicerone & ipſa repub. meriti, in opprimendo Catilina: atq; ita fieri poterat vt hoc modo offenſi ab ipſa quoq; repub. ſeiungerentur: forte etiam publica nimis magno conduxerant. Obſequi iisdem in rebus omnibus erat non ſolum turpe, & officio boni magiſtratus contrarium, verum etiam ipſis prouincialibus, quorum ſalus præſidi prouinciæ curæ eſſe debet, extreme detrimentoſum.

III. Quæ hactenus præcepta ſunt videntur eſſe facilia, vtpote non in labore aliquo poſita, ſed in quadam inductione animi & voluntate, iſta autem pacificatio non ſolum magnum laborem, verum ſingularem quoque flagitat induſtriam.

IV. Nuper admodum quærelæ Romam erant delatæ à ſociis & ciuibus, non tam de portoriis, quam de portitorum quorundam iniuriis, vt omnino caute in his rebus eſſet agendum.

RATIONES QVIBVS PVTAT Græcos exactionibus publicanorum obnoxios aliquo modo leniri poſſe, quinque ſunt.

REDIGERE eis in memoriam iubet, quod non nunc primum ſub Romanis, ſed iam olim ſub regibus Aſiæ vectigales fuerint, & quod Græci illi vectigalium exactores nihilo Romanorum publicanis fuerint mitiores. Eſtque argumentum ſumptum ab adiunctis, ſeu notatione temporis præteriti. Qui ab vltima hominum memoria ſemper vectigales fuerunt, iam nihil noui debent aut poſſunt expetere. Aſiatici etiam ſuis inſtitutis, & ſub ſuis regibus ſemper vectigales fuere. Ergo iam etiam moleſte ferre non debent, quod Romanis ſiat vectigales.

II. A cauſa ſine qua non. Qui ſine publicanis vectigalia ſua colligere non poſſunt, ii nomen publicanorum aſpernari non debent. Aſiatici ſine publicanis vectigalia ſua colligere nec olim potuerunt, nec iam poſſunt. Ergo Aſiatici nomen publicanorum aſpernari non debent. Minorem probat ex hiſtoria temporum Syllæ cuius decreto permiſſum fuit ciuitatibus Aſiæ, vt ipſæ vectigalia ſua colligerent, quod tamen illæ ſine publicanis facere non potuerunt. Ineſt huic membro amplificatio à minori. Qui vectigal æqualiter deſcriptum ſine publicano exigere non potuerunt, multo minus ſine publicano id facient hac æqualitate ſublata.

III. A cõparatis, Græci & Aſiatici vectigalium exacto-

exactores non ſunt mitiores, publicanis Romanis. Ergo de publicanorum Romanorum in vectigalibus exigēdis iniquitate querelam aliquam præcipuam inſtituere Aſiatici, iure non poſſunt. Antecedens probatur teſtimonio & querelis Cauniorum & aliorum Inſulanorum, qui per legates Romæ in ſenatu quæſti ſunt de ſuis illis exactoribus nimium duris, petiueruntque vt in poſterum Romanis potius publicanis quam Rhodiis vectigalia pendere ſibi liceret.

IV. Itidem à comparatis. Si Aſiatici nō eſſent ſub tutela imperii Romani; non ſolum bellis externis, verum domeſticis quoq; diſcordiis & turbis affligerentur perpetuo. Ergo nequaquam graue illis eſſe debet, ſi parte aliqua fructuum ſuorum, pacem ſibi redimant & ocium. Facilior enim eſt iactura pecuniæ, quam pacis. Et ſine huiuſmodi pecuniarum & vectigalium collatione imperium Romanum retineri nō poteſt. Maioris igitur vtilitatis & commodi gratia, minor aliqua iactura æquo animo eſt ferenda.

V. A cauſis adiuuantibus. Quæcunque prudentia, conſilio, humanitate, & precibus amicis mitiora fieri poſſunt, illa tanquam nimis difficilia vel impoſſibilia non ſunt intermittēda. Contentiones autē inter publicanos & prouinciales ortæ, iis, quas iam dixi, rebus mitigari poſſunt. Ergo de hac ipſa reconciliatione non plane eſt deſperandum. Minor probátur, enumeratione aliquot cauſarum adiuuantium, quarum prima ad Aſiaticos ipſos pertinet, ſi videlicet ii non iniquo

animo ſuſtinuerint genus ipſum & nomē publicanorum. Secunda ad ipſos pertinet publicanos, ſi ſcilicet ii in pactionibus faciendis non tam rigorem legis cenſorię, & locationem ipſam, quam æquitatem & commoditatem conficiendi negotii & liberationem moleſtiæ ſpectent. Tertia ad Q. Fratrem, ſi nimirum remoto imperio, non ſine amicis precibus Aſiaticis explicet, quanta in in publicanis, vtpote equitibus Romanis, ſit dignitas: quantum familia Ciceronum huic ordini debeat, & quantopere eam neceſſitudinem conſeruare cupiant inuiolatam. Quod omnino fieri non poſſit, niſi aliquid hac in parte ipſis indulgeatur. Et quidē quod hic fratri ſuadet, id ipſe in Cilicia ad rem contulit Cicero: qui ita ex prouincia ad Atticum alicubi ſcribit. De publicanis quid agam videris quærere. Habeo in deliciis, obſequor, verbis laudo, orno, efficio ne cui moleſti ſint, & quæ ibidem ſequuntur,

VERBORVM DECLAratio.

Huic tuæ voluntati] qua parens Aſiæ dici vis & haberi.

Ordinem] equeſtrem: conſtantem fere ſocietatibus publicanorum.

De nobis optime meritum] Cum alias ſæpe, tum imprimis Nonis illis Decembribus, cum in defenſionem meæ ſalutis ad cliuum Capitolinum: contra Catilinam in armis fuerunt.

Et per

Et per nos cum Repub. coniunctum] De quo vide ep. xv. lib. I. ad Atticũ, & in ea potiſſimum hæc verba. Nos hic in repub. infirma, miſera commutabiliq; verſamur. Credo enim te audiſſe, noſtros equites pæne à ſenatu eſſe diſiũctos, qui primum illud valde grauiter tulerunt, promulgatum ex S.C. fuiſſe, vt de iis, qui ob iudicandum pecuniam accepiſſent, quæreretur: qua in re decernenda, cum ego caſu non affuiſſem, ſenſiſſemq; id equeſtrem ordinem ferre moleſte, neque aperte dicere; ſumma cum auctoritate; & in cauſa non verecunda, admodum grauis & copioſus fui. Ecce aliæ delitiæ equitum, vix ferendæ, quas ego non ſolum tuli, ſed etiam ornaui. Aſiani, qui de cenſoribus conduxerant, queſti ſunt in ſenatu, ſe, cupiditate prolapſos, nimium magno conduxiſſe; vt induceretur locatio, poſtulauerunt: ego princeps in adiutoribus atq; adeo ſecundus, nam vt illi auderent hoc poſtulare, Craſſus eos impulit. inuidioſa res, turpis poſtulatio, & confeſſio temeritatis, ſummum erat periculum, ne, ſi nihil impetraſſent, plane alienarentur à Senatu. huic quoque rei ſubuentum eſt maxime à nobis; perfectumq; vt frequentiſſimo vterentur; multaque à me de ordinum dignitate & concordia dicta ſunt Kalendis Dec. & poſtridie, neque adhuc res confecta eſt, ſed voluntas ſenatus perſpecta. Vnus enim contradixerat Metellus conſul deſignatus, diu erat dicturus, ad quem propter diei breuitatem peruentum non eſt, heros ille noſter Cato. Hæc ibi Cicero. Cato autem ærarii defenſor e-

rat

rat longe acerrimus, nec quidquam publicanis hac in parte remitti volebat, etiam cum periculo reipub. Gloriatur de eodem ſuo iuſtituto Cicero in oratione in L. Piſonẽ, Cum ita, inquit eſt à me conſulatus peractus, vt nihil ſiue cõſilio ſenatus, nihil non approbãte pop Rom. egerim, vt ſemper in roſtris curiam, in ſenatu populum defenderim, & multitudinem cum principibus, equeſtrem ordinem cum ſenatu coniunxerim. Imprimis autem hoc facit Oratione quarta in Catilinam cum, Quid ego, inquit, equites Romanos cõmemorẽ? qui vobis ita ſumma ordinis cõſiliiq; concedũt, vt vobiſcum de amore reipub. certent, quos ex multorum annorum diſſenſione ad huius ordinis ſocietatẽ cõcordiamq; reuocatos hodiernus dies vobiſcũ atq; hæc cauſa cõiũgit: quam coniunctionẽ ſi in conſulatu confirmatam meo, perpetuam in repub. tenuerimus, confirmo vobis nullum poſthac malum ciuile ac domeſticum ad vllam reipub. partem eſſe venturam.

Et à nobis] quod ipſorum lucris reſiſtamus, & impedimentum afferamus.

Et a repub.] Nemo enim erit, qui illam iam inſtitutam ſenatus cum equitibus coniunctionem tueri velit, aut cum auctoritate poſſit, ſi inter nos & publicanos offenſiones exiſtant.

Diſiungemus] atque ideo minime cõuenit nos ei aduerſari.

Funditus eos perire] nimirum ſocios P. Ro. tuos in Aſia ſubditos iniuriis & rapinis publicano-

canorum expoſitos, quos ita funditus perire ratione officii pati non debemus. Præcipue autem hoc genus huic prouinciæ permoleſtum & graue fuiſſe, etiam patet ex Lucullo Plutarchi, vbi inter alia in hanc ſententiam ſcribitur. Non modo vrbes Bithyniæ, ſed vniuerſam Aſiam intolerabili veterique peſte euerterant Romani fæneratores & publicani. quos poſtea Lucullus, velut harpyas labores mortalium depaſcentes, eiecit. Tunc vero placide monendo conatus eſt rapacem eorum ingluuiem aliquantulum delinire, ſedauitque populorum motus, qui iam pæne omnes Romani fœnoris onere defecturi videbantur. Quanto autem ſatius & tutius ſit, ſuum potius ſubditis relinquere, quam ſupra modum eos deglubere non ignorauit Conſtantius Imp. de quo Eutropius refert, fuiſſe eum virum egregium, qui magis ſtuduerit augendis, cumulandiſq; priuatorum ac prouincialiū opibus, quam fiſci commodis cumq; dicere ſolitū. Melius publicas opes à priuatis teneri, quam intra vnū clauſtrum conſeruari & cuſtodiri. De hoc quoque illud narrat Euſebius, Diocletianum ei per legatos paupertatem exprobraſſe: ipſumque Conſtantium confeſtim convocaſſe locupletiores ditionis ſuæ ciues, quibus inopiæ ſuæ cauſam expoſuerit, quod maluiſſet ſubditorum benevolentiam, benignitate ſua collectā & conciliatā, quam eorū theſauros imperio ſeueriore extortos, poſſidere: nunc vero ſibi opus eſſe ipſorum ſtudio, gratitudine, opib. & fide. Hic illi, ſine cūctatione, lætis animis, hila-

hilarique vultu, ærarium eius auro & argento totum compleuerant: & amore erga Imp. clementiſſimum mirificè magnoq; ardore inter ſe certauerant. Conſtantius itaque cum legatis opes ſuas oſtentaſſet, Diocletiano renunciari iuſſerat quid vidiſſent, & qua ratione tantus theſaurus tamque ſubito collectus eſſet: ſubindicans principis ærarium tutiſſimum eſſe, ſubditorum animos beneuolos: & regi nunquam defuturos populi ſui theſauros, modo ei ſtudium, amor & fides ſubditorum non deſit. Imperator autem benigniſſimus poſt legatorum diſceſſum pecunias allatas ciuibus ſuis reſtituit: obſequio eorũ multis verbis humaniſſime collaudato.

Non modo ſaluti] vt viuant vtcunque ſani & incolumes.

Sed etiam commodis] vt commode & honeſte viuendi habeant facultatem ſine qua βίος eſt ἀβίωτος. Præſtat enim non viuere, quam miſere viuere. Ex his omnibus elici vult, nequaquam expedire, vt frater publicanis in omnibus obſequatur.

In toto imperio tuo difficultas] propter prouinciæ amplitudinem, & fructuum ac commerciorum multitudinem, & varietatem, quę duo velut inuitamentum & pabulum erant fœneratorum, negotiatorum & publicanorũ Romanorum, vt in Aſia potius quam alibi vellent negotiari.

Nam eſſe abſt.] Prudenter, vt in exhortationibus moris eſt, difficultatem, ſuperiorũ extenuat & obſcurat, imo parum aut nihil in iis, ſi modo velit, difficultatis eſſe arguit, idque per quan-

dam

dam fere omnium ſuperiorum capitum ἀνακεφαλαίωσιν.

Abſtinentem] per ſe.

Continere cupiditates] ſuas proprias. quod ante omnia faciendum magiſtratui ſupra monebat.

Suos] tam adminiſtros quam ſeruos.

In hominibus audiendis admittendisq́;] De hac φιλοπροσηγορία καὶ εὐπροσηγορία ſeu vt alibi vocat ſermonis facilitate, ſupra quoq; aliquid dictum eſt. Has enim humanitatis differentias ad Demonium conſtituit Iſocrates. Hanc quidem quatenus alios placide ſuſcipit, patienter audit, benigne reſpondet. Latine recte forte facilitatem dixeris. Illam vero quaten⁹ alios amice alloquitur, ſalutat, confabulatur, affatur: vnde Affabilitatem dixere, quamuis voces hæ nonnũquam confundantur. Verba Iſocratis hoc docentis ſunt, τῷ μὲν τρόπῳ γίνου φιλοπροσήγορος, τῷ δὲ λόγῳ εὐπροσήγορος. ἔστι δὲ φιλοπροσηγορίας μὲν τὸ προσφωνεῖν τοὺς ἀπαντῶντας, εὐπροσηγορίας δὲ τὸ τοῖς λόγοις αὐτοῖς οἰκείως ἐντυγχάνειν.

Non eſt poſitum in labore] ideoque non difficile.

Inductione animi & voluntate] ſi enim cũ quadam προθυμίᾳ ſeu prolubio voles, & hoc faciẽdum tibi eſſe certo ſtatues; facilime poteris. Eſt autem in his verbis periphraſis προαιρέσεως, quæ eſt firma quædam animi inductio, & conſtans ac perpetua voluntas aliquid agendi. Cicero 2. Tuſcul: Cedit profecto virtuti dolor, & animi inductione langueſcit. In omni autem ſtudio virtutis,

doctrinæ,& morum, huiuſcemodi animi inductio neceſſaria eſt, ſine qua nihil præclari effici poteſt. Quiſnam enim inuitum ſeruare potis ſit?

Cauſa publicanorum] τὰ σκληρὰ dicit μαλθακῶς: Intelligit enim auaritiam, iniurias, violentiam & rapinas publicanorum.

Intelleximus ex ciuibus] Argumentatio à minori. Si ciues, minus portitorum iniuriis expoſiti, tamen quæruntur de iniuriis portitorum in ipſa Italia; quanto magis querentur ſocii & vectigales in diſſitis prouinciis, magis huiusmodi rapinis obnoxii?

In portoriis] Portorium Græcis ἐλλιμένιον dicitur, quod in portu pro mercibus, vel exportandis vel importãdis ſoluitur. Alias portoria etiã Græcis ſunt τέλη. Meminit etiam Cicero 2. lib. ad Att. Ep: 16. Portorii circumuectionis, ſeu vectigalis pro rebus quæ circumuehebantur: quod cum publicani Aſiatici ſibi dicerent deberi; prouinciales autẽ & negotiatores idipſum negarent, Q. Cicero rem totam ad ſenatum Rom. reiecerat.

Portoriis Italiæ] quæ Cæſar poſtea ideo ſuſtulit, vt ab Italis gratiam iniret, & viam ſibi ad imperium muniret, de quo Cic. ad Atticum lib. 2. Ep. 16. agit his verbis. Portoriis Italiæ ſublatis, agro Campano diuiſo, quod vectigal ſupereſt domeſticum præter viceſimam? Q. autem Metellus legem tulerat, vt omnia vectigalia tollerentur.

Non tam de portorio] tã illa pecunia conſtante.

Inui-

Iniuriis portitorum] Publicanus, teſte Aſconio n diuinat, in genere eſt, qui vectigalia publica, & ributa ſui quæſtus cauſa conducit τελώνης. qui ſi t ſupra prolixius dixi, decumas quæſtus ſui cauſa edimit; Decumanus vocatur. Si portũ; portitor; i paſcua publica; pecuarius. Alias portitor quoq; ector ſeu lintrarius eſt, qui homines ex vna flu- iinis ripa, aut maris littore traiicit in alteram: ræcis πορθμεῦς, Germã. Ein Fehrmeiſter/ 6. Aen. rtitor ille Charon. & Ouid. *delapſæ portitor Ielles*. Donato etiam portitor eſt Limenarcha, u λιμενοφύλαξ, qui portum aliquem celebrem ob- ruat, vnde frequens ad exteras nationes traie- us eſt.

Iniuriis] Eandem querelam poſtea ſub Nero- einualuiſſe teſtatur Tacitus Annalium lib. 13. m ait, Eodem anno crebris populi flagitatio- bus immodeſtiam publicanorum arguentis; ıbitauit Nero, an cuncta vectigalia omitti iu- rêt, idque pulcherrimum donum generi mor- ium daret. Sed impetum eius, multum prius ıdata magnitudine animi, attenuere ſenatores, ſolutionem imperii docendo, ſi fructus quib: ſpub. ſuſtineretur, diminuerentur: quippe ſu- ıtis portoriis, ſequens vt tributorum abolitio poſtularetur. Hæc ibi Tacitus: è quibus liquet, n nouam huic generi fuiſſe immodeſtiam & portunitatem, quam nunc quoque iter facien- in teloniis, portubus, & traiectibus in eo fere ique experiuntur.

Quid ſociis] A minori: Si Ciues Romani con-

quæruntur; quãto magis ſocii? Ciues enim & ſocios hic opponit.

In vltimis terris] tanto interuallo ab vrbe diſtantibus, vt ſenatus populiq; Romani auxilium implorare ita cõmode non poſſint: idem à minori. Si in ipſa Italia, ipſiusque adeo vrbis conſpectu querelæ huiuſcemodi audiuntur; quid fiet in remotiſſimis terris? Terent. Phorm. Non hoc publicitus ſcelus hinc deportarier in ſolas terras.

Hic te ita verſari] ſupra, ita te adhibere.

Publicanis ſatisfacias]. Ne iuſte de te conqueri poſſint.

Præſertim publicis male redemtis] ita vt cenſoribus plus ſe numeraturos promiſerint, quam ex tributis & vectigalibus Aſiæ publicis colligi poſſet. quæ querela qualis fuerit, patet ex loco epiſtolæ ad Atticum, quem adſcripſi paulo ante ad illud. *Per nos enim repub. coniunctum.* Male redimere eſt, cum ſuo damno & iactura aliquid redimere. Quemadmodũ alias in genere redimere eſt certa mercede pacta, opus aliquod ſuſcipere perficiendũ. Sicuti hi publicani certum ſummam pecuniæ ærario Romano ſe numeraturos pollicebantur, & interim collectionẽ vectigaliũ & portoriorũ Aſiæ in ſe recipiebãt. Hinc redemptores alibi apud Ciceronẽ & Horatium iidem ſunt, qui alias conductores vocantur, qui videlicet certam à locatore mercedem pacti opus aut ædificium aliquod ſuſcipiunt perficiendum. Cic. 2. de Diuin. Redemptor qui colũnam illam de Cotta & Torqua-

Torquato conduxerat faciendum. Horat od. 1. lib. 2.

Contracta piſces æquora ſentiunt
Iactis in altum molibus, huc frequens
Cæmenta demittit redemptor
Cum famulis &c. Eſt igitur publicis male redemptis, i. e. nimis magno conductis: ita ut neceſſario plus exigere cogantur publicani, & propterea moderationis & juſticiæ tuæ impatientes ſint. Aliquid etiam lucis huic loco affert illud Horat. epiſt. 1. lib. 1. Pars hominum geſtit conducere publica. ubi ſocietates publicanorum, ſeu equitum Romanorum ſubintelligit.

Socios perire] ſub exactionibus & expilationibus publicanorum, ſub quibus ipſis, niſi tu provideres, funditus eſſet pereundum, quod ſalvo officio permittere non potes.

Divinæ virtutis i. tuæ] Brevis, & quaſi ex abrupto inſperſa laudatio amaritudinem admonitionis, quod ſubinde in hac epiſt. facit, mitigans.

Quod acerbiſſimum eſt) præter enim conſueta vectigalia, extraordinariis quoque maximè tempore belli, exactionib. erant obnoxii: & interim à tractatione armorum, & petitione honorum prorſus arcebantur miſeri iſti vectigales. Alias acerbi dicuntur fructus nondum mites & maturi. Sic in Catone majore. uva primum guſtu acerba eſt: maturata verò dulceſcit.

Vectigales] Vectigal propriè eſt, quod datur pro vectura, in itineribus: τέλος διαγωγικὸν Straboni: inde vectigales, qui ſolutioni huiuſcemodi-

tributi obnoxii ſunt. Hinc vectigales dicuntur, equi, agri, civitates, provinciæ, ſocii. Sicuti & pecunia vectigalis, quæ ex vectigalium reditibus provenit. Miſera autem conditio vectigalium etiam ex 4. lib. Cæſ. de bello Gallico perſpicitur, ubi, hos, inquit, cum Suevi multis ſæpe bellis experti, propter amplitudinem gravitatemque civitatis finibus expellere non potuiſſent; tamen vectigales ſibi fecerunt, ac multo humiliores infirmioresq; redegerunt. vectigales Germani vocant Zinßbar.

Sine Imperio Romano) antequam Romano imperio ſubjicerentur conſtituti adhuc ſub Antiocho & aliis regibus Aſiæ & Macedoniæ, quibus itidem vectigal numerare ſunt coacti. Ageſilaus ſanè de incolis Aſiæ jampridem dixerat, ἐλευθέρους μὲν κακοὺς εἶναι, δούλους δὲ ἀγαθούς.

Ipſi ita fuerunt] Id eſt, tales fuerunt, hoc eſt vectigales. Terent. Sic vita erat: pro talis vita erat. per antimeriam quam vocant. Iampridem autem Aſiam hujuſcemodi exactionibus obnoxiam fuiſſe, præter alia etiam teſtatur vox Antigoni prioris, cui nimis acriter pecunias exigenti cum quidam dixiſſet At talis non erat Alexander. Et meritò inquit: nam ille Aſiam demetebat, ego vero ſpicas lego: quorum neutrum ſine detrimento Aſiæ fieri potuit.

Nomen publican.] Et propterea ipſos quoque publicanos. Nam propter vitia perſonarum exoſarum, nomina quoque fiunt exoſa, ut Ro-

mæ regum, alibi tyrannorum, nec non latronum & uſurariorum.

Sine publicano] Fortè propter diſcordiam, ſeditiones, & omnium rerum ἀταξίαν, in qua ἀκούει οὐδεὶς οὐδένα. In hujuſcemodi enim exactionibus, auctoritate & potentia opus eſt, ut ſi πειθὼ nil proficiat, adhibeatur ἀνάγκη. Ita autem ſuperiorum annorum bellis jampridem exhauſtæ erant miſeræ illæ regiones, ut nihil eſſet infirmius, nihil egentius. Qua de re expreſsè, inquit, Juſtinus lib. 27. agens de temporibus Seleuci Callinici, qui annis circiter 180. ante hæc tempora vixit. Ea tempeſtate omnia bella in exitium Aſiæ gerebantur: uti quiſque eſſet, Aſiam velut prædam occupabat. Interea nemo defenſor Aſiæ inter tot prædones inveniebatur. Plutarchus quoque in Sertorio ait, Aſiam ſuperbia & avaritia publicanorum dudum vexatam eſſe. A publicanis autem [qui ſuo periculo vectigalia redimebant] negotium hoc adminiſtrantibus Reipubl. Romanæ de annuis ſuis reditibus ſtato tempore pendendis cautum erat, ita ut de iis dubitandi cauſam nullam haberet.

Non potuerint] Cum ſumma vectigalium nunquam eſſet integra; ſemper aliquibus vel tergiverſantibus, vel ad ſolutionem non ſatis acriter compulſis.

Quod iis æqualiter] ut ideo facilius ſolvi, exigi, & in unam ſummam colligi poſſe videretur, etiam ſine opera publicanorum. Id igitur cum per

ſe facere non potuerint; quo jure ægrè ferant, i
fieri à publicanis?

Deſcripſerat] vectigal deſcribere idẽ eſt, quo
græcis ἀπογράφεσθαι ἢ διανέμεσθαι, id eſt, definire vel i
capita diſtribuere. Sic Cic. 5. Verr. Bis ſeſquimo
dios pop. Rom. in capita deſcribere. außtheylen
Item 2. de legé agraria. Duodena deſcribit in ſin
gulos homines jugera. In hiſtoria Evangelica e
ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, ſcilicet deſcriptis o
mnium civitatum capitibus, obſervare, quæ cu
iuſque regionis, urbis, familiæ domus facultate
eſſent, & judicare quantum pro ſua parte quili
bet in uſus publicos contribuere deberent. Ge
mani forte dicerent, Ein Landt oder Amptreg
ſter machen.

Sylla] huius deſcriptionis plurib. verbis mem
nit M. Cicero in Orat. pro L. Flacco, his verb. I
quo igitur prætoris eſt diligentia requirenda? i
numero navium & in deſcriptione æquabili ſum
ptus? dimidium eius, quo Pompeius erat uſus
imperavit, num potuit parcius? deſcripſit autem
pecuniã ad Pompeii rationem, quæ fuit accom
modata L. Syllæ deſcriptioni; qui cum omne
Aſiæ civitates proportione in provincias deſcri
pſiſſet: [id conſtituiſſet quantum quæque Aſi
civitas populi Romani quotannis tributi nomi
ne penderet] illam rationem in imperando ſum
ptu & Pompeius & Flaccus ſecutus eſt. Plutarch
Lucullus teſtatur hanc deſcriptionem fuiſſe vi
ginti millium talentorum.

Caunii] In nono Metamorph. Ovidii fit men
ti

tio Mileti cujuſdam ex Creta in Aſiam profecti, cuius ex Cyane, filius fuit Caunus, filia Byblis, quæ amore inceſto fratris Cauni cum exarſiſſet, & voti compos fieri non poſſet, fratrem profugum inſequens, multas terras pervagata, tandem in Cariam venit, ibique aſſiduis lacrymis defatigata tandem in fontem delicuit, de quo ibidem Ovidius.

Sic lacrymis conſumpta ſuis Phœbeia Byblis
Vertitur in fontem, qui nunc quoque vallibus illis. Sicuti autem in finibus Cariæ & Ioniæ Miletus urbem condidit à ſuo nomine dictam; ita Caunus [Stephano teſte] in Caria urbem à ſuo nomine dictam condidit. Quo ibidem Ovidius reſpexit, canens, ***Patriam fugit ille, nefasquè, Inque peregrina ponis nova mœnia terra.*** Situm Cauni Mela lib. 3. his verbis indicat. Caunus ſecundum Calbin amnem, oppidum valetudine habitantium infame. Meminit & Plinius libro quinto, capite vigeſimo octavo, qui etiam libro trigeſimo quinto, capite decimo, Protogenem illum pictorem celebrem, patria Caunium fuiſſe aſſerit. Dionyſius eius inter inſulas Samum & Chium meminit. Qui plura requirit, videat Strabonem lib 14. ubi, Cum regio, inquit, valde felix ſit, omnes tamen confitentur urbem & æſtate & autumno gravem eſſe, propter æſtus ac pomorum copiam. Ibidemque de Stratonico Citharœdo tale quid commemoratur. Erat Stratonicus hic acumine & lepôre facetiarum inſignis. Is cum videret incolas Cauni viridi quo-

dam colore, qui morbidorum eſt, deformes eſſe; hoc verſu Homerico feſtiviſſime in eos detorto jocatus eſt:

Οἵηπερ φύλλων γενεή, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν. Iliad. 3.

Cum verò Caunii Citharœdum hunc accuſarent, quod urbem ſuam quaſi morbidam infamaret; Ego, inquit, eam morbidam dicere auſim, ubi etiam mortui ambulant?

Ex inſulis] in quas forte Caunii, propter patriam, colonias deduxere. Inſulæ autem Rhodiis & Cauniis vicinæ ſunt, vulgo Sporades appellatæ, in mari Carpathio.

Quæ erant à Sylla attributa) In deſcriptione; cuius paulo ante mentionem fecit.

Rhodiis] Rhodus inſula eſt in confinio maris Lycii & Carpathii. Inſulæ cognominis urbs eſt Rhodus, nomen habens à roſis: alias amœnitate cœli, ſplendore ædificiorum, bonitate ſoli, & ſtudiis quoque eloquentiæ olim celeberrima. Præclarè eam commendat Strabo, lib. 14. loci initium eſt. Rhodiorum urbs ſuper orientali promontorio ſita & portibus, & viis, & mœnibus & cætera fabrica tantum alias excellit, ut nullam ei æqualem, nedum præſtantiorem proferre valeamus &c. Ad amœnitatem Rhodi reſpexit Lucanus lib. 8. canens. Guidon inde fugit, claramque relinquit Sole Rhodon, magnosq; ſinus Telmeſſidos undæ. Eadem Rhodus patrum noſtrorum ætate à Solimano Turcarum Imp. capta eſt, anno Chriſti 1522. ipſo die natalis Chriſti, ante annos circiter 70.

Confu-

Confugerunt ad Senatum] Forte huc pertinet, quod Strabo libro jam citato ſcribit, Caunios ali quando à Rhodiis deſciviſſe, ſed, judicantibus Romanis, recuperatos eſſe.

Nobis ut potius) Quod indicio eſt, Græcos publicanos longè duriores eſſe in vectigalibus exigendis, quam noſtros Romanos.

Penderent] Solverent, numerarent.

Qui poſtulaverunt] Quaſi Cauniorum petitio reliquis quoq; provincialibus fuerit communis.

Aſia cogitet) Homines in Aſia. Synecdoche, continens pro contento.

Nullam à ſe neq; belli externi] ſub ſucceſſoribus n. Alexādri, Antigono & Antiocho omnia plena turbis fuerunt, tam in Græcia quam in Aſia. Regib. n. Aſiæ, Macedoniæ, Syriæ, Ægypti, & Epiri variè ſubinde inter ſe colliſis, ipſa quoq; Aſia tranquilla eſſe non potuit. Tandem anno urbis 585. qui fuit ante natum Chriſtum 167. ante huius E-
1 piſtolæ ſcriptæ tempora 110. poſtremo Macedoniæ rege Perſeo ab Æmilio Paulo Imp. Rom. capto, ipſaq; Macedonia in provinciam redacta, & Antiocho Epiphane ab armis & Ægypto per Popilium Lænatem legatum Rom. diſcedere juſſo;
2 regiones illæ, & in iis minor quoq; Aſia aliqua in parte ſub Rom. Imp. eſſe cœperunt: quo quotidie magis magisq; invaleſcente, urbes quoq; illæ & gentes Aſiæ minoris majori tranquillitate, & ſtabiliori ocio ac pace frui cœperunt: quamvis ex
3 actiones publicanorum & negotiatorum ne tum quidē ceſſarunt, quæ tamen bellis illis continuis ſuperiorum annorum longè erant tolerabilio-

res. Græciæ quoque ſub ea tempora aliqua libertas contigit, ſub T. Quinctio Flaminio [Livius Decad. quartæ, libro tertio:] donec tandem Antiochus à Romanis primo in Græcia, mox in Aſia victus, tota minori Aſia Tauro ſpoliatus eſt, ita ut ea deinceps tota cederet Romanis.

Neque domeſticarum diſcordiarum] Quibus ferè bella externa attrahuntur, propter factiones & libidinem vindictæ. Præterea dum in ſpacioſa & populoſa provincia, qualis erat Aſia, nullum certum caput eſt; omnia variè miſceri non eſt mirum, ut ita, quod Iuſtinus libro octavo, de civitatibus Græciæ dixit, de his quoque Aſiaticis aliquo modo dici potuerit: eas dum imperare ſingulæ cupiunt, imperium omnes perdidiſſe: quippe cum in mutuum exitium ſine modo ipſæ ruerent, omnibus pervias, quid ſingulæ amitterent non niſi oppreſſas ſenſiſſe. Hic enim effectus ferè & finis eſt domeſticarum diſcordiarum.

Calamitatem] Quæ in bellis civilib. longè adhuc gravior eſt, teſte Herodoto, in Vrania, *ϛάσις ἔμφυλος πολέμου ὁμοφρονέοντος τοσούτω κάκων ἐϛὶ, ὥσω πολέμος εἰρηνης.* Livius quoque bella inteſtina populis magis exitio eſſe ait, quam bella externa, quam famem morboſve, aut ſi quæ alia in Deorum iras, velut ultima publicorum malorum, vertuntur. Quidam etiam ex priſcis oratoribus Græcis dixit. Nemo eſt, qui non fateatur, tanto maximum omnium malorum eſſe bellum, quan-

quanto maximum omnium bonorum eſt pax. Quanto tamen optabilior pax eſt bello, tanto etiam tolerabilius ſeditione eſt bellum. In extremo enim bello, ſervandæ patriæ deſiderio; at in civili, ſemetipſos profligandi ſtudio, mortem oppetunt.

Imperio non teneretur] Imperium, definit Lipſius, certum ordinem in jubendo & parendo: cuius inquit, tanta vis eſt, ſive potius neceſſitas, ut hoc unum fulcrum ſit rerum humanarum. Sine Imperio enim (Cic. 3. de legib.) nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum univerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt. Contra, ut Sophocles ait: Antigona ἀναρχίας μεῖζον οὐκ ἔστι κακόν· αὕτη πόλεις ὄλλυσιν, ἥδ' ἀναστάτους οἴκους τίθησιν. &c. (eadem ut Plutarchus περὶ τοῦ ἀκούειν) χαλεπωτέρους δεσπότας ἐφίστησι τὰς ἐπιθυμίας. Eidemq; convenit quod Euripid. in Hecuba, de militum & nautarum anarchia pronunciat. ἐν μυρίῳ στρατεύματι ἀκόλαστος ὄχλος, ναυτική τ' ἀναρχία κρείσσον πυρός, κακὸς δ' ὁ μή τι δρῶν κακόν. Vnde patet Tyrannidem quoq; ipſam potiorem eſſe ἀναρχία.

Retineri ſine vectigalibus] Nam quod prima Olynthiaca Demoſthenes dixit, δεῖ δὴ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδέν ἐστι γενέσθαι τῶν δεόντων.

Et Mutianus apud Dionem in Veſpaſiano clamat, Νεῦρα τῆς ἡγεμονείας τὰ χρήματα εἶναι. Sicut enim medici negant ſine nervis homines ambulare poſſe; ita nec imperium uſquam progredi poteſt, ſine pecunia. Hæc motum, hæc animam

illi dat. Quando ut Ariſtot. 2. Ρητ. ait πάντα ὤνια τοῦ πλούτου.

Æquo animo] cum quadam ἐυγνωμοσύνη.

Parte aliqua] non maxima & alia caduca quæ cum pace & tranquillitate publica & ea quoque ſempiterna comparata nullius precii videri poſſit. Quis autem non particulam ſuorum bonorum in uſus publicos conferre malit, quam periclitari de toto? Pertinet huc proverb. vernaculum, Wer ſich haben wil/der mus ſich laſſen.

Vis huius ratiocinationis pendet ex axiomate hoc Ariſtotelis. Finis magis videtur expetendus, quam tendentia, aut deſtinata ad finem. Sic enim ratiocinatur, Qui finem alicuius rei expetit, expetere etiam debet ad eum finem deſtinata. Aſiatici expetunt finem imperii Romani id eſt, ut pax ſit, ergo deſtinata ad eum vectigalia, non debent recuſare.

Pacem & otium] quæ bona ſunt nullo plane precio æſtimabilia. *Pax optima rerum, Quas homini noviſſe datum eſt, pax una triumphis Innumeris potior.*

De otio hæc habet Cicero 2. Agraria. Quid tã populare quam otium? quid ita iucundum eſt, ut fortiſſimus quiſq; maximos labores ſuſcipiendos putet, ut aliquando in ocio eſſe poſſit?

Sempiternam] Nimis magnificè. quia Imperiũ Romanũ quãvis falſo fore putabat ſempiternũ.

Genus ipſum] huiuſcemodi contributionum neceſſariarum.

Nomen publicani] Sicuti populis liberis, & libertati aſſuetis nomen regis aut Tyranni prorſus

intolerabile eſt, donec paulatim ei aſſueſcant; ita iiſdem initio quoq; pergrave eſt nomen publicani, donec ſucceſſu temporis & hominibus, & rei ipſi, pedetentim aſſueſiant.

Reliqua] cum perſonis & officio publicanorũ coniuncta, nimirum vectigalium, portoriorũ, decimarum, & ſimilium actiones.

Poſſunt] ſocii & publicani.

In pactionibus faciendis] de quantitate vectigalium aut decumarum numerandarum.

Legem Cenſoriam] quæ qualis fuerit, patet ex Turneb. Adverſ. lib. 17 cap. 5. ubi hæc verba leguntur. Alia quædam erat in Aſia vectigaliũ colligendorũ ratio, quàm in aliis provinciis non enim Aſiæ certum erat impoſitum ſtipendiũ, ſed de fructib. certus exigebatur modus, ita pro anni copia aut inopia, uberius erat, aut anguſtius vectigal: ſolebantque Cenſores publicanis locare. Appian. lib. 5. οὐ πρὸς τὰ τιμήματα ὑμῖν ἐπεθήκαμεν, ὡς ἂν ἡμεῖς ἀκίνδυνον φόρον ἐκλέγοιμεν ἀλλὰ μέρη φέρειν τῶν ἑκάστοτε καρπῶν ἐπετάξαμεν ἵνα καὶ τῶν ἐναντίων κοινωνῶμεν ὑμῖν. Cicero in verrem. Cæteris aut impoſitum eſt vectigal certum, quod ſtipendiarium dicitur, ut Hiſpanis & pleriſq; Pœnorum, quaſi victoriæ præmiũ ac pœna belli: aut cenſoria locati conſtituta eſt, ut Aſię, lege Sempronia. Lex autẽ cenſoria, hic non eſt rogatio aut lex à pop. Rom. ſancita, ſed potius decretũ cenſorũ, aut deſcriptio & conditio in locatione vectigaliũ adhibita, qua cavebatur quib. ex reb. vectigal & queãdmodũ caperetur. Solebãt n. cẽſores Romę certis pa-

ctionibus vectigalia publicanis locare, adhibitis nonnullis ſenatoribus, & quidem in concione ad populum. Sed ita hoc ferè faciebant ut magis conſulerent provincialib. quam ipſis publicanis. Hic nonnunquam factum eſt, ut cupiditate prolapſi publicani nimium magno vectigalia provinciarum redimerent, & poſtea aut præter æquum illa exigerent à ſubditis, aut à cenſoribus peterent, ut locatio induceretur, atque hoc nomine tam apud Iudæos, quam apud alios provinciales male audiebant. Vult autem hic legem Cenſoriam non ſtricte obſervari. ſed potius cõmoditatem conficiendi negotii, & liberationem moleſtiæ vult ſpectari. Qualis fuerit hæc lex innuit Alphenus Iuris conſultus in l. in lege cenſoria, ff. de verb. ſignif. ubi, in lege, inquit, Cenſoria portus Siciliæ ita ſcriptum erat: Servos, quos domum quis duceret ſuo uſu, pro his portorium ne dato.

Sed potius commoditatem] Quod quomodo ipſe in ſua provincia Cilicia fecerit narrat Attico, Ep. 1. lib. 6. his verbis. De publicanis quid agam, videris quærere? habeo in deliciis, obſequor, verbis laudo, orno, efficio, ne cui moleſti ſint, τὸ παραδοξότατον, uſuras eorum, quas pactionibus adſcripſerat, ſervavit etiam Servilius. ego ſic diem ſtatuo ſatis laxam; quam ante ſi ſolverint, dico me centeſimas ducturum: ſi non ſolverint, ex pactione. itaq; & Græci ſolvunt tolerabili fœnore, & publicanis res eſt gratiſſima, ſi illa iam habent, pleno modio verborum honorem,

rem, invitationem crebram. quid plura? ſunt omnes ita mihi familiares, ut ſe quiſq; maximè putet. ſed tamen *μηδὲν ἀυτοῖς.*

Et liberationem moleſtiæ] Ne quotidianas ſuſtineant moleſtias, diu & fruſtra rixandò & contendendo, ſed ut quam citiſſimè liberentur. Daß ſie vor der mühe abkommen / vnnd ſich ſelbſt nicht zu lange vntereinander plagen. Id quod multo eſt gravius & intolerabilius, mediocri aliqua iactura pecuniæ. Quis enim non argento tantillo carere malit, quam cum hac multorum capitum bellua, quotidie ſine fructu confligere?

Quanta ſit in pub. dignitas] de ea ſupra quoq; aliquoties diximus ex ipſo Cicerone, qui equites Romanos ornamentum & firmamentum Reip. appellat.

Plurimũ enim profuerunt ærario Romano.

Quo etiam pertinent illa pro lege Manilia: ubi, inquit, Si vectigalia nervos reipub. eſſe ſemper duximus, eum certè ordinem, qui exercet illa, firmamentum cæterorum ordinum eſſe dicemus &c. Legimus etiam T. Aufidium, & P. Rutilium ex publicanis Romæ conſules eſſe factos.

Quantum nos illi ordini debeamus] optimè ſcilicet, ut ſupra dixit, de nobis merito, & cuius nos ipſi quoq; pars aliqua ſumus.

Remoto imperio ac vi] Magiſtratus perſona ac gravitate depoſita, & amici perſona aſſumta: quaſi hac in parte plus humanitate, quam imperio ſit profecturus. Duci enim hoc genus non cogi; flecti non frangi vult, amicè potius quam imperioſe agendo.

Vt potestatis & fascium] qua etiam cogere poſſes nolentes.

Gratia atq́ auctoritate] qua apud eos valebis, etiam perſona magiſtratus depoſita. quod M. Cicero egregiè fecit in Cilicia, ut patet ex loco paulo ante ex 6. Epiſtolarum ad Atticum adducto.

Qui tibi omnia debent] q. d. qui omnia ſua cõmoda, bona fortunas, ipſamq; adeò ſalutẽ ſuam tibi accepta referre debebant. Vtpote qui nullũ in provincia novum æs alienum civitatibus contraxeris: veteri multa liberaveris: urbes deſertas & dirutas recreans: ex oppidis suſtuleris ſeditiones & diſcordias; ex agris latrocinia & cædes: pacem denique tota provincia conſtitueris. quæ omnia in ſexta huius Epiſtolæ parte fuſius cõmemorantur. Similis in provinciam ſuam Quincti fratris beneficii meminit M. Cicero in oratione pro Flacco his verbis. At enim negas fratrẽ meũ, qui L. Flacco ſucceſſerit, pecuniam ullam in remiges imperaſſe. Equidẽ Q. Fratris mei laude delector: ſed aliis magis, gravioribus atq; maioribus, aluit quiddã, ſtatuit aliud, vidit, exiſtimavit, quocunq; tempore auditum quid eſſet de prædonib. quam vellet ſubitò ſe Claſſem cõparaturũ. deniq; hoc primus frater meus in Aſia fecit, ut hoc ſumptu remigum civitates levaret.

Hoc petas] tanquam debitum tuis meritis premium.

Facilitate ſua] aliquid de iure ſuo remittente, & tam erga publicanos, quam erga nos humanitatem quandam uſurpante.

Eum neceſſitudinem] Expreſſius, quam ſi tantum amicitiam dixiſſet. Capitur enim neceſſitudo pro vinculo quodam ab ipſa natura nobis iniecto, quod neceſſe eſt ſervare, niſi à natura velimus deficere. tale vinculũ eſt inter fratres, cognatos, affines, familiares, tribules, in quos, ut Feſtus ait, neceſſaria officia conferuntur.

Agere gratias] Signum conſequens prius accepti beneficii. Is enim gratias agit, qui iam beneficio affectus eſt.

Et maxime ſocietates] Publicanorum Aſiaticorum, qui ſocietate inita, collatis pecuniis vectigalia Aſię redemerunt.

Idcirco iucundius] utpote ſignum tuæ hac in parte prudentiæ & felicitatis.

Idem faciunt Græci] Quod indicio eſt Græcis & Publicanis aliquanto iam melius inter ſe convenire quam antea.

Difficile eſt] Imo quodammodo ἀδύνατον. Eoq; etiam laus tua maior erit ſi recte & commode in hac re gerenda fueris verſatus.

Quæ commodis utilitate] Ita ut alter ſine alterius incommodo & detrimento votorũ ſuorum compos fieri non poſſit quando quod huic commodum illi eſt incommodum: quod huic utile, illi inutile. Publicanis commodũ erat quamplurimum exigere; ſociis vero comparcere. Publicanorũ utilitas erat corradere, & accipere; Græcorum ſua tueri & conſervare. Eadem etiam hodie militum & ruſticorum, fœneratorum & debitorum ratio eſt.

Prope natura] ita ut huiꝰ vita & ſalus illiꝰ mors

ſit,& interitus: cum ſimul vivere & vigere non poſſintur; Lupus & ovis: Feles & mures: Vulpecula & gallina: Ignis & aqua. Sic publicanis quaſi naturale erat rapere; provincialibus retinere. Quocirca æque difficile videri poſſit, publicanũ cum provinciali, quam lupum cum agno, aut aquam cum igni, conciliare.

TRACTATIO SEV Collocatio.

Abſolvitur hæc membris quatuor: quorum primo oſtenditur pacificationis inter Græcos & publicanos difficultas, quæ ipſa facit ad προσοχὴν ſeu attentionem. alt ero continetur ipſum παράγγελμα ſeu præceptum. Tertio inſunt rationes præcepti iam pridem explicatæ. Quartum μετάνοιαν καὶ ἐπιθεραπείαν ſeu mitigationem & correctionem habet coniunctam cum laude & commendatione fratris, ne de ipſius virtute & prudentia dubitare videatur. Ineſt autem huic parti, primo exemplũ expoſitionis conſilii, in rebus difficilibus. In qua difficultas quidem rei, de qua quæritur, non planè neganda aut removenda eſt: ſed tamen ii rei illius commodæ gerendæ modi ſunt oſtendit, qui metum illum difficultatis aliquo modo leniant. Ita hic Cicero quæ aſperiora videbantur refellit ἀντικαταλλάξει ἀγαθῶν ſeu compenſatione bonorum: & μειώσει κακῶν ſeu extenuatione malorum, & συστάσει commendatione facta exemplis, & ἐπαριθμήσει τῶν τρόπων

enume-

enumeratione modorum, quibus τὸ χαλεπὸν, ſeu poti⁹ ἀδύνατον difficile aut impoſſibile fieri poſſit, ῥᾴδιον facile & expeditum.

Secundo loco obſervari hic debet exemplum ἐπανορθώσεως ſeu correctionis in προτροπῇ ſeu cohortatione adhibendæ. Vtitur enim μετανοίᾳ, ſeu liberius hactenus dictorum pœnitentia, & laudat fratrem quod ſua ſponte, ſine cuiusquam præceptis, ipſis etiam publicanis & provincialibus teſtibus, & fecerit hactenus, & etiamnum faciat ſuum hac in parte officium. Quæ ipſa ratio iis quoq; tenenda eſt, quibus vel cum potentibus vel etiam cum cerebroſis, & admonitionum impatientibus, negotium eſt.

RATIONES PRÆCEPTORVM ſeu Loci Communes.

1 De vectigalibus & tributis ſine quibus nulla Reſpub. poteſt conſiſtere, ſive viæ, muri, & alia ædificia publica ſint conſervanda aut reparanda, ſive agendæ excubiæ in regionum finibus ſive copię militares contra hoſtes alendę, ſive legationes ad exteros inſtituendę. Quibus omnib. cum ipſorum ſubditorum ſalus contineatur, hac in parte æquanimitatē & gratitudinē ſuam magiſtratui merito debent probare. Nec ſine cauſa Neroni reſtitit Senatus cum omnis generis vectigalia in imperio Rom. impedire conaretur.

2 De moderanda eorum, qui huiuſmodi cenſum agunt avaritia & rapinis, ne ultra modū

ſubditi graventur: qua de re extat Apophtegma Themiſtoclis, cenſum ab Andriis exigentis, & dicentis, duas ſe Deas ſecum adducere πειθὼ καὶ ἀνάγκην, innuens ſi ſuadendo non poſſet; vi & coactione ſe illis tributa erepturum. Cui illi reſponderunt, Penes ſe quoque eſſe duas magnas Deas, πενίαν καὶ ἀμηχανίαν, per quas non liceret ſibi petitioni illius annuere. Malè autem meſſis in agro exercetur ſterili. Et laudandus hac in parte eſt Alexander Magnus, cui cum conſiliarii ſuggererent, longè maiora vectigalia è civitatibus poſſe auferri reſpondit, καὶ κηπωρὸν μυσεῖν, τὸν ἐκ ῥιζῶν ἐκτέμνοντα τὰ λάχανα, id eſt, Odiſſe ſe olitorem qui ex ſtirpibus non folia & fructus defringeret, ſed eas radicitus exſcinderet. Nec ſine cauſa Traianus Imp. nimias exactiones improbans dicebat, Fiſcum eſſe Lienem, quòd eo creſcente reliqua corporis membra cõtabeſcerent. Sic M. Antonius Pius (teſte Capitolino) procuratores ſuos modeſte exigere iuſſit tributa, excedentes modum coercuit: nec unquã lætatus eſt lucro, quo provincialis oppreſſus eſt.

3 De patientia ſubditorum in tolerandis mediocribus vectigalibus, cum pax & tranquillitas publica quæ vectigalibus conſervatur res ſit plane inæſtimabilis. Et qui hac in parte nimis difficiles ſunt & moroſi, ii ferè eo ipſo in maiores ſe cõiiciunt difficultates: comprobante id narratiuncula hac Gilberti cognati. Conduxerat quidam portorium ad amnem, qua pons tranſitum præbebat, hac conditione, ut illac iter facientes ſinguli

guli de ſingulis corporis vitiis perſolverent nummum unum. Advenit quidã ſcabioſus & maculoſa facie ab eo petitur portorium nummi unius ut erat conſtitutum. Qui cum recuſaret pendere; accurrit portitor & pignoris loco detrahit viatori pileum, atque ibi apparet in calvitiæ alterum vitium alopeciæ. Ergo duos inquit iam nummos ſolves. Minime inquit viator, & luctari incipit. Cumq; proſterneretur à validiore altero, cõſpicitur etiam tecta veſte, hernia. Tres igitur inquit portitor iam nummos peto. Quos ille qui unum initio noluerat, tum numerare fuit coactus. Ita multi renitendo oneribus levibus, graviora ſibi ipſi attrahunt.

4 De neceſſaria magiſtratui clemẽtia & manſuetudine cum cõſilio prudentia & induſtria cõiuncta: quibus fit ut ſubditi non coacti, ſed libenter faciant officiũ: eaq́; quę nunquã aſperiora videntur, fiant leniora & tolerabiliora. Quod (ut hic Cicero cenſet) fit, ſi non omnia cum imperio, & vi poteſtatis ac faſcium agantur: ſed in loco etiam adhibeantur auctoritas, gratia, preces. Vis enim & inſignia imperii ac poteſtatis, terrent quidem, ſed non conciliant. Quicquid enim coactum & violentum eſt, id diuturnum & durabile eſſe nec ſolet neç poteſt. Contra moderata durant. Vbi tamen Cleomenis illud apud Plutarchum ſimul eſt obſervandum, cui cum civium quidam dixiſſet ὅτι τὸν ἀγαθὸν βασιλέα πάντη παντως πρᾷον ἐῖναι δεῖ, ὀυκουν, ἐφη, ἄχει τοῦ μὴ ἐυκαταφρόνητον ἐῖναι.

Et Alexander M. aiebat principem ſuis carum & ſimul venerandum eſſe debere.

5 Ingeniorum, morum, & voluntatum congruentia veram conciliat & tuetur amicitiam, cuius eſt eadem velle & nolle. Cum igitur publicani & provinciales ingeniis, morib. & voluntatib. differant, non mirum eſt pacificationem inter eos eſſe difficilem.

ΠΟΡΙΣΜΑΤΑ *ex contextu.*

1 Pluris in Repub. facienda eſt præcipuorum ordinum coniunctio, quam quævis commoda aut damna privatorum.

2 Grave eſt, disiunctionis auctorem eſſe inter eos, quos ipſe non ſine magno labore coniunxeris. Grave homines optime de nobis meritos oſtendere, & beneficiis coniunctos oſtenſionib. diſjungere.

3 Bonis nocet quiſquis pepercerit malis, ut hic. Qui obſequitur publicanis, peſſum ire ſinit ſubditos eorum rapinis obnoxios.

4 Magiſtratus boni eſt non modo ſaluti, ſed etiam commodis ſubditorum conſulere, tantum abeſt ut in eorum perniciem ultro debeat conſentire aut connivere.

5 Quæ non ſunt poſita in labore aliquo, ſed in quadam animi inductione & voluntate, præclara magis ſunt quam difficilia.

6 Sæpe fit, ut portoria tolerabiliora ſint portitorum iniuriis. Et alias in genere damna rei fami-

familiaris leviora cenſentur iniuriis, & contumeliis, exiſtimationem noſtram petentibus.

7 Divinæ cuiuſdam virtutis eſt inter duas partes diſſidentes ita verſari, ut neutram offendas, ſed utriq; ſatisfacias.

8 Qui reipſa onus aliquod ſuſtinent, nomeñ quoq; eius adverſari non debent.

9 Stultum eſt eos aſpernari, quorum opera carere non poſſis.

10 Levitatis eſt, recuſare eum, quē paulo ante ipſe poſtulaveris.

11 Nihil miſerius eſt ea regione, in qua & belli externi & domeſticarum diſcordiarum graſſantur calamitates. ideoque nihil etiam optabilius eſt, quam eo imperio teneri, ſub quo mala tanta quieſcunt.

12 Sæpe fit, ut nomen rei, aut perſonæ alicuius odioſæ, intolerabilius, & perſonis illis & rebus ipſis ſit.

13 Conſilio & prudentia multa mitigari poſſunt, quæ alias videri poſſent planè non ferenda.

14 In pactionibus, transactionibus & reconciliationibus expedit, non tam leges ſpectare, quam commoditatem conficiendi negotii, & liberationem moleſtiæ. Nam hic quoque locum habet verſiculus vulgaris quidem, ſed optimam continens ſententiam.

Glimphius eſt pluris quam tota ſcientia iuris.

15 Eorum qui optimè de nobis ſunt meriti, & quibus omnia debemus, petitioni vix honeſte poſſumus refragari. Bb 3

16 Durum eſt eo adigi, ut neceſſitudiné quæ nobis cum veterib. amicis olim liberrima fuit, obtinere iam & conſervare vix poſſimus. id quod Alexander M. ſi rectè memini, exprobabat Caſ-
ſandro, exclamans ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐρασθῆναί τινος ἔξεστιν δι᾽ 5
ὑμᾶς.

17 Non opus eſt eum hortari, qui ſua ſponte eſt in officio.

18 Gratiarum actio argumento eſt, benefici-
um aliquod præceſſiſſe. 1

VSVS ET IMITATIO.

Vſus huius ſeptimi præcepti eſſe poteſt quoties querelæ à ſubditis moventur de tributis & ve-
ctigalibus intolerabilibus, aut etiam de mercato- 1
rum avaritia & exactorum iniuriis.

Poteſt etiam ex capitibus huius admonitionis exercitiũ ſtyli adoleſcentibus non inutile ſumi: & retentis ferè ſententiis ac verbis Ciceronis
(mutatis tantummodo mutandis) oratiuncula 2
confici, qua Quinctus præcepto huic fratris obtemperans, provinciales iſtos ſuos publicanis cõciliandos alloqui potuerit, hunc ferme aut ſimilem in modum.

2

WJe ſchwer vnd aber auch verdrieſſlich es ſey / liebe Leute / zwiſchen zweien Parteien / mit denen mann beiderſeits freundſchafft zu halten begert / daß Richterampt recht zuverwalten / daß
erfar ich jetzt in dieſer meiner Regierung in der 3
that / vnd zwar nicht ohne groſſen ſchmertzen. Dañ

wo

wo ich mich den Zöllnern widerſetzen wolte/ muſte ich zu gleich mir vnd dem gemeinen nutz zum feinde machẽ den löblichen vnd vmb vnſer gantzes Geſchlecht gar wolverdienten ſtand der Römiſchen Ritterſchafft / welchen doch mein geliebter Bruder Marcus Cicero durch ſonderliche mühe vnnd fleiß/ſo offt mit gemeiner Stadt verſönet vnd vereiniget hat. Sol ich jhnen auch in allen ſachen jren willen laſſen/ ſo müſſet jr durchaus verderbẽ vñ vntergehẽ/für welches Heil vñ Wolfahrt ich Ampts halben ſorgfeltig zu ſein ſchuldig bin. So iſt zwar dieſes auch die einige vñ gröſte beſchwerung in dieſer meiner Regierung / vnd wann das nicht were/ ſtünde all das vbrige wol zu dulden vnd zu leiden. Wer wolte aber ſagen / daß es keine beſchwerliche dinge ſeyn/ die jenigen Leut beyderſeits freundlich vntereinander zu vereinigen/welche von wegen jhres Nutzes vnd Bequemigkeit/vñ dann auch von Natur etlichermaſſen einãder zu wider ſein. Zwar wie ſehr Vnterthanen in den Provintzen von den Zöllnern verbittert werden/haben wir vorlengſt in der Stadt Rom von vnſern Mitbürgern vernõmen/die newlich in abſchaffung deß Fehrgelts nit ſo ſehr vber das Fehrgelt an jm ſelbſt / als vber die injurien / ſo jnen von den Zöllnern vñ fehrleuten zugefügt werden/geklagt haben.

Was wil dann vnſern Vnterthanen in weit abgelegenen Ländern widerfahren/ dieweil wir hie von in Italia ſelbſt/ vnſer Mitbürger klag anhörẽ müſſen? Daß ſich nun ein Landpfleger hierin alſo verhalte/das den Zölnern ein genugen geſchehe vñ

die Vnterthanen nicht gantz verderbet vnd außgemergelt werden/ ſolchs iſt ein Werck nicht einer gemeinen/ ſondern vielmehr einer beſondern vnd fürtrefflichen Tugent. Welcker Tugent ob ich mich wol nicht rhüme/ ſo wil ich mich dennoch Amptshalben/ ſo viel müglich dahin bearbeiten/ daß ich euch in Aſia nur etzlicher maſſen mit den Römiſchen Zöllnern vñ Handlern vertragen vñ vergleichen müge. Es ſol aber anfenglich euch Griechen/ob es euch wol ſehr ſchwer ankömpt daß jhr Zinßbar ſeit/dennoch ſolchs nit allzuverdrießlich duncken/djeweil jr auch von Alters her/ewers Lands gebrauch nach auch ehr dann jhr vnter der Römer gewalt kommen/ Zinßbare Leut geweſen ſeit. So könnet jr euch auch den Namen der Zöllner nicht ſo ſehr zu wider ſein laſſen/ die jhr ewere Järliche zulagen ohn hülff der Zöllner nicht habt zuſamen bringen können. Welche zulagen deñoch gantz gleichförmiger weiſe euch von dẽ Syllanern verordnet vñ fürgeſchrieben wurden/dar auch der Griechen Einmaner nicht gelinder ſeyn als die vnſerigen Zöllner/kan hierauß geſpannet werden das nemlich alle/ſo in den vmbherligenden Inſulen/welche Sylla den Rhodiſern zugeordenet hatte/wonen/zu dem Raht gen Rom jhre zuflucht gehabt vñ gebeten haben/ daß ſie jre zulagen hinfüro nicht den Rhodiſern/ ſonderen vielmehr vns Römern entrichten möchtẽ/ vñ dieweil ſolchs die von Canno in ſo groſſer anzahl gethan haben/ iſt wol gleublich/dz auch andere in dieſer Provintz gelegene Städt vñ Völcker gleicher weiſe geſinnet ſeyn.

Sollet

Sollet derhalben jhr / die jhr allezeit Zinßbar geweſt ſeyd / für dem namen der Zölner nicht ſo ein groſſes Abſchewen tragen / ſo könnet jhr auch die Zöllner nicht mit fugen verachten / dieweil jhr ohn zu thun derſelbigen durch euch ſelber ewern Zoll nicht habet vollkömmentlich zuſammen bringen können. Wie jhr dann auch mit billigkeit nicht verwerffen könnet / dieweil jhr ſie mehrer Theyls ſelber begehret habt. Gedenckt auch zugleich liebe Männer aus Aſia daß jhr / von wegen der außländiſchen Krieg / vnd auch ewer innerlichen vneinigkeit halben / die aller elendeſten Leut auff erden würdet geweſen ſeyn / wo jhr nicht vnter diß Römiſche Regiment kommen weret. Dann was es vorzeiten vnter den Königen aus Macedonien / Syrien / Albanien / Aſien vnd Egypten mit dieſen Völckern vnd Ländern eine Gelegenheit gehabt habe / iſt euch nicht vorbewuſt / in dem dazumahl ſchier alle Krieg ewre Landſchafft zum verderb vnd vntergang geführet würden / der der ſterckeſte war / der rieß Aſiam als einen Raub an ſich. Vnd könnet jhr vnter ſo vielen Reubern keinen Schutzherren finden / biß ſo lange ihr euch vnter das Römiſche Reich begeben habt. Dieweil aber ſolch Reich vnd deſſelben Regierung ohne Zins vnd Zoll nicht beſtehen oder erhalten kan werden / ſo iſt es warlich recht vnd billich / daß jhr euch mit einer geringen Zulag von ewer järlichen Einkauff / viel lieber einen beſtendigen Fried kauffet / als daß jhr mit einbehaltung eines ſo geringen Gelds euch ewer leben ſelbſt vnrühig vnd mühſelig machen ſolet.

Weedet jhr nu ins gemein den namen der Zöllner hinfür mit gedult hören vnd leiden können/ ſo wird auch das vbrige zumal durch vnſern guten rath vñ fürſorg/ euch nicht allzu ſchwer vnd ſawer ankommen/ wenn jr euch vmb den Zoll mit einander vergleichet / ſo möchtet jr nit ſo ſehr ſehen vnd dringen auff die von den cenſorn euch fürgeſchriebẽ anordnung / als auff die bequemigkeit die ſachen bald zu ſchlichten / vnd ſich beyder ſeits von allerley mühe vnd verluſt ſchleunig abzuhelffen. Da mir aber jemand fürwerffen würde/ das ich dißfals den vnterthanen dieſer Provintz allzu hart/ vnd den Römiſchen Zöllnern allzu gelind ſey/ vnd jhnen all jhren Vorteil vnd willen geſtatte vnd laſſe: dem gebe ich das zur antwort. Das die Zöllner vnder den ſtänden der Stad Rom nicht ſo geringe leute ſeyn/ alß man wol allhie meynet. Dann dieweil ſie die Einkauff ſo vieler Zollen an ſich kauffen / vnd ſo groſſe ſummen Gelts zu beſtetigung vnd Erhaltung der Römiſchen Regierung auffbringen können / wer wolte nicht ſagen / das ſie zugleich auch für eine grundfeſt vnd Zierrath der vorigen ſtände der gantzen Stadt Rom billich muſten gehalten werden? Zu dem iſt auch vnſer der Ciceronum Geſchlecht nicht das geringſte theil dieſes Ritterſtandes / von welchen wir zum öfftermal ſo groſſe dienſt vnd wolthat empfangen haben/ das wir ſo fürnehme Leut/ ohne merckliche ſchande nicht erzürnen/ oder jhnen worin hinderlich ſein können. Düncket euch nun/ das euch jre beſchatzungen allzu ſicher fallen/ ſo ſollet jhr hie entgegen wiederumb betrachten/ wie groß

die

die ſumma Gelts ſey / vnd mit wie groſſer mühe vnd Beſchwerung ſie zuſammen gebracht werde/ welche ſie auff einen gewiſſen Termin in die Römiſche Schatzkammer alſo bar einbringen vnd erlegen müſſen/ Gott geb/ ſie haben hernach vortheil oder ſchaden aus der einſamlung der Zollen / ſo in den provincien fallen zugewarten. Auch gibts der augenſchein/ wie viel Innaner/ Zollſchreiber vnd ander geſind ſie zu dieſem behülff auff jhren vnkoſten halten müſſen / vnd zwar / ſo viel dieſe vnſere Zöllner in Aſia anlanget/ möget jr wol wiſſen/ das es ſie eben zur zeit dieſer meiner regierung / nach dē ſie die Zöllen dieſer Provintz von den cenſorib. gemietet/ bald hernach gerewet hat. Derwegen ſie ſich auch für einem gantzen Rath zu Rom beklagt/ daß ſie ſich mercklich verſehen/ in dem der geitz die weißheit betrogē / vnd ſie allzu eilend in dieſem contract zugeblatzet/ vñ mehr zugeben zugeſagt hetten/ als ſie wiederumb einzunemen wüſten / vnd daneben begert habē/ dz jetz gemelter contract widerumb möchte caſſirt vnd vffgehaben werden. Ob nun wol dieſe der Zöllner anforderung zu erhalten/ mein bruder/ Marcus/ welcher beyde des Ritterſtands zu Rom vnd dañ auch dieſer provintz ein ſonderbarer Liebhaber iſt / kein mühe vnd fleiß geſparet hat: ſo hats doch an andern Leuten nit gemangelt / die ſich zum hefftigſtē dawieder gelegt habē/ welches ich darumb mit wenig wortē vermelde/ auff dz jr im grund vorſtehē möget / dz die Zöllner bey der einſamlung deß Zolles in dieſer Provintz nicht ſo groſſen Vorteil haben/ als man wol meynet / ſondern daß ſie auch

wol ſchadens vnd nachtheils ſich dabey zu beſorgē haben. Wer wolte ſie dann verdencken/oder es jhnen auffſt ärgſte außdeuten/daß ſie in einmanung vnd einforderung der Zulag dieſer provintz etwas genaw vnd ſcharff ſeyn. Ich wils aber jetzt bey dieſem punck bleiben laſſen/ vnd allhie nicht mit ernſt vnd Gebot als eim Landpfleger/ ſondern viel mehr mit freundlicher Bitt/ als ein guter Freund bey euch anhalten/ das jhr euch mit ewern Zöllnern durch meine Gunſt vnd Vorbitt dießmals gutwillig wollet verſönen vnd vereinigen laſſen. Zwar ob ich wol meinen geneigten Willen gegen euch/ vnd wie gern ich allen vnd einen jedern inſonderheit zu willen vnd zu gefallen ſeyn wolte/ vngern rühme/ auff daß es nicht das anſehen habe/ als wenn ich euch/ die jhr doch danckbar ſeyd/ auffrücken wolte die wolthaten/ ſo ich euch vormals aus auffrichtigen/ gutwilligen hertzen erzeiget habe: ſo kan ich doch das mit Warheit ſagen/ das ich die gantze Zeit dieſer meiner Regierung vber nirgend vmb mich mehr bekümmert habe/ dann das alle meine Vnterthanen aller ſeits auffs beſte möchten verſorget ſeyn: hab ichs auch nicht ſo weit bringen können/ wie ich wol gern gewolt hette/ ſo kan ich dennoch billich vnd ohne ſchew ſagen/ daß es mir an meinem guten willen nicht gemangelt hat. Derwegen ich mich auch zum höchſten bearbeytet hab/ das zur Zeit meiner Regierung ewer Städt vnd Dörffer mit newen ſchulden nicht behafftet/ ſondern viel mehr von vielen alten vnd groſſen ſchulden möchten entfreyet/ auch etliche viel verfallene/

ſene / vnd von einwanern verlaſſene Landſtädt etlicher maſſen wiederumb möchten verbeſſert vnd erquicket werden. Item: das in Ländern / Städten kein Auffruhr vnd Vneinigkeit were / vnd das die Regierung mit weiſer vnd fürnemer leut Rath möchte wol beſtellet ſeyn. In Myſia hab ich allerley ſtraſſenreuberey vnd Todſchläge abgeſchaffet: vnd die gantze provintz in guten fried gebracht / ſo hab ich auch nicht allein die Dieberey vnd Reuberey / ſo auff dem Feld vnd Landtſtraſſen gevbet würden / ſondern viel mehr vnd gröſſere Stul vnd Kirchenreuberey / ſo in den Städten auch durch vbermeſſigen Wucher in ſchwang giengen / verhindert / vnd würde jetzund niemands Ehr / Güter / oder auch reicher fürnemer leute rühiger Zuſtand durch Calumnien vnd verleumbdungen derer wol anderer Landpfleger zu jhrem Vortheil vnd ſchinderey ſich zu gebrauchen pflegen / beſchädiget oder moleſtieret / ſo hab ichs euch nicht ſo weit gebracht / das jetz alle Zulag vnd ſchatzungen in allen Städten jedermennigklich gleichförmiger Weiſe aufferlegt / vnd von den Vnterthanen eingefordert werden / zu dem habe ich nicht ohne Freundſchafft vnd wider willen gantz Aſiam / vnd euch alle derſelben Einwohner entfreyet / von den Impoſten / die man vormals für allerley zu land vmbher geführte wahr hat geben müſſen / Item / von den Vnkoſten / ſo vormals auff die Schiff vnd Boßleut / vnd dann auch auff die ædiles zu Rom vnnd derſelben ſchawſpiel ergangen iſt. Vnd zwar / dieweil ſie ein eintziger Römiſcher Edelman one ſchew beklagen

darff / das ich jm wol in die fünff tauſend Kronen ſchaden gethan hab / darumb daß ich die Zulag in den Römiſchen ſchawſpielen in meiner Provintz nicht hab geſtatten wollen. Wie eine groſſe ſumma Gelds hettet jr dann auffbringen müſſen / wañ jhr zu allen Römiſchen ſpectaculn (welches allbereit auff der Bahn war) etwas hettet contribuieren müſſen. Allhie gehe ich viel andere dienſt vnd wolthaten fürvber / welche ich wol / wo es nötig / mit fug vnd warheit heuffig erzehlen könte / vnd fordere für dieſelbigen alle ſampt nichts anders / dann allein dieſe einige willfahrung / das jhr vns die beſondere verwandnuß vnd freundſchafft / die wir biß anhero allezeit mit den Römiſchen Zöllnern gehabt habẽ / hinfür auch gutwillich behalten vnd continuieren laſſet / auff daß dermals eins die gröſſeſten vnd fürnemſten Geſchafften der Zöllner zu Rom nebenſt vns / euch auch danckſagen mügen. Nichts liebers vnd angenemers dann dieſes einige mag mir in dieſer Provintz widerfahren. Nichts nützers vnd rühmlichers werde ich auch aus derſelben mit mir gen Rom vnd zu Hauß bringen können. Dixi.

Quam grave & perdifficile ſit, ô viri Aſiatici, judicis perſonam inter duos ſuſtinere, quorum utrumq; tibi quã amiciſſimũ eſſe cupias; non ſine maximo dolore meo, reipſa, jam in hui⁹ provinciæ adminiſtratione, experior. In qua ſi publicanis adverſemur, ordinem de tota gente noſtra optimè meritum, & potiſſimum cariſſ. fratris mei M. Ciceronis opera & ſtudio cum repub cõjunctum, & à nobis, & à rep. diſiungem⁹. Sin iiſdẽ

omnibus in rebus obſequimur; funditus vos per ire neceſſe fuerit, quorum non modò ſaluti, ſed etiam commodis conſulere debemus. Hæc certè una eſt eaque maxima in hoc imperio meo, difficultas. Qua ſublata cætera omnia videri poſſent tolerabilia. Quis enim difficile eſſe neget, ea quæ commodis, utilitate, & prope natura diverſa ſunt ſtudio, & voluntate mutua conjungere? Certè illa publicanorum cauſa, quantam acerbitatem afferat ſociis, in ipſa urbe jampridem ex civibus cognovimus, qui nuper in portoriis Italiæ tollendis non tam de portorio quam de nonnullis portitorũ injuriis querebantur. Quid igitur ſociis in ultimis terris hac in parte contingere veriſimile eſt, cum in ipſa Italia querelas civium audiam⁹? Hic propprætorem ita verſari, ut & publicanis ſatisfaciat, & ſocios perire nõ ſinat, non vulgaris, ſed divinæ cuiuſdam virtutis eſſe videtur, quam etiamſi in me non reperiam; tamen ratione officii non nihil, quantũ in me eſt, præſtare conabor, ut aliquo ſaltem modo publicanos vobiſcum gratia & auctoritate mea conjungã. Primũ igitur, ô Græci, id, ꝙ acerbiſſimũ eſt, ꝙ vectigales eſtis, non ita acerbũ videri vobis debet: ꝓpterea ꝙ etiã ſine Imperio pop. Rom. veſtris inſtitutis, per vos ipſos antiquit⁹ ita fuiſtis. Nomẽ a. publicani jure aſpernari nõ poteſtis, qui pendere ipſi vectigal ſine publicano nõ potuiſtis: ꝙ tamẽ vob. admodũ æqualiter Sylla deſcripſerat. Non eſſe a. leniores in exigẽdis vectigalib. Græcos quã noſtros public. hinc intelligi poteſt, ꝙ Caunii nup omnes ex inſul. quę erant à Sylla Rhodiis attributæ, confugerunt ad

Senatum Romanum, nobis ut potius vectigal, quam Rhodiis penderent. Quod quidē cum tanto numero fecerint Caunii, credibile eſt aliarum quoque huius provinciæ civitatum & gentium eandem eſſe voluntatem, idem deſiderium. Quare nomen publicani neque horrere deberis, qui ſemper vectigales fuiſtis: neque jure aſpernari, qui per vos ſine ipſis pendere vectigal integrum non potuiſtis: neque rejicere, qui tale quid magna ex parte ipſi poſtulaviſtis. Simul & illud, ô viri Aſiatici, cogitate, nullam à vobis neq; belli externi neq; domeſticarum diſcordiarum calamitatem abfuturam fuiſſe, ſi hoc Romano imperio non teneremini. Quæ enim jam olim harum gentium & regionum ſub regib. Macedoniæ, Syriæ, Epiri, Aſiæ, & Ægypti fuerit conditio, non ignoratis quorum ſanè tempore omnia ferè belli in exitium Aſiæ gerebantur: uti quiſq; fortior fuiſſet, ſic Aſiam velut prædam occupabat, ita quidem ut interea, inter tot prædones, nemo defenſor, antequam huic noſtro Imperio ſubeſſe inciperetis, inveniretur. Id autem imperium cum ſine nervis ſuis, hoc eſt, vectigalibus eſſe & retineri nullo modo poſſit, profectò juſtiſſimum eſt, ut æquo animo, parte aliqua, eaque non maxima, veſtrorum fructuum, pacem vobis atque ocium potius redimatis ſempiternum; quam ut tantillæ pecuniolæ contentioſa retentione vitam vobis ipſis reddatis inquietam & acerbam. Quod ſi igitur genus ipſum, & nomen publicani non iniquo animo deinceps ſuſtinebitis; poterunt vobis,

bis, præſertim cõſilio & cura etiã noſtra interveniẽte, reliqua quoq; videri tolerabiliora. Poteritis in pactionibus faciendis nõ tam legẽ ſpectare cenſoriam, forte duriuſculam; quã cõmoditatem conficiendi negotii, & liberationem moleſtiæ.

Quod ſi hic forte quiſpiã mihi obiiciat, me ſociis iuſto duriorem eſſe, cũ interim publicanis omnib. omnia indulgeã, illi ego hoc reſpõſum volo non tã exiguã, vt forte hic putatur, in vrbe eſſe publicanorũ inter ordines populi Romani dignitatem. Certe cum ii prouinciarũ reip. Vectigalia, hoc eſt, vim & robur imperii Romani pręcęteris exerceant; in iis & ornamentũ & firmamentum cęterorum ordinũ, ipſiusq; adeo reipub. pręcipue poſitũ eſſe, quis negauerit? Præterea noſtra quoque familia eiuſdẽ ordinis equeſtris non minima pars eſt, cui nos tantis officijs & beneficiis ab eo ſubinde acceptis, ita deuincti ſumus; vt ſine ſcelere nefario eũ offendere eiusue cõmodis impedimento eſſe, nõ poſſimus. Quod ſi vero nimis graues vobis eorũ exactiones eſſe vidẽtur; cogitandum erat, quanta & quã acquiſitu difficilis ſit ea pecuniæ ſumma quã ſtato tempore exacto certis penſionib. ærario populi Romani repræſentare cogũtur, ſiue interim ex vectigalib. prouinciæ lucrũ vel damnũ fecerint. Ad quorũ collectiones; quot exactores, quot adminiſtros quot ſcripturæ magiſtros, quantũ famulitiũ alere cogãtur, res ipſa loquitur. Et certe quantũ ad hos noſtros publicanos Aſiaticos ſpectat, ſcitote, eos hoc ipſo, quo ego huic prouinciæ præſum, tempore, poſt-

quam vectigalia de cenſoribus cōduxiſſent paulo poſt pœnitudine ductos in ſenatu queſtos eſſe, ſe cupiditate prolapſos nimiū magno ea cōduxiſſe, vtq; induceretur locatio poſtulauiſſe. Qua in poſtulatione etiā ſi frater me9 M. Tullius tā ordinis equeſtris quā prouinciæ huius amantiſſimus, in publicanorum adiutorib. & defenſorib. princeps fuerit; tamē qui iiſdē acerrime aduerſarētur, non defuerūt. Quæ ideo paucis attingo, vt re ipſa intelligatis, publicanos Vectigalia hæc publica non optime, ſed nō nullo etiā cum dāno & iactura ſua redemiſſe. Quis igitur iis vitio vertat, ſi in exigendis quoq; iis, quæ ipſis debētur, ſolito ſint accuratiores & paulo ad rē attentiores? Sed miſſus eſtis, iā hoc loco non tā hortatione & monitis, quam remoto imperio, ac vi poteſtatis & faſcium, precibus vobiſcū amicis ago, vt publicanos gratia atque auctoritate per me hoc tempore vobiſcum coniungi, benigne patiamini. Beneuolentiam certe erga vos meam, & ſtudium omnibus gratificandi, etiam ſi non libēter prædicem. ne ea, quę animo lubentiſſimo feci, maligne vobis, qui tamen eorum ſatis gnari & memores eſtis, videar exprobrare: tamen hoc vere dicere poſſum, mihi ab eo vſq; tēpore, quo hæc prouincia forte mihi obtigit, nihil magis in votis fuiſſe, quā vt omnes, qui huic meo imperio ſubſunt, eſſent quam beatiſſimi: cuius quidem voti ſi omni ex parte plene & ſolide compos fieri non potui; vere tamē confirmo honeſtiſſimam mihi volūtatem nunquam defuiſſe. Quocirca ſummā etiā adhibui diligentiam, vt nullū, me præſide, æs alienū nouum ciui-

tatibus veſtris contraheretur: & vt vetere magno & graui multæ à me liberarentur: vt vrbes complures dirutæ ac pæne deſertæ aliquo modo per me recrearentur: vt nullæ eſſent in oppidis ſeditiones, nullæ diſcordiæ: vt ciuitates optimatum conſiliis adminiſtrarẽtur. Præterea Myſiæ latrocinia ſuſtuli; cędes multis locis repreſſi: pacem tota prouincia conſtitui: neq; ſolum illa itinerum & agrorum; ſed multo etiam plura & maiora oppidorum & fanorũ ſacrilegia & latrocinia, hoc eſt, iniqua fœnora & inprimis flagellatorum annonæ monopolia aboleui. A fama & à fortunis, & ab otio locupletum illam acerbiſſimã miniſtram aliorum proprætorũ auaritiæ, calumniam remoui: vt ſumptus & tributa ciuitatũ ab omnibus, qui earum fines incolunt, tolerarẽtur æquabiliter effeci. Operam quoq; dedi, vt facilimi ad me aditus eſſent: vt aures meæ omnium querelis paterent: vt nullius inopia ac ſolitudo, nõ modo illo populari acceſſu ac tribunali, ſed ne domo quidẽ, vt cubiculo eſſet excluſa meo: vt deniq; toto in imperio nihil eſſet acerbum, nihil crudele, ſed potius omnia, quantum quidẽ ratio officii paſſa eſt, plena clementiæ, manſuetudinis, humanitatis. Quid? ꝙ etiã portorio circũuectionis, ſumptu remigum, & ꝙ caput eſt, iniquo & graui admodũ vectigali ædilitiorum, magis meis ſimultatib. Aſiam & vos omnes Aſiæ incolas, liberaui. Certe ſi Romæ vn⁹ homo nobilis queritur palam, me ꝙ edixerim, ne ad ludos pecuniæ decernerentur, HS. CC. ſibi eripuiſſe; quanta tãdem pecunia vobis pendenda

fuiſſet, ſi omnium nomine, quicũq; Romæ ludos facerent, quod erat iam inſtitutum, erogaretur. Mitto alia, quæ in hãc ſententiã vere commemorare poſſem quã plurima: proque iſtis tot numero omnib. & ſingulis officiis, hoc vnum à vobis peto obſequium, vt veſtra facilitate, me eam neceſſitudinem, quæ eſt nobis cum publicanis arctiſſima, obtinere & conſeruare patiamini, ita quidem vt maximæ & honeſtiſſimæ eorũ ſocietates vna nobiſcum gratias nobis aliquando agere non deſiſtant. Quo ſane ipſo nihil mihi gratius aut iucundius in prouincia poterit contingere: nihil etiam vtilius aut honorificẽtius ex ipſa prouincia in vrbem à me reportari. Dixi.

Octauum & poſtremum præceptum de iracundia reprimenda & adhibenda lenitate & manſuetudine.

EIus initium eſt p. 23. linea 7. At ea quidẽ &c. Finis p. 25 linea 3 à fine. Ac iã hoc loco non hortatione &c. Eſt autẽ hoc quoque præceptum non minus atque ſuperiora vtile & neceſſarium. Propterea quod ſapientes quoque non raro per iram peccant: & (vt Plato in Thæteteto aſſerit) boni quoque & ingenioſi facile excandeſcunt: & quod præcipue ad iram proni ſunt: nec facile placantur principes & magiſtratus. id quod exempla Achillis Alexandri & multorum aliorum teſtantur. Ipſe quoque Q. Cicero non ſolum natura fuit iracũdus, verum in ira quoque ita impotens; vt iraſcens à maledictis & cõuiciis abſtinere non

poſſet.

poſſet. Qua de re querelæ ad M. Ciceronem Romam deferebantur, quæ etiã huius tam longæ epiſtolæ ſcriptioni occaſionem dederunt. Dehortatur autẽ ab hoc uitio Q. Fratrem Marcus, argumentis potiſſimum octo. Quorum primum ab effectis iræ petitũ eſt, hũc in modũ. Quę efficiũt, vt non plene & ſolide, ſed cum aliqua exceptione laudemur, ſtudioſe ſunt vitanda. Iracundia efficit vt cum exceptione lauderis: Ergo iracundia tibi eſt vitãda. II. Ex loco comparatorũ. Vitium, quod etiam in vita priuata reprehenditur multo magis in magiſtratu reprehendi ſolet. Tale vitiũ eſt iracundia, animi nimirũ lenis & infirmi indiciũ. Ergo iracundia in magiſtratu magnopere eſt reprehendenda.

III. A deformi & indecoro. Qui ſe ipſos regere non poſſunt, aliis quoq; recte & cõmode præeſſe nequeũt. Iracũdi ſe ipſos regere nõ poſſunt. Ergo iracundi recte aliis nequeũt præeſſe. Maiorẽ probat. Quia inquit, non ſolũ deforme eſt ad ſũmum imperium, ꝙ per ſe hominib. libertatis amantib. graue eſt, acerbitatẽ iræ adiungere: ſed etiam reipub. & aliis damnoſum. Quid n. boni ab eo expectes, ad cuius poteſtatẽ etiam animi accedit vehementia? IV. A teſtimoniis, Quę à doctiſſimis quibuſq; & ſapientiſſimis viris improbantur merito ſunt vitanda. Iracundia à talibus viris improbatur Ergo merito eſt vitanda. Minorẽ non probat, ſed fratrem ad recordationẽ & lectionẽ bonorũ autorum hæc ex profeſſo tractantium remittit. V. Ex cauſis. Iis qui famæ & nominis immortalitati ſtudent, hoc eſt, agendũ, vt quantum fieri poteſt,

ſint ἄμωμοι. Nos nominis immortalitati ſtudem᷑. Ergo opera nobis dãda eſt, vt ſimus ἄμωμοι, quod nobis iracundiæ indulgẽtib. ſine exceptione non poterit contingere. VI. A facili. Quod opponitur tacitis obiectionib. difficultatum, quæ adferri à Q. Fratre poterãt, quales ſunt, difficile eſt ad aliorum iniurias nõ iraſci. Difficile eſt, præſertim ſeni, mutare animũ, naturã, mores. Difficile eſt anteuertere iram, cũ ſæpe animus occupetur ab ea prius, quam prouidere queat ratio, ne occupetur. Ipſum autem argumentũ tale eſt. Vitio, cui facile reſiſti poteſt, ei non eſt indulgendũ. Minor probatur enumeratione modorum, quib. ait intempeſtiue iracundiæ occurri aut ſaltem medicinam aliquam adhiberi poſſe. Quoniã primus modus eſt μελέτης ſeu meditationis & προαιρέσεως quotidianæ, quod iracundiæ, propter turpitudinem, & mala ex ea prouenientia mature ſit reſiſtendum. alter ἐχεμυθίας, vt, ſi ira incautos inuaſerit, ſilentium nobis ipſis imperemus, ne in maledicta & contumelias erumpat. VII. Ab indecoro, quæ contraria ſunt litteris, humanitati, imperio & dignitati ſtudioſe, præſertim magiſtratui ſunt cauenda. Talis eſt iracundia. Ergo. VIII. A turpi, per dilemma. Iracũdiæ aut ſunt implacabiles aut exorabiles. Si implicabiles: ſumma iis ineſt acerbitas: ſin exorabiles: ſumma leuitas. Atqui nec acerbitas nec leuitas magiſtratus honorifica eſt. Ergo nec iracundia.

VERBORVM DECLARATIO.

Non vt te inſtituerem] Quamuis ad præcipiendi rationẽ aliquo modo delapſa ſit oratio. Conti-

nēt autē hæc verba facti M. Tullii excuſationem.

Neq; n. prudentia tua] Ratio à non neceſſario.

Deſiderat] q. d. tu ea es prædıtus prudentia, vt nullius alterius præceptis indigeas.

Sed me in ſcribēdo] Metath. cauſæ fictę, pro vera.

Cōmemoratio virtutis] Iucundum n. eſt in earum virtutum cōſideratione aliquandiu verſari, quarum ad nos quoq; aliquo modo pertinet ſocietas. Tales autem Marco erant virtutes Quin. Cic. Hæc quoq; eo ſpectant, vt animus Quincti iracundus libertate admonitionis fraternæ non offendatur, Alias reuera non tam in virtutum Quincti commemoratione, quā in vitiorū eiuſdē reprehēſione Marcus Cicero hic verſabatur.

Quanquam in his litteris.] Excuſatio longitudinis huius epiſtolæ, cui nomen litterarum ipſe hoc loco tribuit. Ne quis exiſtimet eum hic librum potius, quam epiſtolam ſcribere voluiſſe.

Quam me putaui] Quod aliis quoq; non raro vſu venit in ſcribendo.

Unū eſt] Locus προσοχῆς, ſeu attētationis, quo indicat ſe hac in parte acturū de re ad Q. F. magnopere pertinēte, & ſine qua laus ipſi⁹ integra & ſolida eſſe nō poſſit. *Quod ego tibi præcipere*) παῤῥησία.

Neq; patiar] verba hæc indicant præceptiones has ab optimo, amiciſſimo & laudis fraternæ cupidiſſimo animo proficiſci, atque ideo in malam partem accipi minime debere.

Cū exceptione laudari] Nō plene, ſolide integre. Nō eſt autē integra laus, in qua aliquid excipitur. Qualis eſt illa Metelli ep. vltima libri primi ad

Atticum. Metellus tuus eſt egregius cõſul. vnum reprehendo quod otiũ è Gallia nunciari non magnopere gaudet. Cupit, credo, triumphare. hoc vellem mediocrius. Cætera egregia. Quã autem rarum ſit eſſe ἄνω ψόγου πανάμωμοι, docet hoc Ciceronis in 1. de Inuentione. Nihil omni ex parte perfectum atq; beatum eſt. vnde forte & Horatianum illud fluxit. Nihil eſt ab omni parte beatum. Imo hoc ſoli Deo proprium eſſe apud Platonem in Protagora aſſerit Simonides his memorabilibus verbis ἄνδρα ἀγαθὸν ἀληθέως γενέσθαι χαλεπὸν, χερσί τε καὶ ποσὶ καὶ νόῳ τετράγωνον, ἄνευ ψόγου τετυγμένον. Imo ibidem paulo poſt, virũ bonum manere, dicitur eſſe ἀδύνατον, καὶ οὐκ ἀνθρώπειον ἀλλὰ θεὸς ἂν μόνος τοῦτ' ἔχει τὸ γέρας. Hoc eſt, interprete Serráno. Bonum virũ eſſe, vere difficile: manibuſq, & pedibus, & mente quadrangularem, ſine vituperio compoſitum atq; conſtitutum. Et mox. Fieri quidem bonum virũ, certo quodã tempore, quamuis difficulter poſſe, quum vero vir bonus factus fuerit, illum in eo habitu ſtatuq; ſemper perſeuerare, fieri nullo modo poſſe, nec humanum eſſe, ſed Deum ſolum hunc honorẽ habere. & paulo poſt citatur verſus ille celebris αὐτὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς τοτὲ μὲν κακὸς, ἄλλοτε δ' ἐσθλός. Vir bonus eſt aliquando bonus, malus idẽ aliquando eſt. Quod autem virum perfectum nominat τετράγωνον reſpexit figuram Geometricam eius nominis: nec non in Arithmeticis numerum quadratum, qui eſt, perfectiſſimus: vt Nouenarius primum imparem numerum radicem habẽs, impariterq; adeo par eſt, in tres

in tres diuiſibiles terniones, quorum quilibet in tres vnitates diuiditur.

Tuis ſummis laudibus] Propemodum ad perfectionem acceſſuris, niſi hæc vna accederet exceptio, quæ propterea ſummo tibi ſtudio amplienda eſt.

Iracundiam] ὀργιλότητα. Quæ qualis in Quincto fuerit, patet ex epiſtola 15: lib. 1. & XIII. lib. X. ad Atticum. In quarum hac, vitiũ illud fratris his verbis excuſare conatur. Quæ de fratre meo ſcribis, ſunt ea quidem parum firma, ſed habent nihil ὕπουλον, nihil fallax, nihil nõ flexibile ad bonitatem, nihil quod nõ, quo velis, vno ſermone poſſis perducere. Ne multa, omnes ſuos, etiam quibus iraſcitur crebrius, tamen caros habet, me quidem ſe ipſo cariorem. Eodemq; pertinent epiſtolæ proxime ſequẽtis hæc verba. Ac ſi omnium mearum litterarum præcepta repetes, intelliges eſſe nihil à me niſi orationis acerbitatẽ & iracundiam reprehenſam, quib. quidem in rebus ſi apud te plus auctoritas mea, quã tua natura paulo acrior, ſiue quædam dulcedo iracundiæ, ſiue dicendi ſal facetiæque valuiſſent; nihil ſane eſſet quod nos pœniteret &c. In eadẽ quoque epiſtola nonnulla iracundiæ Quincti, cum verborum atrocitate coniunctę exẽpla continentur, quorum ſupra quoq; aliqua indicauimus.

Cum in hac priuata] σύγκρισις iracundiæ hominis priuati, & in magiſtratu vel imperio verſantis. Et eſt ratiocinatio à minori. Si in vita priuata intolerabiles ſunt iracũdi, multo magis in imperio.

Leuis animi & infirmi] animi inſtabilis & impotentis. Id quod Plutarchus quoq; teſtatur in libello περὶ ἀοργησίας his verbis. In molliſſimis animis ad lædendũ facta inclinatio maiorẽ excandeſcentiam à maiore profert imbecillitate. Itaq; & f
mulieres magis iracundæ ſunt, quã viri, & ægroti quam ſani, & ſenes iuuenibus, reb. aduerſis vtentes proſperam habentib. fortunam. Maxime auarus iraſcitur diſpenſatori, gulæ deditus coquo, Zelotypus vxori, ambitioſus maledicenti. Itaque 1
maxime paſſo aliquid, & dolore affecto animo, ob eius imbecillitatem exſurgit irã. Et ἤδικ. α: παῖδες καὶ γυναῖκες παθητικαὶ cauſa eſt, quia αὐ κατὰ λόγον, ἀλλὰ κατὰ πάθος ζῶσι. Cuius rei inſigne exemplum proponitur in Hecyra Terentii act 3. ſc. 5. vbi Pam- 1
philus his verbis alloquitur Parmenonem. Sed magnũ neſcio quid neceſſe eſt eueniſſe, Parmeno. Vnde ira inter eas interceſſit; quæ tam permanſit diu Par. At quidem hercle paruom, ſi vis vero veram rationem exſequi. 2

Non maximas, quæ maximæ ſunt interdum iræ, iniurias Faciunt. Nam ſæpe eſt quibus in rebus alius ne iratus quidem eſt.

Cum de eadem cauſa, eſt iracundus factus inimiciſſimus. Pueri inter ſe quam pro leuib. noxiis 2
iras gerunt! Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.

Itidem illæ mulieres ſunt ferme, vt pueri leui ſententia. Fortaſſe vnum aliquod verbum inter eas iram hanc conciuerit. 3

Nihil tam deforme, quã ad ſummũ imperium.]

Nam

Nam vt Ariſtoteles libro 1. politicorum c. 2. ait χαλεπωτάτη ἀδικία, ἔχουσα ὅπλα. Id eſt iniuſtitia armis inſtructa longe ſæuiſſima eſt. quocirca etiam dixit Mimographus. Fulmē eſt vbi cum poteſtate habitat iracundia. Idem Multis minatur, qui vni facis iniuriam. Dignitati igitur magis quā iræ conſulat princeps, vt Salluſtius in Iugurtha loquitur, neq; obliuiſcatur illud eiuſdem in Catilina, poſitum in ore Cęſaris. Neq; cuiquā mortaliū iniuriæ ſuæ paruæ vidētur, multi eas grauius æquo habuere. Sed aliis alia licētia eſt, P. C. qui demiſſi in obſcuro vitā agunt, ſi quid iracundia deliquere; pauci ſciunt; fama atq; fortuna eorum pares ſunt. qui magno imperio præditi, in excelſo ætatem agūt, eorum facta cuncti mortales nouere. ita in maxima fortuna minima licentia eſt. neq; ſtudere, neque odiſſe, ſed minime iraſci decet. quæ apud alios iracūdia, ea in imperio ſuperbia atq; crudelitas appellatur. Inter impedimenta quoq; bonæ mentis in genere recenſentur affectus, à quibus ſane omnes, qui de reb. dubiis conſultant, vacuos eſſe decet, vt eſt apud eundem Salluſtium. Nam haud facile animus verū peruidet, vbi illi officiūt & in primis ira, cū qua (vt Cice 1. officiorū) nihil recte, nihil cōſiderate fieri poteſt. & Male cuncta miniſtrat impetus, quēadmodum Statius canit.

Acerbitatem naturæ adiungere] Cauſam huius rei erudite explicat Plutarchus πρὸς ἡγεμόνα ἀπαίδευτον, his verbis.

Magnū periculū eſt, ne, cui licet facere ꝙ vult, is velit quod non debet. Nam ſimul ac dictum eſt verbum, factum ilicet, extat. Prauitas à potentia

celerem nacta curſum, omnes animi motus in facta expellit. De ira cædem, de amore adulterium, de auaritia publicationem alienorum bonorum facit. vult igitur paulo poſt vt recta ratio compeſcat reprimatque potentiā, vt ſcilicet ſolem imitetur princeps, qui ad ſummā euectus altitudinem in partib. ſeptentrionalibus lentiſſime mouetur, tarditate curſum tutum reddens. Nam ne latere quidem vitia potentum poſſunt. Quo etiam referri queunt illa Iuuenalis Sat. 8.

Expectata diu tandem prouincia cum te
Rectorem accipiet, pone iræ frena modumque,
Pone & auaritiæ, miſerere inopum ſociorum.
Reſpice quid moneant leges, quid curia mādet,
Præmia quanta bonos maneant. &c.

Et ex multorum ſcriptis] Qualia iā tum fuerunt Platonis Philebus, & quartus de repub. itē quartus lib. Ethicorum Ariſtotelis. Et quales nunc ſunt liber Senecæ de ira. Plutarchi περὶ ἀοργησίας. Galeni περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας παθῶν. è quibus ipſis ſalutaris hæc doctrina hauriri etiā hodie debet, vt ita cum præceptis bonæ doctrinæ coniungantur. Quod qui non faciunt, teſte Plutarcho ſimiles ſunt iis, qui lucernas quidem emungunt, ſed non affundunt oleum.

Quod eſt epiſtolæ proprium] de hoc plura nuper dixi in tractatu epiſtolico.

Sic ad nos omnes] Repetitio dilucidior eorum, quæ paulo ante paucis attigit: quæ ita cōmemorat, tanquam fratri ante ignota, per epiſtolam fuerint referenda.

Cum

Cum abſit iracundia] ἀοργησία. Huc illud apud Stobæum, ἔξω γὰρ ὀργῆς πᾶς ἀνὴρ σοφώτατος. item hoc Claudiani in Manlii conſulatum. Diis proximus ille eſt, quem ratio, non ira regit. Quomodo autem ira & iracundia differant, docet Seneca lib. 1. de ira, his verbis. Ira quo diſtet ab iracundia apparet: quo ebrius ab ebrioſo, & timens à timido. Iratus poteſt non eſſe iracundus. Iracundus poteſt aliquando iratus non eſſe.

Nihil te fieri poſſe iucundius] q. d. cur igitur non perpetuo talis eſſe velis? Exemplum λόγου ἐσχηματισμένου Demetrii Phalerei, de quo ſupra plura.

(*Cum te alicuius improbitas*) Mitigatio præceptionis, à cauſis iræ non iniuſtis, & ira minime temeraria q. d. Quinctum iure quidem iraſci, ſed in excandeſcentia modum aliquo modo excedere.

Peruerſitas cõmouerit) Vallæ peruerſus eſt, qui verſatur in malo, & à bono verſ⁹ eſt. Germ. Verkehrt. Cicero alibi peruerſum cũ prauo & præpoſtero coniungit. Et in libro de amicitia. Peruerſe inquit, ne dicã impudenter, pleriq; amicum habere talẽ volunt, quales ipſi eſſe nõ poſſunt. Item in Oratore. Quæ eſt autẽ in hominib. tanta peruerſitas vt inuẽtis frugib. glande veſcãtur. Quomodo autẽ hæc bilis cõmotæ efferueſcentia reprimi debeat, docet Agapetus ſæpe iã nominatus Imp. Iuſtinianum his memorabilib. verbis Ἵνα τὸ κράτος τῆς βασιλείας ποιήσῃς ἀοίδιμον, ὅσην ἔχεις κατὰ τῶν ὑπηκόων ἁμαρτανόντων ὀργὴν, τοσαύτην ἔχειν καὶ κατὰ σαυτοῦ τὸν θεὸν πλημμελοῦντος ἀξίου· οὐδεὶς γὰρ ἰσχύει τοὺς ἐν ἐξουσίᾳ τηλι-

ταύτῃ παιδεύειν, εἰ μὴ λογισμὸς οἰκεῖος ἐξ αὐτοῦ τοῦ πλημμελοῦντος κινούμενος. Hoc eſt. Ita potentiam regni tui celebrem efficies, ſi quantopere ſubiectorum poteſtati tuæ peccatis iraſci ſoles, tantopere tibi delinquenti iraſci Deum cenſeas oportere. Nemo enim valet tanta potentia præditos inſtituendo corrigere, niſi propria ipſorum conſideratio, quæ intra ipſum delinquentem commouetur.

Sic te animo incitari] commoueri, excandeſcere. de quo etiã hunc in modũ præcipit Agapetus ἴσον νόμιζε, καὶ τῶν ἐχθρῶν θυμοῦσθαι ταῖς κακουργίαις καὶ τῶν φίλων θέλγεσθαι ταῖς κολακείαις. ἔδει γὰρ πρὸς ἑκατέρους γενναίως ἀνθίστασθαι, καὶ τοῦ πρέποντος μηδαμῶς ἀφίστασθαι, μήτε τὴν ἀλόγιστον ἐκείνων δυσμένειαν ἀμυνομένους, μήτε τὴν ἐπίπλαστον τούτων εὐμένειαν ἀμειβομένους. hoc eſt. Opus æque malum eſſe ſtatuo, grauiter ob inimicorum maleficia animo commoueri: & amicorum aſſentationibus demulceri. Nam & aduerſus vtroſque fortiter eſt reſiſtendum, & ab decoro nullo modo deſiſtendum: neque vt expertum rationis depellas illorum maleuolentiam, neque vt horum fictam retribuendo augeas beneuolentiam.

Vt ab omnib. deſideretur) Iniquum autem eſt & peruerſum, odio nocẽtis perdere innocẽtiam.

Deſideretur humanitas] quæ ab homine nomen cum habeat; indiguũ eſt, eam in homine nõ animaduerti. Huius autẽ defectus inſigne quoq; exemplũ recitat Cic. ep. 1. lib. v. ad Atticũ, de Põpo nia ſorore Attici ſic ſcribẽs, vt venimus in Arcanũ humã-

humaniſſime Quinctus, Pōponia, inquit, tu inuita mulieres, ego acciuero pueros: nihil potuit, mihi quidē, vt viſum eſt, dulcius, idq; cum verbis, tum etiā animo, & vultu at illa, audientib. nobis, ego ſum, inquit, hic hoſpita? id autem ex eo, vt opinor, ꝙ anteceſſerat Statius, vt prandium nobis videret. tū Quintus, en, inquit mihi, hæc ego patior quotidie. dices, quid, quæſo, iſthuc erat? magnum, itaq; me ipſum cōmouerat: ſic abſurde & aſpere verbis, vultuq; reſpōderat. diſſimulaui dolens. diſcubuimus omnes, præter illam: cui tamen Quinctus de menſa miſit; illa reiecit, quid multa? nihil meo fratre lenius, nihil aſperius tua ſorore mihi viſum eſt. Et multa prætereo, quæ tum mihi maiori ſtomacho, quā ipſi Quincto, fuerunt. Ego inde Aquinū, Quinctus in Arcano remāſit, & Aquinum ad me poſtridie mane venit, mihique narrauit, nec ſecum illā dormire voluiſſe, &, cum diſceſſura eſſet, fuiſſe eiuſmodi, qualem ego vidiſſem. quid quæris? vel ipſi hoc dicas licet, humanitatem ei, meo iudicio, illo die defuiſſe.

Rationem vitæ.] viuendi conditionem.

Res ipſa] Regnum eloquentiæ, dignitas ſenatoria & conſularis, & præſertim res in conſulatu geſtæ, oppreſſo Catilina, propter quas nominis immortalitatem ſibi ſpondet.

Ac fortuna] virtuti & rebus geſtis clementer aſpirans & beingne fauens & prouehens noſtros conatus. Ita vt dux eſſet virtus: comes fortuna.

Sēpitern⁹ ſermo] q. d. dāda igitur opera, vt æterno hoc ſermone virtutes potius noſtræ, quā vita cele-

brentur: Omnes autem populi teſte Plutarcho in præceptis politicis ea laborant animi peruerſitate, vt de iis maligne ſentiant qui rempub. gerunt, vtque anſas eos culpandi captent. Magna igitur cautione hic opus eſſe viris magnis quis dubitat?

Caueamus] Nam, vt Seneca in Octauia.

Maiora populus ſemper à ſummo exigit. Et vt Brutus Ciceroni ep. 20. Fateor duriorẽ eſſe conditionem ſpectatæ virtutis, quam incognitæ. Benefacta pro debitis exigimus quæ aliter eueniunt vt decepti ab his, ea infeſto animo reprehẽdimꝰ. Hanc autẽ ſollicitudinem etiã in quadam ad Atticum epiſtola præ ſe fert, cum ait, Longũ illud tempus cum non ero magis me mouet, quã hoc exiguum, ꝙ mihi tamen nimium longum videtur:

Quantum efficere & conſequi poſſumus] καθ δύναμιν. ἢ κτ' κράτος, omni conatu & viſu.

Ne quod inſigne vitium] Nemo enim reperiri in hac vitiorum colluuie poteſt ἀναμάρτητος καὶ παναμώμος. Nam vt Horatius ait, Vitiis nemo ſine naſcitur, optimus ille eſt, qui minimis vrgetur. Quo etiam pertinet illud Plutarchi in Fabio τὸ μὲν ἁμαρτεῖν μηδὲν ἐν πράγμασι μεγάλοις, μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπόν ἐστι. τὸ δὲ ἁμαρτόντα χρήσασθαι τοῖς πταίσμασι διδάγμασι πρὸς τὸ λοιπὸν ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ νοῦν ἔχοντες.

In omni natura] Naturam autem expellas furcâ tamen vſq; recurret. Et vt ille apud Clementem Alexandrinum 2. Stromat. queritur γνώμην ἔχοντα μὴ ἡ φύσις βιάζεται.

Noſtra ætate] iam adulta, quam frangas citius quam flectas. Nã quod Diogenes ajebat. Νεκρὸν ἰατρεύειν,

πρεσβύτην, καὶ γέροντα, νουθετεῖν ταυτόν ἐστι. Quod non ſolùm de vitiis, verùm etiam de opinionibus perperam animo conceptis verum eſt. Quis enim ſperet, ſe homini quinquagenario inſitam opinionẽ quantumvis pravam, poſſe evellere. Mature igitur his verbis remedium eſt adhibendum.

Mutare animum] Et eius affectus diuturnos. de quib. Medea, video meliora, proboq;, Deteriora ſequor. ſeu ut ille apud eundem Clementem: καὶ μανθάνω μὲν οἷα δρᾶν μέλλω κακὰ, θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων. Philemon quoque de ira dixit, μαινόμεθα πάντες ὁπόταν ὀργιζώμεθα, τὸ γὰρ κατέχειν ἐστὶ τῆς ὀργῆς πόνος.

Si quid penitus inſitum moribus] Diuturna ſcilicet conſuetudine & aſſuetudine confirmatum. Nam ut Menander ἔργον ἐστὶ μακρὰν συνήθειαν ἐν βραχεῖ λῦσαι χρόνῳ. Et ut Horat. *Sponte revertuntur vitia intermiſſa, malaq;*

Invitos aufert nos conſuetudinis uſus. Et Ovid. *Nihil aſſuetudine maius.*

Subito evellere] inſtar arboris vetulæ quæ multis annis radices egit. Simili metaphora ſeu potius allegoria quadam ad Atticum epiſtola utitur de nece Cæſaris agens. Exciſa, inquit, eſt arbor non evulſa: itaque quam fruticetur, vides.

Ante occupatur animus] Eſt enim excandeſcentia, ſeu θυμὸς, vel ὀξυθυμία, ſeu iræ præcipitatio affectus ſubitus, & in principio quoq; cum quadam dulcedine, ut alibi loquitur conjunctus, de qua etiam Homerus Iliad. 6. ὅστε χόλος πολὺ γλυκίων μέλιτος καταλειβομένοιο Ἀνδρῶν ἐν στήθεσσιν ἀέξεται, ἤυτε καπ=

νος. Et Iuv. Sat. 13. Eſt vindicta bonum vita jucundius ipſa. Nec nō Publio. Inimicum ulciſci, vitam accipere eſt alterā. Vnde apud Eurip. Med. inimicos, inquit, ulta, toto vitæ meæ tempore ſervire nō recuſo. Hac igitur jucunditate quoq; fit, ut animus ab iracundia citius occupetur, quam ratio providere poſſit, ne occupetur. Plut. certè in lib. de ira cohibenda ejus acceſſionem morbi comitialis acceſſioni ſimilem facit. Medici dicunt iram eſſe bilioſi humoris ebullitionē, ſua avaritia totū corpus ſubitò alterantem. Ariſt. 2. ῥητ. Ὀργή ἐστι ὄρεξις μετὰ λύπης τιμωρίας φαινομένην, διὰ φαινομένην ὀλιγωρίαν. Idem non ſine cauſa dicebat. Perinde atq; fumus oculos commovet, & aſpectum ita conturbat, ut neq; nobis ea videndi poteſtas fiat, quæ ſunt ante pedes: ita oborta ira rationi caligo offunditur, ut ſe delinquere nulla cogitatione poſſit deprehendere. Itaq; defectū hunc naturæ arte & induſtria noſtra vult corrigi, de quo & Antiphoni verſus monet, τέχνῃ κρατοῦμεν ὧν φύσει νικώμεθα. quem citat Ariſtot. in Mechanicis.

Vt te ante compares) Terent. Eunucho. An potius ita me comparem? non perpeti meretricum contumelias. De eadem re crudite quoq; monet Plutar. in lib. πῶς δεῖ ποιημάτων ἀκούειν, ubi inter alia inquit, ἐπεὶ δὲ μεγάλου δοκοῦντος εἶναι καὶ ὄντος τοῦ κρατεῖν ὀργῆς, μεῖζόν ἐστιν ἡ φυλακὴ καὶ ἡ πρόνοια τοῦ μὴ περιπεσεῖν ὀργῇ, μηδὲ ἁλῶναι. De quo ipſo erudiri vult adoleſcentem in explicatione loci illius Homer. Odyſſ. ω. ubi cum Priamus in Achillis tentorium ſupplex veniſſet, ut ab eo corpus Hectoris reciperet: Achilles

chilles ſtomachi ſui non ignarus, quieſceret & à nimiis lamentationib. ſibi temperare ſenē illum ærumnoſum jubet: imò lotum velatumq; Hect. ipſe vehiculo imponit, priuſquam eum indignè tractatum pater videre, & fortè ſuis de tanta injuria querelis bilem hoſtis contra ſe quoq; poſſet irritare. Huic a. ipſi exemplo Plut. ſtatim ſubjungit hæc verba loco huic Ciceronico conſimilia. τὸ γὰρ ἐπισφαλῶς πρὸς ὀργὴν ἔχοντα, καὶ φύσει τραχὺν ὄντα καὶ θυμοειδῆ, μὴ λανθάνειν ἑαυτὸν, ἀλλ' ἐξευλαβεῖσθαι καὶ φυλάττεσθαι τὰς αἰτίας προκαταλαμβάνειν τῷ λογισμῷ πόῤῥωθεν, ὅπως οὐδὲ ἄκοντι τῷ πάθει περιπεσεῖται θαυμαστῆς ἐστι προνοίας. Plutarchus in eodem libro de audiendis Poetis, Vlyſſis quoque exemplum adducit, qui Odyſſ. π. non ſeipſum modo iratum compeſcit, ſed & Telemachum colligens iratum eſſe; multo ante retundit, & ſe continere jubet. cui loco inſigne hoc ſimile ſapientiſs. Phioſophus ſubjungit ὥσπερ γὰρ τοὺς ἵππους οὐκ ἐν τοῖς δρόμοις χαλινοῦσιν ἀλλὰ πρὸ τῶν δρόμων, οὕτω τοὺς δυσκαθέκτους πρὸς τὰ δεινὰ καὶ θυμοειδεῖς προκαταλαμβάνοντες τοῖς λογισμοῖς, καὶ προκαταρτύοντες ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας ἄγουσιν Hoc autem de injuſta & immodicè effreni ira accipiendū eſt. Nam; ut Seneca ait, ſi quis pœnam exigit, non ipſius pœnæ avidus, ſed quia oportet, non eſt annumerandus iratis. Iudicium hoc eſt non ira. Alii etiam matrem diſciplinæ, iram juſtam, dixere.

Quotidie meditere) Quod ipſum προμελετᾶν in aliorum quoq; vitiorum correctione plurimum valet. ex ea n. paulatim naſcitur, vitia fugiendi, & benè laudabiliterq; vivendi προαίρεσις. In ea a. me-

ditatione proderit, mala quoq; & dedecora, quæ cum ira conjuncta ſunt, perpendere, juxta illa Euripidea, ἐπίσχες ὀργιζόμενος, οὐδεὶς γὰρ ὀργῆς χάριν ἀπείληφεν πάτερ. ὀργὴ γὰρ ὅστις εὐθέως χαρίζεται κακῶς τελευτᾷ. πλεῖστα γὰρ σφάλλει βροτούς. Vbi etiam habitum, vultum & geſtum iraſcentis perpendere oportebit, ut eorum deformitate ab ira deterreamur. Facies pallet, micant oculi, titubat lingua, manus tremunt, omnia in toto corpore quaſi ſedib. ſuis commoventur quæ omnia etiam ſine inſigni læſione valetudinis accidere non poſſunt. Hinc mania, paralyſis, phreneſis apoplexia.

Scitum eſt illud Ovidii.

Ora tument ira, nigreſcunt ſanguine venæ,
Oraq; Gorgonio ſævius angue micant.

Vt igitur liberi Lacedæmonii ſervos ebrios, ita nos ira excandeſcentes & furentes accuratè contemplemur, ut à ſimili turpitudine nobis caveamus. Ad eandem illam deformitatis & turpitudinis iræ conſiderationem pertinet inſignis locus B. Baſilii in 1. Orat. περὶ νηστείας. ubi, inquit, θυμὸς μέθη ἐστὶ τῆς ψυχῆς. ἔκφρονα αὐτὴν ποιῶν, ὡς ὁ οἶνος. Et mox ἐνόησον μοὶ τὸν ὀργιζόμενον, ὅπως μεθύει τὸ πάθεσ, οὐκ ἔστιν αὐτὸς ἑαυτοῦ κύριος. ἀγνοεῖ ἑαυτόν. ἀγνοεῖ τοὺς παρόντας. ὥσπερ ἐν νυκτομαχία, πάντων ἅπτεται, πᾶσι προσπταίει ἀταμίευτα φθέγγεται, δυσκάθεκτός ἐστι. λοιδορεῖται, τύπτει. ἀπειλεῖ διόμνυται βοᾷ. διαῤῥήγνυται. φύγε ταύτην τὴν μέθην. Huiſcemodi hominem tam furenter iraſcentem Plato jubebat in ſpeculo ſeipſum contemplari. futurū enim ajebat, ut à ſe ipſo, tanquam à ſilveſtri & immani beſtia, protinus abhorreret.

Reſi-

Reſiſtendum eſſe iracundiæ] Ne, antequam ſentiamus, animum occupet, & lumen rationis obfuſcet, noſq; quodammodo ex hominib. beluas faciat. Vnde illa apud Terent. Reprime iracundiam, atq; ad te redi, quo tacitè innuit, nos furore iracundiæ quaſi extra nos ipſos rapi, & noſtros, ſeu in noſtra poteſtate, eſſe deſinere. Iram dixit Ennius, initium inſaniæ: cumq; ea nihil rectè, nihil conſideratè fieri poſſe addidit Cicero. Quatenus a. iraſci magiſtratui liceat his verbis docet Agapet. ὀξὺν μὲν εἶναι χρὴ πάντα τὸν ἄνακτα, καὶ μάλιστα περὶ τὰς κρίσεις τῶν δυσχερῶν πραγμάτων, βραδὺν δὲ λίαν εἰς ὀργὴν ἐπιδείκνυσθαι. ἐπειδὴ γὰρ τὸ πάντη ἀόργητον εὐκαταφρόνητον. καὶ θυμούσθω μετρίως, καὶ μὴ θυμούσθω. τὸ μὲν ἵνα τῶν φαύλων τὰς ὁρμὰς καταστέλλῃ, τὸ δὲ ἵνα τῶν χρηστῶν τὰς ἀφορμὰς ἀγχινεύῃ. Id eſt, in omnib. eſſe oportet acutum regem maximè verò in difficilib. negotiis dijudicandis, & eundem lentum conſpici ad iraſcendum. Cum ſanè prorſus ira vacare contemptũ afferat: ſervet ille modum iraſcendo & nõ iraſcendo. ſimul improborum impetum coerceat, ſimul ut proborũ incitationes veſtigando percellat. Ariſt. quoq; dixerat, ira nõ ut duce, ſed ut milite utendum. ꝙ tamẽ ſatis probabiliter refutat, Sen. lib. 1. de ira. Nam, inquit, ſi exaudit rationem, & ſequitur qua ducitur, jam nõ eſt ira. cuius proprium eſt contumacia. Si verò repugnat, & nõ, ubi juſſa eſt, quieſcit, ſed libidine ferociaq; provehitur, tam inutilis animi miniſter eſt, quam miles, qui ſignum receptui datum negligit.

Linguam continendam] Vt ſcil. intus tantum commeveatur iratus. ira, quæ Tertul. eſt animi re

ſtricti, non couſq, efferveſcat, ut aliquid evomat iracundum, aut in apertum aliq; convicium erumpat. Quam a. hoc ſit difficile, teſtatur Cicero pro Sylla, cum ait. Difficile eſt jacere cum doleas. Agap. εὐόλισθόν ἐστι τὸ τῆς γλώττης ὄργανον, καὶ μέγιστον παρέχει τοῖς ἀμελοῦσι κίνδυνον, i. lubricum eſt linguæ inſtrumentum, & maximum creat negligentibus periculum, maximè in ira. Imò inter omnia membra corporis humani nullum lingua damnoſius eſt, ſi ſuo officio non rectè fungatur. Eodē pertinent, quæ docet Iacob. Apoſt. c. 3. Cum omnis, inquit, natura & ferarum & volucrum, ſerpentiumq; & marinorum domatur & domita eſt à natura humana. Linguā a. nullus domare poteſt, cum malum ſit, q; coercere non poſſis: plena eſt veneno mortifero. Quo quid dici queat gravius? Certè vulnera linguæ maledicæ ſæpe nocentiora & intolerabiliora ſunt graviſſimis quibusq, corporis vulnerib. aut damnis quoq, ratione bonorū fortunæ, q̄ vocant, acceptis. Id q; etiā Plut. in Timol. nō ignoravit, cum dixit. Οὕτως ὑπὸ λόγων μᾶλλον ἢ πράξεων πονηρῶν ἀνιᾶσθαι πεφύκασιν οἱ πολλοὶ· χαλεπώτερον γὰρ ὕβριν ἢ βλάβην φέρουσι. καὶ τὸ μὲν ἀμύνεσθαι δι' ἔργων ὡς ἀναγκαῖον δίδονται τοῖς πολεμοῦσιν, αἱ δὲ βλασφημίαι περιουσίᾳ μίσους ἢ κακίας γίνεσθαι δοκοῦσι. Quocirca idē Plutarch. de ira cohib. primam opprimendæ iræ rationem putat, nō parere neq, obtemperare ei jubenti vociferari, torvum tueri, cædere ſe ipſum: ſed quieſcere, neq, affectum morbi intentiorem jactatione & clamore facere. Iram magis accenditur iis, quæ irati agunt & dicunt. Ergo optimum eſt ut placidè nos contineamus, aut fugiamus oc-

ſultemuſve nos, & in quietem tanquam portum cõfugiamus, ubi iræ quaſi morbi comitialis actio nẽ præſenſimus: ne cadamus, aut in alios potius incidamus. Quocirca non ſine cauſa in Monoſtichis dicitur ξίφος τιτρώσκει σῶμα, τὸν δὲ νοῦν λόγος. Plut. in libello de educatione liberorum, linguæ cohibendæ in ira etiam addit manus; cum ait, τὴν γλῶτταν κρατεῖν, τὸ τῆς ὀργῆς ὑπερεχάνω γίγνεσθαι τῶν χειρῶν κρατεῖν. Et quidem, quod hic de lingua coercenda dicitur, nõ ignoravit Athenodorus Philoſophus, Præceptor Cæſaris Auguſti, qui cum propter ſenectutem domum ſe dimitti poſtulaſſet, Cæſarque innuiſſet: Athenodorus valedicens Cæſari, quaſi pro extrema admonitione hoc ei ſuggeſſit: Cum iratus fueris, ô Cæſar, nihil neque dixeris, neque feceris, priuſquam quatuor & viginti Alphabeti literas, tecum ipſe percurreris. Quo audito Cæſar Athenodoro manus injecit, & adhuc, dixit, te præſente mihi opus eſt. Atq; ita per integrum adhuc annum eum ſecum detinuit, aſſerens ὅτι ἔστι καὶ σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας. Quam ſententiam forte in gratiam Auguſti Horat. intexuit, Od. 2. lib. 3. hunc in modum canens. Eſt & fideli tuta ſilentio merces. Quam autem utile & neceſſarium ſit in ira linguam continere, patet etiam ex illis Plutarchi περὶ ἀοργησίας. ubi ira, inquit, fœdè inflans atq; intendens faciem, etiam turpiorem & ingratã vocem emittit. Mare quidem purgari tradunt quando ventis exagitatum, muſcum algãq; ejicit. Quæ v. excandeſcentia, animo cõturbato evomit impudica, amara, & futilia verba, ea primum di-

centes conſpurcant infamiq; obruunt, ꝙ ſemper
eorum pleni, tum p irā detegere vidētur: itaq; ira
ti, ſermonis, rei leviſſimę, graviſſimas dāt pœnas:
inimici, maledici & maligni crediti eſſe. Et mox.
Iratorum lingua exaſperata & inquinata, cum in
abſurda dicta erumpit, inimicitiæ implacabilis ef-
fectricē injuriam affert, & malevolentiæ occultæ
delatricem Ita in ira nihil magis decet, q̃ quies. Id
ꝙ ibid. auctoritate Sapphus probat, quæ cecinit.
σκιδναμένης ἐν στήθεσιν ὀργῆς πεφυλάχθαι γλῶσσαν μαψυλάκταν. Sic teſte Sen. in Socr. ſignum iræ erat, vo- 1
cē ſubmittere, loqui parcius. Apparebat tum eum
ſibi obſtare. Nec erat ei exprobratio latitantis iræ
ingrata, Quidni gauderet, ꝙ irā ſuam multi intel
ligerent, nemo ſentiret? Inter remedia a. iræ Plu- 1
tarch. hoc initio ponit, ꝙ ſupra quoq; attigimus,
nimirum deformitatis iræ conſiderationem. In-
quit n. ſe ante omnia obſervaſſe irā qualis nam ea
res eſſet. Ac principio, inquit, ſicut Hippoc, cum
morbū periculoſiſs. ait eſſe, in quo ægrotātis faci- 2
es ſui diſſimilima fiat, ita ſentiens iratos maximè
mutare faciem, colorem, inceſſum, vocem, veluti
imaginem quandam eius affectionis animo mihi
cōfirmavi, admodum indignā rē exiſtimans, ſi ita
terribilis & abalienatus aliquando conſpicerer ab 2
amicis, & uxore, & filiab. nō viſu modo ſecus inſo
lens, ſed & vocem edens immanē atq; aſperā: ſic
ut ipſe in quoſdā familiarium incidiſſē, qui præ ira
neq; mores, neq; formā, neq; ſermonis elegantiā
neq; in colloquio comitatē ſervare poterant, Si- 3
milem iræ vehementiā in lib. de Homero, ex ipſo
Homero idem repræſentat in hanc ſententiam.

Non furor eſt tantus panthera, ſive leonis,
Sive immanis apri, quo vix vehementius ulla
Perfurit, aut rabie deſævit beſtia tanta.
Panthoidæ claris eſt quanta ferocia in armis.

Ariſt. Alexand. ira excandeſcentē ſingulari quodam modo, non ſine adulatione placare volens, ut eſt in Var. Hiſt. Ælian. l. 12. ad cū ſcripſit, ὁ θυμὸς καὶ ἡ ὀργὴ οὐ πρὸς ἴσους, ἀλλὰ πρὸς τοὺς κρείττονας γίνεται, σοὶ δὲ οὐδεὶς ἴσος, i. e. Excandeſcentia & ira non in pares, ſed in meliores exiſtere ſolet. Tibi vero nemo par eſt. Alii & maximè ſcriptores Chriſtiani, alia habent contra iram remedia, quorum alia ſunt argumenta dehortantia ab ira, alia προφυλακτικὰ, ſeu frena iræ externa. Inter argumenta ſunt 1. prohibitiones divinæ. Sol non occidat ſuper iram veſtram. Ira temeraria coram Deo cædes eſt. 2. Divina providentia, ſine qua nullæ etiā nobis iniuriæ inferuntur ab hominibus, & eæ ipſæ quæ inferuntur diriguntur in bonum & tandem nobis ſalutarem finem. 3. Exemplum clementiæ divinæ tam diu tolerantis etiam hoſtes ſuos. Si quoties peccant homines &c. 4. Dei erga nos miſericordia, multo nobis plura condonantis, quam nos aliis. 5. Periculum iræ in nos divinæ, niſi libenter aliis ignoſcamus. ubi locus eſt parabolæ de debitore centum talentorum. 6. æquitatis & iuſtitiæ ratio. Cum velimus alios noſtra nobis peccata condonare; ipſis quoq; mutuum præſtemus. &c. Iræ impedimenta externa ſunt, 1. Non eſſe curioſum. 2. Inter iram & exſecutionem moram interponere. Vt Socrates iraſci ſe ſentiens, cæderem te, inquit, niſi iratus eſſem. quo

pertinet & Athenodori præceptum ſupra poſitū. 3. Diſceſſio ab iis quibus iraſcimur, donec ira deferbeat. Subtracta materia, ignis non ardet. 4. Vitatio occaſionum, ut ſunt contentiones & homines contentioſi, compotationes, & alia quæ fervorem temperamenti irritant. 5. Meditatio remediorum iræ cum abeſt iracundia. 6. Invocatio auxilii divini, ut det nobis cor manſuetum & placabile. Ad iræ declinationem pertinet, quod Plutarchus in Apophtegmatis refert de Coty Rege Thracum, qui cum natura iracundus eſſet, & hoſpes quidam fictilia ei vaſa attuliſſet tenuia & fragilia admodum, ſed alioquin eleganter & ſubtiliter picturis cælaturiſque adornata; hunc quidem donis affecit, ſed fictilia iſta omnia confregit: quod vereri ſe diceret, ne ſervos, ſi ea forte fregiſſent, ſævius puniret. Cuius exemplum Auguſtus Imp. imitatus eſt in cœna apud Vedium, ſi rectè memini, Pollionem, nolens propter mortua vitra, vivos interfici homines.

Quæ quidem virtus] Linguam continendi.

Non minor] quia pars quoque eſt θαυμαστῆς προνοίας, de qua ſupra ex Plutarcho dicebam.

Facilius enim & levius eſſe videtur iræ principiis obviam ire, quam eam iam exardeſcentem reprimere, & linguam inhibere, ne iræ indulgendo, eius vehementiæ, dictis iniuriis & contumelioſis evomendis, gratificetur. Eodem modo pars medicinæ facilior videri poſſit προφυλακτική, quam θεραπευτική. Quis ſane minorem agnoſcat virtutem Architæ, quod cum ſenſiſſet ſe

in

in ſervulos commotum, nihil tum fecit, tantum abiens, Fortunati, inquit, eſtis, quod iraſcor vobis. Quis inquam minorem hanc eius virtutem cenſeat, quam ſi planè iratus non fuiſſet? Magni roboris erat Milo, qui ſtantem taurum loco poterat movere: at longè maximi Tithormus bubulcus qui taurum furentem in medio curſu violenter retinebat. Cuius vis non plane improvidi eſt, in loco declivi ſeipſum lento paſſu incedentē ne ruat ſuſtinere: at cum labi cœperit, ſe cohibere, non niſi robuſtiſſimi eſſe poteſt. Sic ab ira non commoveri minus arduum eſt, quam cum iraſci cœperis & linguæ ita moderari ut conſtitutos à recta ratione limites non egrediatur. Aſcribere hic libet Parodiam verſuum Horatianorum.

Ira ignis celer eſt, hunc tu preme, qui niſi ceſſet, Opprime, & hunc rivis totiſque extingue fluentis.

Nam illud] Non iraſci, τὸ ἀόργον vel ἀόργητον vel ipſa ἀοργησία.

Eſt gravitatis] Leves iniurias contemnentis, & homines nihili ſua ira indignos cenſentis.

Lentitudinis] ἀοργησίαι & ſegnitiæ, omnia omnibus indulgentis, de qua Cicero 4. Tuſculana. Peripatetici virum videri negant, qui iraſci neſciat, eamq; quam lenitatem nos dicimus, vitioſo lentitudinis nomine appellant. Quæ eſt non tam iræ privatio, ſed eius quā ratione officii ſuſcipere debuimus iræ ſuffocatio, & prætermiſſio. Quales ſunt quidā non tantū tepidi, ſed etiā planè ira frigidi, ut nullā ob rem etiā flagitioſiſſimā ſe ſināt

commoveri, ſed inſtar ſaxorum & ſtipitum patiā tur omnia etiam impia & blaſphema abire impunita. Saxones vocant Kaltſinnig. Talis eſt Mitio Terentianus. Pertinet hic locus Ariſtotelis qui eſt in quarto Ethicorum ὁ μὲν οὖν ἐφ' οἷς δεῖ καὶ οἷς δεῖ ὀργιζόμενος, ἔτι δὲ καὶ ὡς δεῖ, καὶ ὅτε, καὶ ὅσον χρόνον ἐπαινεῖται. ἀοργησία δὲ ψέγεται, οἱ γὰρ μὴ ὀργιζόμενος ἐφ' οἷς δεῖ ἠλίθιοι δοκοῦσιν εἶναι καὶ οἱ μὴ ὡς δεῖ, μηδ' ὅτε, μηδ' οἷς δεῖ. δοκεῖ γὰρ οὐκ αἰσθάνεσθαι, οὐδὲ λυπεῖσθαι. μὴ ὀργιζόμενος τε οὐκ εἶναι ἀμυντικὸς τὸ δὲ προπηλακιζόμενον ἀνέχεσθαι, καὶ τοὺς οἰκείους περιορᾶν, ἀνδραποδῶδες. Hoc eſt qui ob quæ oportet & quibus oportet iraſcitur, præterea & ut oportet, & quando, & quouſque, laudatur: lentitudo autem vituperatur. Nam qui, ob quæ oportet, non iraſcuntur, eſſe ſtolidi videntur: quique non ut oportet, neque quando, neq; quibus oportet. videtur enim non ſentire, neque dolore affici: & qui non iraſcitur, non eſſe idoneus ad ulciſcendum. At tolerare, ſi laceſſaris, negligereq; ſuos ſervile eſt.

Quocirca indignatur Cicero ep. 15. lib. 15. ad Atticum, quod ita à quibuſdam ſpretus eſſet, ut nec animum nec ſtomachum habere videretur.

Moderari animo] τῷ θυμῷ, ſeu animo ira cōmoto, ne ſupra modum efferveſcat. Ovid. *Vince animos, iramq; tuam, qui cætera vincis.*

Moderari orationi] ne in convicia & maledicta erumpat. Huc illud Euripid. Δυοῖν λεγόντοιν θατέρου θυμουμένου, Ο μὴ ἀντιτείνων τοῖς λόγοις.

Tenere in ſua poteſtate motum animi] Iram ſe ipſum vincendo compeſcere. Ita ut etiam in ira ſui iuris ſit recta ratio, & affectibus tanquam ſer-

vis imperet, quod faciendum Horatius præcipit, illo vulgari quidem, ſi os ſpectes; rarò autem, ſi animos ei præcepto conformes quæras.

Ira furor brevis eſt, animum rege, qui niſi paret,
Imperat, & hunc frenis hunc tu compeſce catena.

Motum animi] Perturbationem & affectũ iracundiæ. periph. iræ.

Et dolorem] ἐκ ὀλιγωρείᾳ aut offenſione ortum, unde naſcitur ira.

Etſi non eſt perfectæ ſapientiæ] cuius eſſe putat prorſus non excandeſcere. Vt Socrates faciebat, de quo hæc habet Plutarchus de liber. educand. Ira ſuperiorem eſſe, ſapientis eſt. Socrates calce impetitus eſt ab adoleſcentulo feroce & impuro, cumq; ſuos videret indignè id ferre & fremere, adeò ut illum in ius quoque trahere cogitarent: Quid ergo? inquit, an ſi me aſinus calce feriiſſet, iuſſuri eratis, ut contra calcem ei impingerem.

Neque tamen inultum planè id adoleſcens tulit, ſed omnibus ei facinus hoc exprobrantibus, calcitronemq; appellantibus, ſuſpendio vita ſe ipſum exuit. Ibidemque virorum ſapientũ moderationis exempla leguntur complura. Idem Socrates, nuncianti cuidam quod ab alio quopiam maledictis inceſſeretur; Bene, inquit, loqui non didicit.

Tamen eſt non mediocris ingenii] cum iudicio, prudentia, moderatione & exercitatione coniuncti: In eadem ſententia eſt Plutarchus in libro de capienda ex inimicis utilitate. Linguæ, inquit continentiam quæ pars eſt virtutis, non exigua, obtemperantem rectæ rationi ſemper

habere non poteſt, niſi qui exercitatione, accuratione, laboriſque contentione peſſimos affectus, qualis eſt ira, edomverit. Voces enim quæ invitis excidunt, de quibus illud dici poteſt, Erupit clauſtris vallati dentibus oris. &, quod nonnulla verba evolant exercitatione non ſubacta quaſi labimur & diffluimus: hæc, inquam, proficiſcuntur ab impotentia animi iram regere ignari, propter ruditatem iudicii, & vitæ rationem ferociorem.

In hoc genere] moderationis iracundiæ.

Commodiorem] faciliorem, tractabiliorem, ſuaviorem.

Mitiorem] manſuetiorem, humaniorem.

Pertinet hæc quoque ad λόγον ἐσχηματισμένον de quo aliquoties ſupra plura diximus. Huic autem malo, ipſum quoq; tempus, & ætas aliquid afferunt remedii. de tempore notum eſt illud Ariſtotelis ὀργὴν παύει ὁ χρόνος. Et Cicero de quolibet dolore dicit. Nullum eſſe, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat. De ætate ingraveſcente Horatius cecinit.

Lenit albeſcens animos capillus,
Litium & rixæ cupidos protervæ.
Non ego hoc ferrem calidus iuventa
Conſule Planco.

Sapienti autem hanc temporis medicinam, omnibus communẽ, non expectandã, ſed ratione anteverterendam, Cicero monet.

Vehementiores concidunt] commotiones. Iræ enim excandeſcentiam reprimis.

Nulla maledicta] quia in ira linguam cohibes.

Nullæ contumeliæ] iniuriæ, & ὕβρεις verbo vel re ipſa aliis factæ. Non obſcurè autem hæc ſcribens arguit Quinctum his omnibus vitiis duobus prioribus annis plus iuſto indulſiſſe. Contumelia autem à contemnendo ſic dicta, eſt iniuria gravior, quæ vel verbis fit, vel factis, vel ſcriptis. Ein ſchmähredung/ ſchendung.

Abhorrent à literis] bonis doctrinis, quibus non ſatis eſt te imbutum eſſe: niſi etiam vita & moribus iis te conformem præſtes.

Ab humanitate] Irati enim & contumelioſi beſtiis quam hominibus ſimiliores ſunt. quod, ut Ariſtoteles Philippo ſcribit, eſt βάρβαρον καὶ ϛυγητόν.

Contraria imperio] Opes enim & potentia debent eſſe inſtrumenta virtutis & beneficentiæ aut ferociæ, non oppreſſionis, contumeliæ, petulantiæ, aut ferociæ. In quam ſententiam Ariſtoteles Alexandro ſcribit διὸ πειρῶ τὴν ἀρχὴν μὴ εἰς ἀλλ' εἰς εὐεργεσίαν καταϛήσασθαι πρὸς ἀρχὴν, q. d. Da operam ut imperium quod adeptus es, non conferas ad petulantiam vel ferociam, ſed ad beneficentiã & virtutem, qua nihil eſſe ſolet in vita mortalium maius.

Ac dignitati) Neq; enim decet virũ in dignitate cõſtitutũ re levicula commoveri, aut inſtar muliercularum ſubitò excandeſcere, ſed potius moderationis & gravitatis ſuę rationem habere. Ita Democritus ad quendẽ flagris in ſervum ſęvientem, Deſine, inquit, te ſervo tuo ſimilem oſtendere. Servus enim eſt, qui ſuis cupiditatibus imperare non poteſt.

Nam ſi implacabiles] Hunc locum rectius intellexerit is, qui conſideraverit ea, quæ Ariſtoteles docet in quarto Ethicorũ de exceſſibus manſuetudinis, quorum paulo ante quoque nonnulla attigimus.

Implacabiles iracundiæ] quo vitio laborant, qui Ariſtoteli ſunt πικροὶ ſeu acerbi, qui ut ipſe ait, ſunt δυσδιάλυτοι, καὶ πολυν χρόνον ὀργίζονται κατέχουσι γὰρ τὸν θυμόν. Sunt autem tales, dum hoc modo celant iram, & ſibiipſis & amiciſſimis quibuſque moleſtiſſimi. Quales etiam ſunt quos ibidem vocat χαλεπούς ſeu difficiles & atroces in iraſcendo, qui & ob quæ non debent, & magis quam debebant ſuccenſent. Sunt enim complures ſpecies iræ fermè ab exceſſu petitæ ὀργαλότης, id eſt facilitas quædam ad iraſcendum irritabilis ἀκροχολία biliofitas πικρία ſeu πικρότης amaritudc in celanda ira. χαλεπότη δυσοργησία implacabilitas. θυμὸς ſubitus animi impetus. χόλος bilis. μῆνις furor. quarum ipſarum appellatio huius loci utilis eſt. Sicut & locus Senecæ qui eſt in primo de Clementia. Magnam fortunam magnus animus decet: qui niſi ſe ad illam extulit & altior ſtetit, illam quoq; infra fraternam deducit. Magni autem animi eſt proprium, placidum eſſe, tranquillumq; & iniurias atq; offenſiones ſemper deſpicere. Muliebre eſt furere in ira. Ferarum verò, nec generoſarum quidem, præmordere & urgere proiectos. Elephantes leoneſq; tranſeunt, quæ impulerunt. Ignobilis beſtiæ pertinacia eſt. Non decet regem ſæva nec inexorabi-

rabilis ira. Non multum enim ſupra eum eminet, cui ſe iraſcendo exæquat.

Summa eſt accerbitas] Græce χαλεπότης Implacabilitas, quam aliqui latine atrocitatem vocant: quia hoc vitio qui laborant, placari ſe non patiuntur ἄνευ τιμωρίας ἢ κολάσεως; id eſt, ſine ultione vel ſupplicio. Vnde etiam ſimultates, odia, pugnæ, iniuriæ, homicidia & bella exiſtunt, quibus nihil eſſe aut dici poteſt acerbius & intolerabilius. Seneca libro 1. de clementia. Quantulum nocet privata crudelitas? Principium ſævitia bellum eſt.

Sin autem exorabiles] Qualis ira eſt ὀργίλων καὶ ἀκροχόλων, qui cito iraſcuntur, & quibus non oportet (ἀκρόχολοι enim ſeu billioſi ſupra modum, & ad quidvis & quacunque de re excandeſcunt,) παύονται δὲ ταχέως, ὃ καὶ βέλτιστον ἔχουσι. Hoc autem ipſis evenit quia iram non retinent, ſed reddunt & deinde iraſci deſinunt. talem fuiſſe Q. Ciceronem patet ex Epiſt. 15. lib. 1. & Epiſt. 9. lib. 10. ad Atticum, quarum utraque lectu digniſſima eſt. Horatius quoque de ſeipſo fatetur, ſe fuiſſe iraſci celerem, tamen ut placabilis eſſet.

Summa levitas] Inconſtantis enim eſt ſubito commoveri ſtomachari, dentibus frendere, extrema quæque minari, atq; adeo omnes irarum effundere habenas, idq; plerunq; non ſatis gravi de cauſa; & mox hunc ipſum ardorem ridicule remittere, & ei, cui paulo ante ſtomachatus fueras, mox iterum blandiri. Eſt enim levitas vitium conſtantiæ & gravitati contrarium, non

ſervans in dictis, factis, aut geſtibus decorum perſonæ aut conſtantiam: aut non habens ſtudium retinendi famam & exiſtimationem honeſtam. quorum utrumq; fit in Excandeſcentia hac exorabilius. Imo in ea opinione eſt homo Chriſtianæ manſuetudinis ignarus, ut exiſtimet nihil honeſtius eſſe quam inimico, à quo offenſus ſit, non niſi vindicta interveniente placari. quod & ex ῥητ. α. Ariſtotelis patet.

Ut in malis] quorum duobus propoſitis minus quodammodo videtur optabile. Alibi dicit pro re nata. In Epiſtola ad Caſſium, quæ eſt ſecunda lib. 12. Famil. Quod inquit ſcribis te confidere, auctoritate & eloquentia noſtra aliquid profici poſſe: nonnihil, ut in tantis malis, eſt profectum. Item lib. 11. ad Att. Epiſt. 19. Mihi tantum temporis ſatis eſt, dum, ut in peſſimis rebus aliquid caveam. Et Theog. de ſua vivendi conditione interrogantibus vult reſponderi ὡς εὖ μὲν χαλεπῶς ὡς χαλεπῶς δὲ μάλ' εὖ. Qua forma loquẽdi utimur, cum conditionis noſtræ mediocritatem aliquo modo tolerabilem volumus oſtendere, quæ nec peſſima, nec plane ſit optima. Iuxta illud, ut quimus quando ut volumus non licet.

Acerbitati anteponenda] cum hoc uno vitio minꝰ ſit vitioſa levitas hęc, utpote quod non tantum nocet, quantum ira gravis & implacabilis, qualis apud Virgilium tribuitur non Iovi ſed Iunoni, ut hoc ipſum vitium magis muliebre quam virile eſſe arguatur.

Iunonis gravis ira & inexſaturabile pectus.

Quod

Quod autem levitatem anteponit acerbitati cauſa eſt petita ex loco 61. de comparatione bonorum & malorum primi libri ῥητ. Ariſtot. ubi dicitur, ſi uni eidemque rei nunc hoc nunc illud adiungatur, fiatque res ea propter acceſſionem huiuſmodi nunc maior nunc minor: tum id cuius appoſitio rem maiorem faciat maius quoque fore, & contra. Ita ad iram iam accedit levitas placabilis; iam acerbitas implacabilis. qua ira fit maior. Ergo acerbitas quoque levitate illa maius eſt malum. Cauſam autem huius iracundiæ diverſitatis ratione moræ & durationis diverſæ explicãt Medici & Phyſici. Excitatur enim, ut aiunt, materia iræ in bile flava, quæ calore ſuo ebullit in folliculo fellis, & effuſus iſte humor acrimonia ſua vellicat ac mordet partes vicinas cordi; quod irritatur & excitat vitales ſpiritus & ſanguinẽ ad vindictam. Iſta bilis, ſi ſubtilis ſit & acris irritabiles efficit homines: Sin admiſceatur atra bilis, tardior quidem eſt ira, ſed durabilior, ut videre eſt in heroicis viris, in quibus ſanguis eſt melancholicus, hinc ira illorum intolerabilis & diuturna fit, ac ſæpe in furorem finitur, ut de Hercule & Aiace ſcribitur.

De hac deprehenſione] acerbitatis tuæ.

Plurimũ ſermonis] queruli, ſiniſtri, & maledici.

Crede propterea] Mitigatio admonitionis à Metatheſi cauſæ petita. Cauſam n. acerbitatis fratern[illegible] ait, non naturam ipſius ſævam & indom[illegible] ſed ſubditorum iniurias, avaritiã, inſolẽtiam & [illegible] ſcelera, quibus honeſtum iraſci, &

quibus etiam mitiſſimi & moderatiſſimi cuiuſq;
magiſtratus levitas & patientia potuerit expu-
gnari. Quamvis Demonax vitia corrigenda dixit
exemplo medicorum, qui non raſcuntur ægrotis,
ſed morbum ſanant. ¶

Quod, quod, quod] inſignis anaphora.

Quod avaritia] ſeu malum φιλαργυρείας καὶ χρυ-
σομανίας, quod μητρόπολιν πάντων τῶν κακῶν admodũ
acutè & graviter dixit Diogenes. Quis igitur ei
non merito iraſceretur? 1

Inſolentia] Inſolens latinis primo eſt, qui Græ-
cis vocatur ἀηθὴς, inſuetus, inſolitus ut Terent.
Quid tu Athenas inſolens. Tacitus. Animus cõ-
tumeliæ inſolens. Hinc inſolentia ſeu ἀήθεια pro
re non conſueta & inſolita. Cic. Diſputationis, 1
voluptatum, ſermonis inſolentia. Sed hæc nihil
ad hunc locum. Alias inſolens idem eſt quod ἀ-
λάζων ſeu arrogans, quem, eum eſſe Donatus ait,
qui præter legem agat humanã & naturalem. Ita
Cicero victoriam natura inquit inſolentem &
ſuperbam eſſe. Hinc inſolentia ſeu ἀλαζονία. Cic.
de Invent. Ex inſolentia arrogantia, ex arrogan-
tia odium. de qua inſolentia hoc loco potiſſimũ
loquitur.

Præter opinionem] utpote qui talium rerum 2
nondum feciſſes periculum, & qui ex tuo
ingenio alios iudicares: & cum ipſe probus eſſes,
alios improbos difficulter ſuſpicareris.

Et intolerabilis videbatur] atq; ita etiam pœnæ
& animadverſiones graviores viderentur adhi- 3
bendæ. Cum duro nodo, durus etiã cõvenire di-
catur cuneus præſertim in principio imperii, quã-

do animi nondum deferbuerunt, & diſſimulare nõnulla, nondum didicerunt. Qua tamẽ in parte peccans, odio nocentis perdit innocentiam.

Secundus multo lenior] uſu ſcil. & experientia paulatim docente, nõ omnia per τὸ ἀκριβοδίκαιον & ſeveritatẽ: ſed pleraq; per ἐπιείκειαν & moderationem felicius regi & adminiſtrari: cumque neſcire imperare, qui diſſimulare neſciat.

Conſuetudo, ratio, litera] Quæ Græcis ſunt ἔθος, λόγος, ὑποθῆκαι. Nam φύσιν ſupra poſuit cum diceret, cuius natura talis eſt ut etiam ſine doctrina videatur moderata eſſe potuiſſe &c. Eadem fere coniungit Plutarchus in libro de liberis educandis, cum ſcribit, ad virtutis perfectionem tria oportere concurrere. Naturam nimirum, rationem & adſuefactionem. Sub ratione vero intelligi inquit volo doctrinam: & adſuefactionis nomine exercitationem. Initia hoc in genere debentur diſciplinæ: uſus exercitationi: perfectio omnibꝰ: & ubi horum aliquid defecerit, ab ea parte mancam fieri virtutẽ neceſſe eſt. Natura quippe abſq; diſciplina ſi ſit, cæca eſt; diſciplina, ſi à natura deſtituatur, defecta. Exercitatio his duobus demptis imperfecta eſt. Et quemadmodum ad agriculturam primum requiritur bonum ſolum, deinde peritus colonus, deniq; ſemina frugi: ita plane hic natura ſolo, agricolæ magiſter, ſemini præcepta atq; inſtituta, reſpondent. Eiuſdem de conſuetudine & aſſuefactione, abſtinendi ab ira inſignia ſunt hæc, in fine libelli de ira cohibenda. ubi inquit ſe ad imitationem aliorum Philoſo-

phorum, (quorum aliqui votum fecerant, ſe per annum à re venerea, vino, aut mendacio velle abſtinere) certos quoſdam dies inſtituiſſe, quibus irâ vacaret: deinde menſem, mox duos tandem, inquit tenui rationem. Atque hoc pacto me ipſum expertus, ſucceſſu temporis magnos feci ad patientiam progreſſus, temperanter me ipſum attendens atque cuſtodiens, cum boni ominis comprecationibus, immunem iræ, & purum omnis pravi ſermonis, abſurdæque actionis, ac perturbationis, quæ propter voluptatem exiguam atque ingratam, turbas magnas, turpiſſimamque afferret pœnitentiam. Atque hinc, niſi fallor, deo etiam nonnihil adiuvante, comprobavit experientia iudicium hoc, Placidos, manſuetos atque humanos mores, nemini eorum quibus cum vivitur, ita gratos, iucundoſque eſſe, ut ei ipſi, qui iis eſt præditus.

Ratio] ſeu conſideratio cauſarum & modorum, quibus vel iram avertere, vel opprimere, vel etiam ſedare debeamus. quarum multas hactenus inculcavimus.

Emendatus] mendis & nævis carens. Eſt enim emendare aliquid, quod mendoſum eſt, à mendis, vitiis & erratis repurgare. Similia verba ſunt emaculare, elapidare, emaſculare.

Vt ne minimam rem quidem quisquam poßit ullam] ut omnia quæ facis ſunt ἀμώμητα καὶ ἀνεπίληπτα, quod tamen in mortalitatis huius infirmitatem minime cadit. Nam ὀυδεὶς ἀνθρώπων ἐστὶν ἀναν-ἐκ σοφός. Et ἁμαρτάνει καὶ σοφοῦ σοφώτερος.

Tra-

TRACTATIO SEV Collocatio.

Ea abſolvitur partibus fere tribus, quarum prima eſt ſuperiorum præceptionum quædam mitigatio facta per Metátheſin cauſæ fictã. Præceptionum enim illarum, non ſine adulatione aliqua cauſam fuiſſe ait, non inſtitutionem & adhortationem, ſed delectationem & voluptatem, quã ex commemoratione virtutum fraternarũ perceperit. Altera eſt ἀποτροπὴ ſeu dehortatio ab iracundia. quæ quibus argumentis conſtet, patet ex analyſi præmiſſa. Tertia Concluſio, conſtans ἐπιθεραπεία ſeu mitigatione & προτροπῇ adhortatione. Fratrem enim, utpote iam, ratione iracundiæ, commodiorem & mitiorem ſuggeſtionibus ipſis minus egere innuit: ſed tamen eundem ad maiorem hac in parte perfectionem adhortatur. Vbi obſervandum quomodo mitiganda & lenienda ſint illa, quæ in monendo ac præcipiendo parum eſſe videntur iucunda & grata. Fit autem hoc vel ἐπαίνῳ ſeu laude illorum quos hortari volumus: vel excuſatione quoque eorum, quæ perperam facta videri poſſint. Quemadmodum hic Cicero fratris reſipiſcentiam laudat, eiuſdemq; iracundiã tanquam non plene iniuſtam excuſat, à cauſis impellentibus, provincialium nimirum avaritia, inſolentia & iniuriis, quibus bonum quoque magiſtratum ad iram commoveri non eſt mirum.

Quo accedit non nuda commendatio, ſed etiam commemoratio cauſarum virtutis in fratre iam commendatæ, videlicet lenitatis: cuius cauſam ponit conſuetudinem, rationem, literas & adhortationes fraternas. 5

RATIONES PRAECEPTORVM ſeu loci communes.

1 De evitanda iracundia. Cui qui ſupra mo- 1
dum obnoxii ſunt, ita ſubinde excæcantur, ut in omnibus rebus modum excedant, & id quod recte & ex rei veritate fieri debebat, non videant. ſibi enim indulget ira, & ex libidine non ex veritate iudicat: imo rectum iudicium homini plane 1
eripit, & etiamſi oculis eius ſubiiciatur iubar veritatis, tamen magis amat ac tuetur errorem. In male deniq; conceptis honeſtior illi videtur pertinacia, quam pœnitentia. Præterea iracundia, ut hic Cicero ait, eſt indicium animi levis & infirmi, 2
& magiſtratū maximè deformat. Bias certè, bono conſilio duo maxime contraria eſſe dicebat, Feſtinationem & Iram. Iratus enim cum extra ſeipſum ſit, vacuus eſt omni conſilio.

2 De modis iram cōpeſcendi & reprimendi. 2
Quod quam neceſſariū ſit, patet ex effato Chilonis, qui ajebat, iram comprimendam & vincendā eſſe, quod is affectus ceteris ſit potentior: quem ſuperare maioris ſit fortitudinis, quā hoſtē armatum deiicere. Cum non minus mortalib. exitii ſit 3
ab ira, quam ab hoſte vel ſæviſſimo. Et quidem

non

non tantũ in ſinu ſtulti requieſcere iram (ut ſacræ loquuntur literæ] ſed etiam in cordib. virorum heroic. ſubindè excitari, monet exemplũ Achillis ὀδ. α. ubi is iratus ſtricto gladio proſequitur Agamemnonem. Sed ne quid gravius committat, à Minerva capillis retrahitur. Quo ſignificare voluit ſapiens Poeta, etiam excelſo præditos ingenio facilè excandeſcere, & expetere vindictam: ſed tamen mox ad ſe redeuntes, modum prudenter adhibere. Cuius rei aliud quoque exemplum affert A. Gellius lib, 1. cap. ult. ubi de Plutarcho narratur, quod ſervus ipſius, dum merito flagris cæderetur, iram ipſi nimiam objecerit. Cui herus Plutarchus his verbis reſponderit. Quid verbero, nunc ego tibi iraſci videor? ex vultune meo, an ex voce, an ex colore, an etiam ex verbis correptum eſſe me ira intelligis? mihi quidem neque oculi opinor truces ſunt, neque os turbidum, neque immaniter clamo, neque in ſpumam ruboremve efferveſco, neque pudenda dico aut pœnitenda, neq; omnino trepido ira & geſtio. Hæc enim omnia, ſi ignoras, ſigna eſſe irarum ſolent, & ſimul ad eum, qui cædebat, converſus, interim, inquit, dum ego atque hic diſputamus, hoc tu age. Hæc Gellius. ubi etiam diſcrimen ſtatuitur inter ἀοργησίαν καὶ ἀναλγησίαν vel ἀναισθησίαν. A qua non procul abfuit Diogenes, cui, de non iraſcendo accuratè diſſerenti, adoleſcens quidã protervus, veluti periculum facturus, an re quoque ipſa præſtaret, quæ diceret, in faciem inſpuit: quod ille patienter ferens, non quidem, inquit, iraſcor, ſed dubito tamen an iraſci oporteat.

quibus etiam mitiſſimi & moderatiſſimi cuiuſq; magiſtratus levitas & patientia potuerit expugnari. Quamvis Demonax vitia corrigenda dixit exemplo medicorum, qui non raſcuntur ægrotis, ſed morbum ſanant.

Quod, quod, quod] inſignis anaphora.

Quod avaritiæ] ſeu malum φιλαργυρείας καὶ χρυσομανίας, quod μητρόπολιν πάντων τῶν κακῶν admodũ acutè & graviter dixit Diogenes. Quis igitur ei non merito iraſceretur? 1

Inſolentia] Inſolens latinis primo eſt, qui Gręcis vocatur ἀηθής, inſuetus, inſolitus ut Terent. Quid tu Athenas inſolens. Tacitus. Animus cõtumeliæ inſolens. Hinc inſolentia ſeu ἀήθεια pro re non conſueta & inſolita. Cic. Diſputationis, 1 voluptatum, ſermonis inſolentia. Sed hæc nihil ad hunc locum. Alias inſolens idem eſt quod ἀλάζων ſeu arrogans, quem, eum eſſe Donatus ait, qui præter legem agat humanã & naturalem. Ita Cicero victoriam natura inquit inſolentem & ſuperbam eſſe. Hinc inſolentia ſeu ἀλαζονία. Cic. de Invent. Ex inſolentia arrogantia, ex arrogantia odium. de qua inſolentia hoc loco potiſſimũ loquitur.

Præter opinionem] utpote qui talium rerum 2 nondum feciſſes periculum, & qui ex tuo ingenio alios iudicares: & cum ipſe probus eſſes, alios improbos difficulter ſuſpicareris.

Et intolerabilis videbatur] atq; ita etiam pœnæ & animadverſiones graviores viderentur adhi- 3 bendę. Cum duro nodo, durus etiã cõvenire dicatur cuneus pręſertim in principio imperii, quã-

do animi nondum deſerbuerunt, & diſſimulare nõnulla, nondum didicerunt. Qua tamẽ in parte peccans, odio nocentis perdit innocentiam.

Secundus multo lenior] uſu ſcil. & experientia paulatim docente, nõ omnia per τὸ ἀκριβοδίκαιον & ſeveritatẽ: ſed pleraq; per ἐπιείκειαν & moderationem felicius regi & adminiſtrari: cumque neſcire imperare, qui diſſimulare neſciat.

Conſuetudo, ratio, litera] Quæ Grecis ſunt ἔθος, λόγος, ὑποθῆκαι. Nam φύσιν ſupra poſuit cum diceret, cuius natura talis eſt ut etiam ſine doctrina videatur moderata eſſe potuiſſe &c. Eadem fere coniungit Plutarchus in libro de liberis educandis, cum ſcribit, ad virtutis perfectionem tria oportere concurrere. Naturam nimirum, rationem & adſuefactionem. Sub ratione vero intelligi inquit volo doctrinam: & adſuefactionis nomine exercitationem. Initia hoc in genere debentur diſciplinæ: uſus exercitationi: perfectio omnibus: & ubi horum aliquid defecerit, ab ea parte mancam fieri virtutẽ neceſſe eſt. Natura quippe abſq; diſciplina ſi ſit, cæca eſt; diſciplina, ſi à natura deſtituatur, defecta. Exercitatio his duobus demptis imperfecta eſt. Et quemadmodum ad agriculturam primum requiritur bonum ſolum, deinde peritus colonus, deniq; ſemina frugi: ita plane hic natura ſolo, agricolæ magiſter, ſemini præcepta atq; inſtituta, reſpondent. Eiuſdem de conſuetudine & aſſuefactione, abſtinendi ab ira inſignia ſunt hæc, in fine libelli de ira cohibenda. ubi inquit ſe ad imitationem aliorum Philoſo-

phorum, (quorum aliqui votum fecerant, ſe per annum à re venerea, vino, aut mendacio velle abſtinere) certos quoſdam dies inſtitui ſſe, quibus irâ vacaret: deinde menſem, mox duos tandem inquit tenui rationem. Atque hoc pacto me ipſum expertus, ſucceſſu temporis magnos feci ad patientiam progreſſus, temperanter me ipſum attendens atque cuſtodiens, cum boni omnis comprecationibus, immunem iræ, & purum omnis pravi ſermonis, abſurdæque actionis, ac perturbationis, quæ propter voluptatem exiguam atque ingratam, turbas magnas, turpiſſimamque afferret pœnitentiam. Atque hinc, niſi fallor, deo etiam nonnihil adiuvante, comprobavit experientia iudicium hoc, Placidos, manſuetos atque humanos mores, nemini eorum quibus cum vivitur, ita gratos, iucundoſque eſſe, ut ei ipſi, qui iis eſt præditus.

Ratio] ſeu conſideratio cauſarum & modorum, quibus vel iram avertere, vel opprimere, vel etiam ſedare debeamus. quarum multas hactenus inculcavimus.

Emendatus] mendis & nævis carens. Eſt enim emendare aliquid, quod mendoſum eſt, à mendis, vitiis & erratis repurgare. Similia verba ſunt emaculare, elapidare, emaſculare.

Vt ne minimam rem quidem quiſquam poſſit ullam] ut omnia quæ facis ſunt ἀμώμητα καὶ ἀνεπίληπτα, quod tamen in mortalitatis huius infirmitatem minime cadit. Nam ὀυδεὶς ἀνθρώπων ἐστὶν ἅπαντα σοφός. Et ἁμαρτάνει καὶ σοφȣ̃ σοφώτερος.

Tra-

TRACTATIO SEV *Collocatio.*

Ea abſolvitur partibus fere tribus, quarum prima eſt ſuperiorum præceptionum quædam mitigatio facta per Metátheſin cauſæ fictã. Præceptionum enim illarum, non ſine adulatione aliqua cauſam fuiſſe ait, non inſtitutionem & adhortationem, ſed delectationem & voluptatem, quã ex commemoratione virtutum fraternarũ perceperit. Altera eſt ἀποτροπὴ ſeu dehortatio ab iracundia. quæ quibus argumentis conſtet, patet ex analyſi præmiſſa. Tertia Concluſio, conſtans ἐπιθεραπείᾳ ſeu mitigatione & προτροπῇ adhortatione. Fratrem enim, utpote iam, ratione iracundiæ, commodiorem & mitiorem ſuggeſtionibus ipſis minus egere innuit: ſed tamen eundem ad maiorem hac in parte perfectionem adhortatur. Vbi obſervandum quomodo mitiganda & lenienda ſint illa, quæ in monendo ac præcipiendo parum eſſe videntur iucunda & grata. Fit autem hoc vel ἐπαίνῳ ſeu laude illorum quos hortari volumus: vel excuſatione quoque eorum, quæ perperam facta videri poſſint. Quemadmodum hic Cicero fratris reſipiſcentiam laudat, eiuſdemq; iracundiã tanquam non plene iniuſtam excuſat, à cauſis impellentibus, provincialium nimirum avaritia, inſolentia & iniuriis, quibus bonum quoque magiſtratum ad iram commoveri non eſt mirum.

Quo accedit non nuda commendatio, ſed etiam commemoratio cauſarum virtutis in fratre iam commendatæ, videlicet lenitatis: cuius cauſam ponit conſuetudinem, rationem, literas & adhortationes fraternas. 5

RATIONES PRAECEPTORVM ſeu loci communes.

1 De evitanda iracundia. Cui qui ſupra modum obnoxii ſunt, ita ſubinde excæcantur, ut in omnibus rebus modum excedant, & id quod recte & ex rei veritate fieri debebat, non videant. ſibi enim indulget ira, & ex libidine non ex veritate iudicat: imo rectum iudicium homini plane eripit, & etiamſi oculis eius ſubiiciatur iubar veritatis, tamen magis amat ac tuetur errorem. In male deniq; conceptis honeſtior illi videtur pertinacia, quam pœnitentia. Præterea iracundia, ut hic Cicero ait, eſt indicium animi levis & infirmi, & magiſtratū maximè deformat. Bias certè, bono conſilio duo maxime contraria eſſe dicebat, Feſtinationem & Iram. Iratus enim cum extra ſeipſum ſit, vacuus eſt omni conſilio.

1 (line 1 of item 1, right margin); 1 (beside "tate iudicat"); 2 (beside "hic Cicero")

2 De modis iram cōpeſcendi & reprimendi. 2
Quod quam neceſſariū ſit, patet ex effato Chilonis, qui ajebat, iram comprimendam & vincendā eſſe, quod is affectus cęteris ſit potentior: quem ſuperare maioris ſit fortitudinis, quā hoſtē armatum deiicere. Cum non minus mortalib. exitii ſit 3 ab ira, quam ab hoſte vel ſæviſſimo. Et quidem

non

non tantũ in ſinu ſtulti requieſcere iram (ut ſacræ loquuntur literæ] ſed etiam in cordib. virorum heroic. ſubindè excitari, monet exemplũ Achillis ὀδ. α. ubi is iratus ſtricto gladio proſequitur Agamemnonem. Sed ne quid gravius committat, à Minerva capillis retrahitur. Quo ſignificare voluit ſapiens Poeta, etiam excelſo præditos ingenio facilè excandeſcere, & expetere vindictam: ſed tamen mox ad ſe redeuntes, modum pruden ter adhibere. Cuius rei aliud quoque exemplum affert A. Gellius lib. 1. cap. ult. ubi de Plutarcho narratur, quod ſervus ipſius, dum merito flagris cæderetur, iram ipſi nimiam objecerit. Cui herus Plutarchus his verbis reſponderit. Quid verbero, nunc ego tibi iraſci videor? ex vultune meo, an ex voce, an ex colore, an etiam ex verbis correptum eſſe me ira intelligis? mihi quidem neque oculi opinor truces ſunt, neque os turbidum, neque immaniter clamo, neque in ſpumam ruboremve efferveſco, neque pudenda dico aut pœnitenda, neq; omnino trepido ira & geſtio. Hæc enim omnia, ſi ignoras, ſigna eſſe irarum ſolent, & ſimul ad eum, qui cædebat, converſus, interim, inquit, dum ego atque hic diſputamus, hoc tu age. Hæc Gellius. ubi etiam diſcrimen ſtatuitur inter ἀοργησίαν & ἀναλγησίαν vel ἀναισθησίαν. A qua non procul abfuit Diogenes, cui, de non iraſcendo accuratè diſſerenti, adoleſcens quidã protervus, veluti periculum facturus, an re quoque ipſa præſtaret, quæ diceret, in faciem inſpuit: quod ille patienter ferens, non quidem, inquit, iraſcor, ſed dubito tamen an iraſci oporteat.

Primus autem iram compeſcendi modus eſt dilatio & mora, ut primus impetus & fervor reprimatur: Caligoq; qua tum mens premitur aut plane reſideat, aut minus ſit denſa. ut enim fragilem glaciem ſplendor ſolis, ita iram ſubitam diſcutit mora. Quid Auguſto præceperit Athenodorus, paulò antè dictum eſt. De Theodoſio quoq; & Valentiniano Imp. legimus, eos noluiſſe ſupplicium de aliquo ſumi aut decreta vel mandata in effecta & exſecutionem deduci niſi dies triceſimus interveniſſet.

Secundus meditatio & proæreſis quotidiana de fugienda aut ſaltem coercenda iracundia. Et quidem, judice Plutarcho, cum res ardua ſit, iram compeſcere, multò haud dubie major erit cuſtodia & providentia prohibens, ne in iram incidamus.

Tertius modus eſt. Continentia linguæ, quæ quam in ira difficilis ſit, ipſe hic Cicero docet. Fere enim fit, quando quis iraſcitur, ut ſi manibus ulciſci ſe non poſſit, præſidium in lingua quærat, atque ita in maledicta & convitia erumpat. Et Ariſtoteles 3. Rhet. dicit. Iratus concedi dicta hyperbolica dure translata, & eius generis alia nimiam παῤῥησίαν redolentia. Irati enim tanquam mente capti ignorant, quid loquantur.

Tertius locus communis eſt de cauſis impellentibus ad certum genus vitæ & conditionem, quarum tres hoc loco Cicero attingit, rem ipſam, cupiditatem gloriæ, & Fortunam. Ratione rei conſideratur ſtatus ſeu vitæ noſtræ conditio. Vnde fit,

de fit, ut aliud vitæ genus ſequantur nobiles, aliud plebeji. Ratione cupiditatis gloriæ conſideratur, tolerantia laborum conſtans. Nemo enim diligit, & ſeriò perſequitur genus vitæ laborioſum, niſi φιλοτιμίᾳ aliqua impulſus. Sed utrumque horum irritum eſt, niſi etiam accedat fortuna, ſed potius benedictio divina. Multi enim animis quidem contendunt ad magna, ſed ſucceſſu deſtituti non fiunt compotes ſuorum votorum.

Quartus locus communis. De mutatione animi & conſuetudinis diuturnæ, quæ cum ſit altera quaſi natura, difficile eſt eam ſubitò evellere, ſicuti arborem vetulam penitus ſolo inſitam alteque adeo radices agentem extirpare admodum eſt difficile. A teneris igitur illa emendatio ſuſcipienda eſt, dum molles animi, dum flexilis ætas, ne poſtea citius frangamus, quam flectamus ea, quæ in vitium induruerunt.

Quintus. De duobus extremis iræ juſtæ: de quibus Ariſtoteles lib 4. Ethic. 6. agens: Fatuum & ſtupidum vocat eum, qui non iraſcitur, propter quæ oportet, neque ut oportet, neque quando oportet, neq; in quibus oportet. Et eum, inquit, peccare in defectu. Contra ſupra modum iracundum eum eſſe ait, qui nimis cito excandeſcit, & iraſcitur propter quæ non debebat, neque ut oportebat, neq; quando & in quibus oportebat. Quod ſi in alterutro extremorum ſit peccandum de Cic. quæ hic eſt ſententia, ſatius eſt nimis lenem & exorabilem, quam nimis acerbum & implacabilem eſſe. Plus n. detrimenti exiſtit ex

nimia iræ vehementia, quam ex lenitudine. De Charilao Rege Spartano prædicatur, quod uſque adeo fuerit bonus, ut ne quidem adverſus improbos acerbus eſſe poſſet. Contra de Paulo IV. Papa, quod ſuſceptas cum aliquo ſimultates nullo unquam tempore depoſuerit.

Sextus. De iis, quæ ad virtutis incrementum & perfectionem requiruntur, quæ ſunt natura, ratio, conſuetudo & admonitiones. De natura Quinti ad virtutem inclinata ſupra dixit, ei hic adjungit ἦθος, λόγον & ὑποθήκας, de quibus paulo ante in explicatione verborum plura monui.

ΠΟΡΙΣΜΑΤΑ
ex contextu.

1. Supervacuum eſſe videtur eũ monere, cujus tanta eſt prudentia, ut nullius omnino præcepta deſideret.

2. Sicuti commemoratio virtutum hominis amici, non parum in ſcribendo aut loquendo amicum delectat: ita conſideratio vitiorum ejuſdem non parum eundem contriſtat.

3. Non rarò fit, ut in literis & ſermone longiores ſimus, quam nos initio futuros putaſſemus.

4. Laus imperfecta eſt, quæ fit cum exceptione. Perfectionis igitur ſtudioſo eò contendendum, ut quantum fieri poteſt ſine exceptione queat laudari.

5. Sæpè fit ut multas & eximias alicuius virtutes

tutes unum aliquod vitium imminuat.

6. In vita privata iracundia judicium eſt animi levis & infirmi.

7. Nihil eſt tam deforme, quam ad ſummum imperium etiam acerbitatem naturæ adjungere.

8. Quæ ex aliorum ſcriptis cognoſci poſſunt ea non opus eſt cum tædio denuò inculcari.

9. Epiſtolæ proprium eſt, ut is ad quem ſcribitur de iis rebus, quas ignorat, fiat certior. Ideoque hoc ipſum in epiſtolis non temere eſt prætermittendum,

10. Multi, quibus abſente iracundia, nihil erat jucundius, ita ingruente ira mutantur, ut iiſdem nihil appareat inhumanius.

11. Ira quæ propter aliorum improbitatem & perverſitatem exardeſcit, excuſabilior eſt ea, quæ ſine gravi cauſa exercetur.

12. Non decet nocentis odio perdere innocentiam.

13. Magnus defectus eſt, ſi in homine deſideretur humanitas.

14. Iis de quibus ſempiternus hominum ſermo futurus eſt, meritò cavere debent, ne quod in ipſis inſigne vitium eſſe poſſit.

15. Ita ſubitus & violentus affectus eſt ira, ut ab ea ante occupetur animus, quam providere potuerit ratio ne occuparentur.

16. Multum ad cuiuſcunque vitii emendationem valet, ſi ita te compares, quotidieq; meditere, reſiſtendum ei eſſe.

17. Cum ira maximè animum movet tum, irato diligentiſſimè lingua eſt continenda.

18. Inter iraſcendum taciturnitas non minor virtus videtur, quam omnino non iraſci.

19. Ἀοργησία aliquando indicium eſt gravitatis, aliquando etiam lenitudinis; quod Saxonibus eſt, Kaltſinnigkeit.

20. Non mediocris ingenii & ſapientiæ eſt in ira animo & orationi moderari, & dolorem motumque animi tenere in ſua poteſtate.

21. Succeſſu temporis & ætatis etiam iracundi
natura aliquanto fiunt cōmodiores & mitiores. 1

22. Vehementiores animi concitationes fructus ſunt maledicta & contumeliæ, quæ cum à literis & humanitate abhorrent, tum verò contraria ſunt imperio ac dignitati.

23. Si implacabiles iracundiæ ſint, ſumma eſt 1
acerbitas: ſin autem exorabiles, ſumma levitas:
quæ tamen, ut in malis, acerbitati anteponenda
eſt. Semper n. in aliis quoq; inſtitutis ſatius eſt,
minus quam nimium agere cum medium ſemper
tenere non ſit humanæ imbecillitatis. Si n. quod 2
minus eſt, adhuc aliquid poteſt addi. Nimio a.
nihil demi. Quia factum nequit fieri infectum.

24. Non novum eſt, ut reprehenſione eorum, qui publicis officiis præſunt, plurimum ſer-
monis impendatur. 2

25. Nemo in magiſtratu conſtitutus tam eſt mitis, quem non hominum multiplices injuriæ, avaritiæ, inſolentiæ, & alia vitia, præſertim in gubernationis initio aliquantulum offendant.

26. Præter opinionem accidentia initio vi- 3
dentur intolerabilia donec uſu aliquo modo to-
lerabilia fiant.

27. Qui

27. Qui non ſit melior, deſinit eſſe bonus.

28. In magiſtratu quoque non exiguæ virtutes ſunt patientia & lenitas.

VSVS ET IMITATIO.

Hanc partem imitari poterimus, ſi princeps aliquis in publico officio conſtitutus alium principem vicinum movere debeat, ne Aleæ & venationibus ſupra modum indulgeat, hunc aut ſimilē in modum.

DJeweil ich dich lieber Herr vnd Freundt lieb hab / vnnd in allen dingen gern dein beſtes wiſſen wolte / ſo kan ich nicht wol von vnſer alten vnd vnverfälſchten freundſchafft willen vnterlaſſen / dich eines dinges zu erinnern / daran dir vnd deinē vnterthanen zum höchſten gelegen iſt. Sintemal ich / ſo viel an mir iſt / mit nichten leiden kan / daß du allzeit von andern nicht vollkōmlich / ſondern allein mit beding vnd einem vorbehalt gelobt wordeſt. Dañ alle Leut die der örter herkommen / reden alſo von deiner tugend / vffrichtigkeit vñ freundlichkeit / dz ſie in deinē höchſten Lob allein die ſpielerey vnd dz jagen auſſnemen. Welche fehl vnd vntugend nicht allein in dieſem gemeinē teglichen leben für eine anzeigung eines leichtfertigen / wanckelhafftigen / vnachtſamen / hinderliſtigen vnd zum Theyl auch frechen gemüts gehalten werdē: ſondern es iſt auch nichts ſo ſchendlich vnd vngeſtalt / als wenn einer der in der höchſten Gewalt vnd Regiment vber ſeine vnterthanen ſitzt / noch darüber dem Spiel vnd jagen

wilder Thier allzu viel obliegen wil/ gleich alß wenn er mit regierung der Menſchen/ ſo jhm vnterthan/ nicht gnugſam jnnen hette. Derhalben wil ich jetziger Zeit die mühe nicht auff mich nemen/ daß ich dir all das jenige/ was beyd in der heiligen ſchrifft/ vnd ſonſten von hochgelehrten/ fürnemen Leuten von Jagen vnd Spiel geſagt wird/ dir jetzund fürbringe: Dieweil ich dieſen Brieff gern nicht wolte zu lang machen/ vnd du es aus vielen Büchern vnnd Schrifften leichtlich ſelbſt wol erkündigen vnd erinnern kanſt. Das eintzige aber ſo einen ſendbrieff eigentlich zu ſtehet (nemlich das dz jenige an den geſchrieben wird von Sachen/ die jhm vnbewuſt ſeyn/ verſtendiget werde) kan vnd ſol/ wie ich meyne/ allhie nicht wol von mir vmbgangen werden. Bey nahe alle Leut thun vns von dir den Bericht/ das nicht leichtlich herrlicher/ lieblicher fleiſſiger vnd holdſeliger ſeyn könne als du/ wann du nicht mit Spielen oder Jagen behafftet biſt. So bald dich aber etwa Spieler oder Jäger vberfallen haben/ ſo würdeſtu ſagen/ ſie/ in deinem ſinn alſo bald verendert oder verrücket/ das alls dann alle Leute bekennen/ vnd ſagen müſſen/ daß es dir an deinen gewöhnlichen fleiß/ frömmigkeit vnd Leutſeligkeit mercklich mangele vnd fürſorg für die vnterthanen. Derwegen dieweil es vmb vnſer Leben vnnd Stand ſolch eine Art vnd Gelegenheit hat/ daß man in alle Ewigkeit von vns zu reden vnd zu ſagen wird haben/ ſo laß vns ja zum höchſten/ ſo viel jmmer Menſchlich vnd müglich iſt/ befleiſſen vnd verhüten/ das man nicht auch nach vnſerm

tödt-

tödtlichen Abgang billich ſagen könne / das etwa ein merckliches vnd vber die maſſen vngebührliches Laſter an vns geweſen ſey. Vale.

CVm verè ex animo, mi domine & amice, te diligam; tuæq; non ſolùm ſaluti verumetiã commodis quàm rectiſſimè cupiam conſultum: pro neceſſitudine noſtra & officiis mutuis, quib: ferè ab ineunte ætate devincti inter nos ſumus, hoc unum tibi præcipere non deſinam, in quo te rectè & laudabiliter verſari tua & ſubditorũ tuorum permagni intereſt: Pati n. nequaquã quantum in me eſt diutius poſſum, ut ſemper non pleno ore, ſed tantum cum exceptione aliqua lauderis: Omnes ſanè, qui iſtinc veniunt, veniunt a: quotidiè complures, ita de tua virtute, integritate & humanitate commemorant, ut in tuis ſummis laudib. aleæ duntaxat ludum, & nimias intempeſtivasque venationes excipiant. Quod vitium cum in hac privata quotidianaq; vita levis atq; inconſtantis, addo etiã negligentis, inſidioſi & ferocis eſſe animi videtur: tum verò nihil eſt tam deforme & indecorum, quàm ad ſummum Imper: eiuſq; impenſas etiam aleæ luſum & nimias venationes adjungere. Quaſi v. nihil aliud in gubernatione tot hominũ tantæq; Prov. ſuperſit agendum. Quare illud non ſuſcipiam, ut q̃ de alea & venationib. tam in ſacris quàm in profanis literis à doctiſſimis hominib. dici ſolent, ea tibi nunc exponã, cum & nimis longus eſſe nolim, & tu ipſe ex multorũ ſcriptis ea facilè poſſis cognoſcere. Illud, quod eſt epiſt. proprium, ut is, ad quem ſcri-

bitur, de iis rebus, quas ignorat, certior fiat, prætermittendum eſſe minimè puto. Sic ad nos fere omnes deferunt, nihil, cum abſit alea & venatio, te fieri poſſe prudentius, accuratius, & jucundius, ſed cum te aliquis vel aleator vel venator inviſerit & commoverit, ſic te animo incitari, & quodammodo immutari, ut ab omnib. tua diligentia, humanitas, & pro ſalute ſubditorum ſollicitudo magnopere deſiderentur. Quare quoniam ea vitæ noſtræ ratio & conditio eſt, ut ſempiternus ſermo hominum de nobis futurus eſſe videatur: caveamus, quantum efficere & conſequi poſſumus, ne quod, & jam poſt mortem noſtram, in nobis inſigne & ſupra modum enorme vitium fuiſſe vere dici poſſit.

Poterunt etiam, quæ hic de iracundia fratri Quincto ſcribit M. Cicero, ad ebrietatem accommodari hunc in modum.

Ich habe zum öfftermal gewünſchet/ daß ich Gelegenheit haben möchte/ in gegenwart mit dir von etlichen nothwendigen Sachen zu reden. Dieweil ich aber dieſelbige biß anhero nicht heb erlangen können/ alß hab ich mir fürgenommen durch brieffe bey dir das jenige zu verrichten/ welches ich ſonſt lieber mündlich gethan hette. Dann die ſachen keinen Verzug leiden können. So kan ich auch nicht lenger dulten/ das du allezeit nicht fein und herauß/ ſondern gemeinniglich mit einem beding und vorbehalt gelobet werdeſt. Sintemal alle die auß ewer Stadt

hieher

hieher kommen (es kamen hier aber täglich nicht wenig) wiſſen alſo viel von deiner frommigkeit vñ auffrichtigkeit/freundligkeit vnd beſcheidenheit zuſagen/ daß ſie endlich/ wenn ſie dich zum höchſten gelobet haben/ dieſen einigen Fehl außnemen/ daß du bißweilē dem trunck allzuviel nachhengſt. Welches laſter nicht allein in dieſem gemeinē leben für eine añzeigung eines vngemeſſigen/ vngehaltenen vñ viehiſchen gemüts geachtet wird/ ſondern es ſtehet auch nichts ſo vbel vnd ſchendlich/ als wenn einer/ der Amptshalben allzeit für andere wacker vñ ſorgfeltig ſeyn ſol/ der Trunckenheit/ welche der Schulauffrichtigkeit vnd vnachtſamkeit Mutter iſt. Ich habe mir aber auff dißmahl nicht fürgenommen alles zu wiederholen/ was beyde in der heiligen Schrifft vnnd ſonſten von heydniſchen Scribenten von dieſem vbelſtand vermeldet wird. Dieweil ichs nicht allzulang zumachen begehre/ vnd du ſolches alles für dich ſelbſt wol außſuchen vnd leſen kanſt. Eines/ welches dem Sendbrieff eigendlich zuſtehet[daß ſie nemlich einem abweſenden Freund etwas/ ſo da new vnd jhm vormals vnbekandt geweſt iſt/ verkündigen ſollen] kan vnd ſol ich hinderlaſſen. Es ſagen ſchier alle deine Bekandten/ die der Orter herkommen/ daß du/ wann du nüchtern biſt/ in allen Stücken deines Ampts ſehr wacker/ fleiſſig vnd vnſtrefflich ſeyſt. Alß bald ſich aber etwa ein Zechbruder an dich gemachet/ vñ dich beſuchet habe/ ſo bald begebeſt du dich auff das vbermeſſige Sauffen vnd Schwelgen ſo ſehr/

das alle deine vnterthanen vnd haußgenoſſen wol wolten / daß du der Nüchterkeit etwas mehr zugethan ſeyn möchteſt. Dieweil wir dann nicht allein zu dieſem Ehrenſtand erhaben / ſondern auch der Chriſtlichen Kirchen mit Göttlicher hülff Gliedmaſſen worden ſeyn / vnd alſo auff alle vnſer reden vñ thun groß achtung von jederman gegeben wird vñ hernachmals auch jederman / davon wird wiſſen zuſagen: als laſſet vns / ſo viel menſchlich vnd müglich / zuſehen vnd verhüten / das nicht von vns mit warheit könne geſagt werdẽ / wir ſeyn etwa mit einem beſondern vnd beſtialiſchen Laſter behafftet geweſen. Ich halte aber dißfals nicht allzu feſt an / dieweil es in allen naturen / vñ ſonderlich in dieſem vnſerm Alter ſehr ſchwer iſt eine alte eingewurtzelte Gewonheit zuverendern / vnd gentzlich hieraus zu reiſſen. Sondern plötzlich diß einige erinnere ich dich / wenn du dich nicht ja durchauß deß trinckens enthaltẽ kanſt (in dem dein haupt von Wein eingenomen wird / ehe dann die vernunfft verhüten hat mögen / dz es nicht alſo eingenom̃en vnd beſchwert würde) dz du dennoch dir das gentzlich in den ſinn nemeſt / vnd teglich dir mit einem feſten fürſatz einbildeſt / du müſſeſt Amptshalben der Trunckenheit widerſtand thun: oder wenn du es ja würdeſt verſehen / vnd mit dem Trunck vbermacht haben / das du als denn auffs aller fleiſſigſte die zung im zaum halten / vnd eine zeitlang den Leuten auß dem Geſichte gehen müſſeſt. Welchs mich bißweilen nicht eine geringere tugend zu ſeyn bedüncket / alß wenn einer ſich gantz vnd gar der Trunckenheit enthal-

ten

ſen kȯnte. Dann dieſes nicht allein Nüchterkeit/ ſondern bißweilen auch nach jetziger zeit Gewonheit für eine ſtȯrrige vnfreundligkeit gehaltē wird. Aber ſein gemüth vnd ſprach zur Zeit der trunckenheit meſſigen oder auch gantz vñ gar ſtillſchweigen/ oder ſich enthalten: ob es wol nicht eine vollkom̃ene Weißheit iſt/ ſo iſt es dennoch eine Anzeigung eines beſondern Verſtandes vnd Geſchickligkeit. Wir bekommen aber nu mehr jetzund die Zeitung das du auch dißfals etwas fürſichtiger vnd eingezogener werdeſt. Man hȯret jetzt nicht ſo viel von deinem vberflüſſigem ſauffen vnd ſchwelgen/ auch nicht von deinem zänckiſchen oder auch Gottsleſterlichen Zechen vnd Gaſtereyen/ welches alles nicht allein deinem Ampt vnd Ehrenſtand nicht geziemet/ ſondern auch deines Leibes Geſundheit/ vnd welches wol das vornembſte ſeyn mag/ dem geſtrenge Geſetz vnd Befehl Chriſti zu wieder iſt. Dann wo dieſe Laſter zu der Trunckenheit noch hinzu kommen/ ſo wird die Trunckenheit noch viel ſchendlicher vnd vnleidlicher. Wo nicht/ ſo iſt doch die Trunckenheit an jr ſelbſt ſchendlich vnd ſcheußlich gnug/ welchs doch/ wie man von bȯſen dingen pflegt zuſagen/ beſſer vnd leidlicher iſt/ dann wo zu einem vnabläſſigem Geſäuff noch Zanck/ Hader vnd Gottsleſterung hinzu kȯmmet. Dieweil aber im erſten jahr deiner Regierung viel tadelns vnd klagens hievon geweſt iſt (darumb daß du in demſelbigen/ wie gleublich/ viel heimſuchens/ grüſſens/ glückwünſchens vnd vberlauffs vber zuverſicht gehabt haſt/ welche dir auch anreitzung vnd anlaß zu

ſolchen dingen mögen gegeben haben] das andere Jar aber viel treglicher vnd vnſtrefflicher geweſen iſt: vielleicht darumb dz die vernunfft vnd gewonheit/ vnd meines erachtens auch viel Chriſtliche Predigten dich hiervon eines beſſern berichtet/ vnd zu einẽ gröſſern Liebhaber der Nüchterkeit gemacht haben] ſo ſolte ja billich das dritte jar alſo vnſtrefflich ſeyn/ das auch das geringſte nicht an dir vnd deinem Regiment von einigem Menſchen köndte oder möchte getadelt werden. Was ich aber biß anhero alſo an dich geſchrieben hab/ iſt ſolchs nicht der meynung geſchehen/ daß ich mich vnterſtünde dich zu lehren oder zu meiſtern/ dann deine Weißheit vnd auffrichtigkeit deſſelben gar nicht benötigt iſt Sondern es hat mich die Hoffnung einer ſonderlichen ehr vnd ruhm/ die dir auß dieſer beſſerung gewießlich bey allen verſtendigen Leuten entſtehen wird/ alſo beluſtigt/ dz ich in dieſem ſchreiben nicht wol kürtzer hab ſeyn können. Dieweil ich dañeben in demſelbigen viel weitleufftiger/ dañ ich anfenglich gewolt/ oder auch zuſeyn vermeynet hette/ geweſt bin/ wil ichs jetzt hierbey bleiben laſſen/ auff dz es nicht das anſehen habe/ als mißtrawede ich dißfals deinem geneigten/ löblichen Fürhaben vnnd guten Willen. Hoffe auch/ du werdeſt das jenige/ ſo ich trewhertziger/ auffrichtiger meynung an dich hab gelangen laſſen/ mit ebenmeſſiger trewhertzigkeit vnd Auffrichtigkeit/ wie billich/ von mir auff vnd annemen. Hiemit Gott befohlen. Datum Bremen/ 21. Augusti, Anno 1594.

Sæpe-

SÆpenumero optavi occaſionem mihi offerri coram de reb. quibusdam neceſſariis tecum colloquendi. quam cum hactenus nanciſci non potuerim, tecum id per literas jam agere decrevi, ꝙ in præſentia, ſi licuiſſet, libentius tecum egiſſē. Res n. moram patitur. Neque ego diutius ferre poſſum, ſemper te ab aliis non pleno ore, ſed cum aliqua exceptione laudari. Omnes n. qui ex urbe veſtra veniunt, veniunt a. quotidie complures, ita de tua probitate, integritate, manſuetudine & humanitate commemorant, ut in tuis ſummis laudib. excipiant unum in potu nimio intemperantiam. Quod vitium, cum in hac privata quotidianaq; vita incontinentis animi, & propemodũ bellujni videtur: tum v. nihil eſt tam indecorum aut turpe, quam eũ, qui pro ſalute publica ratione officii ſemper vigilare debebat, ebrietati, quæ ſomnolentiæ & neglectionis officii mater eſt, temerè indulgere. Quare illud non ſuſcipiam, ut q̃ de ebrioſitate, tam à ſacris, quam à profanis ſcriptorib. dicta & ſcripta ſunt, ea tibi nunc exponã, cum & nimis verboſus eſſe nolim, & tu ex multorum ſcriptis ea facilè poſſis cognoſcere. Illud, ꝙ eſt epiſt. proprium, ut is ad quem ſcribitur, de iis reb. quas ignorat, certior fiat, pręmittendum eſſe nõ puto, ſic ad omnes ferè, ꝗ te novere, deferũt, nihil, cũ abſit ebrietas, te fieri poſſe vigilãtiꝰ, nihil in omnib. officii partib. obeund. accuratiꝰ. Sed cũ te cõpotoris alicuius interventus & illecebræ incitarint, ſic te poculis indulgere, ut ab omnib. ſubditis & familiarib. major in te deſideretur ſobrietas

major in officio faciendo diligentia. Quare quoniam non tantùm in hanc conditionem vivendi illuſtrē; verum etiam in ſocietatem Eccl. Chriſt. non tam fortuna quam Deus ipſe nos deduxit: ut ita omnia dicta & facta noſtra in multorũ oculos incurrant: & de iiſdē ac nob. deinceps quoq; plurimus plurim. hominum ſermo futurus ſit: caveamus, quantum efficere & conſequi poſſumus, ut ne ꝙ in nobis inſigne & belluinum vitium fuiſſe dicatur. Neq; ego hoc nunc contendo, quod fortaſſe cum in omni natura, tum jam in noſtra hac ætate perdifficile eſt, mutare diuturnam conſuetudinē, & ſi quid eſt penitus inſitum morib. id ſubito evellere & exſtirpare Sed te illud admoneo, ut ſi hoc plenè vitare non potes, quod ante occupatur, cerebrum à vino quam providere ratio potuit ne occuparetur, te ante compares quotidieq; meditere tibi officii quoq; ratione reſiſtendum eſſe ebrietati: cumque ea maximè animum moveat, tum tibi eſſe diligentiſſimè linguam continendam, & ex aliorum conſpectu aliquantum ſecedendum. Quæ quidē mihi virtus non interdum minor videtur quam omnino nō inebriari. Nam illud non ſolùm ſobrietatis, ſed nonnunq̃, ut hodie vivitur, etiã inhumanitatis imò tetricitatis quoq; alicujus eſſe perhibetur. Moderari v. & animo & orationi cum ſis benè potus, aut etiã tacere & tenere in ſua poteſtate ebrietatis incontinentiam efferam, etſi non eſt perfectæ ſapientiæ, tamen eſt non mediocris ingenii & induſtriæ. Atque in hoc genere multo te eſſe

jam

jam parciorem continentioremque nunciant. Nullæ tuæ luxurioſiores compotationes, nulla convivia ebrioſa, nullæ inter pocula rixæ, nullæ blaſphemiæ ad nos perferuntur. Quæ cum ab officio & dignitate tua, tum verò contraria ſunt valetudini, & quod caput eſt, ſeveriſſimæ legi & mandatis divinis adverſantur. Si enim ad ebrietatem hæc vitia inſuper accedant; ipſa ebrietas per ſe turpis, longe turpior, intolerabilior. Si non accedant, tamen ebrietas per ſe dedecoroſa & deformis eſt, quod tamen ipſum, ut in malis, rixoſæ illi & blaſphemæ ebrioſitati anteponendum eſt.

Sed quoniam primus gubernationis tuæ annus habuit de hac reprehenſione plurimum ſermonis, credo propterea, quod tibi multorum ſalutationes, congratulationes & interpellationes præter opinionē accidebant, & quodāmodo pro irritamento eſſent: ſecundus autem multo temperantior, quod & cōſuetudo & ratio, & (ut ego opinor) ſacræ quoque literæ & conciones te hac in parte circumſpectiorem, ſobrietatisq; ſtudioſiorem fecerunt: tertius annus ita debet eſſe emendatus, ut ne minimam quidem rem quiſquam in te aut regimine tuo poſſet ullam hac in parte reprehendere. Hæc autem omnia, quæ hactenus ſcripta ſunt, non ut te inſtituerem, ſcripſi. Neq; enim prudentia & integritas tua cuiuſquam præcepta deſiderant. Sed me in ſcribendo ſpes gloriæ, quam ex hac morum emendatione apud omnes bonos conſecuturus eſſes, ita delectavit, ut verbis paucioribus uti vix poſſem.

Cum igitur in his ipſis literis longior fuerim,
quã initio aut volui, aut me fore putavi; plura iã
non addam, ne honeſtiſſimæ voluntati tuæ ulla
in parte videar diffidere. Tu candide à me ſcri-
pta, ut æquum eſt, candide à me accipe, & diu be-
ne feliciterq; vale. Bremæ 12, Calend. Septemb.
Anno 94.

PARS EPISTOLAE TERTIA
ΕΠΙΑΟΓΟΣ *ſive Concluſio.* 1

Ac iam hoc loco] Incipit hic epiſtolæ huius
pars tertia & poſtrema nimirum Epilogus ſeu cõ-
cluſio, in qua depoſita perſona magiſtri & fratris
aſſumpta per obteſtationem fraternã hortatur, 1
ut tertium & poſtremũ officii ſui annum lauda-
biliter finiat, & quantum efficere ac conſequi
poſſit, in omnium undique laude colligenda
ſtrenuè elaboret.

ANALYSIS. 2

1. Eam propoſitionem decem argumentis con-
firmat, quorum primum petitur à conſideratio-
ne gloriæ Ciceronum, rerumq; ab ipſis geſtarum
& adhuc gerendarum fine, nec non à periculoſo
& ignominioſo hoc modo, ſi res noſtræ eſſent in 2
ſtatu ſermonis ac prædicationis mediocri, etiam
mediocritate gloriæ contenti eſſe poſſemus, nec
quicquam abs te requireretur, eximium, aut præ-
ter aliorum conſuetudinẽ. Atqui res noſtræ non
ſunt in mediocri ſtatu ſermonis ac prædicationis 3
poſitæ, ſed prorſus eximiæ: Ergo eximium quoq;
ali-

quid & præter aliorum conſuetudinem à te poſtulatur, idq; ſi non conſequamur, ſummam quoque vituperationem non poterimus effugere.

2 A neceſſario. Is à quo omnem diligentiam expectant boni, & quem inſidioſè obſervant improbi, & quamcunq; etiam minimam reprehendendi occaſionem intenti, is inquam neceſſario ſtudioſus eſſe debet actionum laudabilium. Talis eſt autem noſtra & bonorum & improborum ratione conditio. Ergo neceſſario ſtudioſi eſſe debemus actionum laudabilium.

3 A conditione loci. Qui vivunt in loco celebri & illuſtri, in quo latere non poſſunt, ſtudere debent eximiis & præclaris actionibus: Tu frater vivis in tali loco, nimirum in theatro Aſiæ, in quo omnia tua dicta & facta in omnium oculos ita incurrunt, ut etiam Romam uſque referantur, Ergo ſtudere debes eximiis & præclaris actionibus. Probatur aſſumptio ſeu minor egregia Aſiæ deſcriptione, quod ea ſit inſtar Theatri alicuius, Quincti virtutibus dati, & eius quidem celebris, ampli, eruditi & longiſſimè ſonori.

4 Indidem. Cui contingit locus illuſtris, eodem ſe non modo dignum præſtare, verum etiam hoc agere debet, ut priora omnia ſuis artibus ſuperet. Talis autem eſt is, qui tibi contigit locus. Ergo.

5 A gloria fraterna. Qui fratrem habet virtute & nominis celebritate eximium & nemini cedentem, is eius virtutem ſtrenuè debet

æmulari. Talem autem fratrem habet Quinctus, cuius adminiſtratio conſulatus urbana nemini cedit. Ergo Quinctus quoque fratris æmulus ita in provinciæ adminiſtratione verſari debet, ut nemini cedat, ſed potius aliorum adminiſtrationem vincat.

6 A conſervatione & amplificatione gloriæ iam partæ, quam turpe ſit imminuere aut amittere. Qui virtute, literis, & laboribus ſuis præ ceteris hoc egerunt, ut gloriam ſibi præpararent, eximiam, ii præ cæteris quoque hoc agere tenentur, ut eandem ſingulari ſtudio conſervent & amplificent, ne in acquirendo quam in conſervando videri poſſint fuiſſe feliciores. Tu frater eo modo, vt gloriam tibi pareres, præ cæteris laboraſti. Ergo præ cæteris eandem teneris magno labore conſervare & augere.

7 A gloriæ communitate ſeu honeſto. Qui gloriam habent communem communi quoque ſtudio de ea conſervanda debent laborare. Ego & tu gloriam habemus communem. Ergo. Minorem illuſtrat hac ratiocinatione. Tanta fraternæ coniunctionis vis eſt, ut, cum fratrum omnia communia eſſe debeant, ego meam gloriam, alias abunde mihi ſatisfaciendum, tamen mutilam & mancam arbitrer, niſi omnia tua dicta & facta illinc noſtris rebus reſpondeant. Da igitur operam, ut gloria hac noſtra ſolida & integra frui poſſimus.

8 A gloriæ diuturnitate. Gloriæ perpetuæ & ad poſteros uſque duraturæ merito eſt ſtudendum.

dum. Talis eſt futura gloria Quincti fratris. Ergo eidem merito ſtudendum. Maiorem illuſtrat commendatione gloriæ illius poſthumæ. Poſteritatis enim inquit verius & ſincerius erit iudicium, obtrectationibus ſcilicet & invidia liberum, quæ vitia in vivis adhuc regnant. Et hoc illud eſt quod conſolari inter alia eos debet, qui magnis laboribus ſuis atque moleſtiis nihil ferè aliud in hac vita quam odium, malevolentiam, calumnias & obtrectationes ſibi parant.

9 Ab officio cognationis. Boni patris, fratris & patrui eſt, non tantum ſibi ſoli verum etiam ſuis filiis, fratribus, eorumque liberis & cognatis gloriam quærere. Tu talis es pater, frater, patruus. Ergo.

10 Turpe eſt in honeſto inſtituto ſibi ipſi deeſſe aut aliis invidere. Si autem Quinctus in φιλοτιμία fuerit negligentior, talis poterit videri. Ergo φιλοτιμίας debet eſſe quam ſtudioſiſſimus.

VERBORVM DEclaratio.

Non hortatione] Qua conſtat tota ferè epiſtola.

Neq; præceptis] Quæ quidem non vult videri fratri præſcribere, ſed tamen nonnunquam eo uſque prolabitur. Et quidem in poſtremo capite hoc aperte præ ſe fert, cum ait, unum eſt, quod ego tibi præſcribere non deſinam. &c.

Precibus fraternis] Quas inter fratres magis uſurpari decet, quam præcepta, imperia aut iurgia.

Vt animum] ratione conſilii.

Curam] ratione ſollicitudinis & anxietatis.

Cogitationemq.] ratione prudentiæ, diligentiæ & induſtriæ. Eſtque hæc huius epilogi primaria propoſitio.

In mediocri ſtatu] Deum ait res ſuas non eſſe in mediocri ſtatu, non arguit eas infra, ſed ſupra mediocritatem poſitas eſſe.

Eximium] ἐξαίρετον ἔκκριτον egregium, ex communi grege exemtum. Ab eximiis enim etiam expectantur eximia.

Præter conſuet] A mediocribus enim non niſi mediocria exiguntur.

Rerum in quibus verſati ſumus] ego prætorius & conſularis, nec non augur; & tantus orator. Tu itidem prætorius & nunc rector Aſiæ.

Vix videmur ſummam vitup.] ſcil. levitatis & inconſtantiæ. Quaſi non ex προαιρέσεως, ſed caſu tantum fortuito, tantam antea laudem ſimus adepti, & quod non conſtemus nobis ipſis.

Diligentiam virtutemq.] & omnia adeo ſumma & prioribus noſtris αἷς ἐαγαβήμενοι cõſentanea. Benefacta n. iam cognita pro debitis deinceps exiguntur.

Improbi] Grex inprimis Catilinæ & Clodii.

Quod cum iis bellum] Pertinent huc verba epiſtolæ proximè ſequentis, ubi ego te, inquit, nunquam ulla in re dignum minima reprehenſione putaſſem, cum ſanctiſſime te gereres, niſi inimicos multos haberemus.

Sempiternum] ἄσπονδον.

Minima re] Quocirca Pindarus oda 1. Pythiorum ſimilibus pænè verbis compellat Hieronē ἔν τι καὶ φλαῦρον τὸ παραιθύσσει, μέγα τὸ φέρεται πὰρ σέθεν &c. Quorum verborum hęc eſt ſententia. ſi quicquā levis etiam momenti abs te eruperit, magnum pondus obtinet: Multorum es diſpenſator multi teſtes. Plutarchus quoq; in fine libelli ad Principem: ἀπαίδευτον affirmat καὶ τὰ σμικρότατα τῶν ἐλλεμμάτων περὶ τοὺς ἐπιφανεῖς, καὶ ἐνδόξους συκοφαντέεσθαι. κίμωνος ἦν ὁ οἶνος διαβολή. Σκηπίωνος ὁ ὕπνος. λεύκολλος ἐπὶ τῷ δειπνεῖν πολυτελέστερον, ἤκουε κακῶς. Quo & illa pertinent in 2. Offic. ubi ſi quis habet cauſam celebritatis & nominis, in hunc oculi omnium coniiciuntur, atq; in eo quid agat, quemadmodū vivat, inquiritur, & tanquā in clariſſima luce verſetur, ita nullum obſcurum poteſt nec dictum eius eſſe, nec factum. Idem Curioni. Quod excelſo & illuſtri loco ſita ſit laus tua, in plurimorum & ſociorum & civium conſpectu: quæ ad nos nec obſcuros nec vario ſermone, ſed & clariſſima & viva omniū voce perfertur. Aſſerit autē Demoſt. in oratione περὶ στεφάνου. Omnib. hominib. natura inſitū eſſe, ut maledicta & crimina perlibenter audiant.

Ad reprehendendum] Atq; ideo laus ab hoſtib. profecta omni exceptione maior eſt. Sicuti etiam reprehenſio & vituperatio profecta ab amicis.

Contenti] Opera igitur danda, ut ne minimum quidem inveniant, quod iure reprehendi poſſit.

Theatrum] ſupra dixit in luce Aſiæ, in oculos clariſſimę provincię. De ſtructura Theatrorū (à θεάομαι quod eſt ſpecto ſic dictorū. Vnde Iul. Cęſ. Sca-

ligerum poet lib. 1. cap. 21. ubi ait primum deſcriptam caveam circum deſignatos conſeſſus, per ſimplices gradus. Poſtea acceſſit paulatim maior magnificentia in extruendis ambulacris, columnis, ſedilibus, porticibus, umbraculis. Theatri figura initio fuit ſemicirculi in cornua producti, quale fuit M. Scauri, cuius cavea cepit hominum milia octoginta. Poſtea ex theatro factum eſt amphitheatrum à Pompeio, integre orbiculatum, cuius vacuum capax erat hominum quadraginta milium. In illis autem theatris cum nihil fieri poſſet, quod non in omnium oculos incurreret: eademque eſſet conditio Quincti in Aſia, eleganti plane metaphora eam theatrum vocat, ſicuti paulo poſt ipſum Quinctum cum Poeta vel actore bono conferet.

Pertinet huc, utpote his ſimilia, illa Claudiani de quarto Honorii conſulatu:

Hoc te præterea crebro ſermone monebo,
Vt te totius medio telluris in orbe
Viuere cognoſcas, cunctis tua gentibus eſſe
Facta palam, nec poſſe dari regalibus vſquam
Secretum vitiis, nam lux altiſſima fati
Occultum nil eſſe ſinit, latebraſque per omnes
Intrat, & abſtruſos implorat fama receſſus:

Celebritate] hominum ſeu ſpectatorum frequentia.

Magnitudine] capacitate.

Iudicio] æſtimatione & cenſura, de iis, quæ in theatro aguntur & repræſentantur.

Theatrum eruditiſſimum] συνεκδοχικῶς, conti-

nens

nens pro contento. Quod enim ſpectatoribus proprium eſt, id ipſe tribuit theatro. Vult igitur dicere ſpectatorium, huius actionis aures admodum eſſe eruditas & delicatas, & iudicium acre & politum; ut iis ſatisfacere perſit difficile, utpote qui facile animadvertant, quid recte & laudabiliter; quid vero ſecus fiat.

Natura reſonans] ut ſcilicet nihil quod in eo ſit poſſit latere. De hac theatrorum Romanorum reſonantia operæ precium eſt audire Horatium lib. 2. v. 200. Epiſt. 1.

Nam quæ pervincere voces
Evaluere ſonum, referunt quem noſtra theatra?
Garganũ, mugire putes nemus aut mare Tuſcũ
Tanto cum ſtrepitu ludi ſpectantur & artes
Divitiæq́ peregrinæ.

Magno autem ſtudio efficere ſolitos veteres, ut theatra reſonarent, hiſtrionumq; voces ad aures ſpectatorum auditores clarioreſque accederent, & teſtimoniis Vitruvii & veſtigiis antiquorum theatrorum intelligitur. Vaſa autem quædam ærea quæ ἠχεῖα vocabant in theatrorũ cellis ſumma cum arte & ratione collocabant, quæ hoc ipſum præſtarent, vide P. Victorium. V. L. lib. 20. cap. 2. ubi etiam huius loci Ciceroniani meminit. Cum autem hic dixit natura reſonans, reſpexit ad ἠχεῖα illa, quibus arte theatra fiebant reſonantia q. d. Theatrum illud Aſiaticum tali arte non indigere.

Significationes] Quas ad Att. lib. 1. Ep. 16. vocat ἐπισημασίας, cum ſcribit. Itaq; & ludis & gladia-

toribus mirandus ἐπισημασίας ſine ulla paſtoritia fiſtula auferebamus. ubi ἐπισημασίας vocat plauſus, acclamationes & ſimilia, quib. pop. Romanus bonum ſuum animum erga quempiam ſignificare ſolitus eſt, & lætitiam quam ex illius aſpectu caperet, oſtendere. Hoc enim græcis eſt ἐπισημαίνεσθαι. Nonnunquam autem contingebat, cum quiſpiam alicui parti multitudinis charus & acceptus erat, cæteris autem inviſus & exoſus; ut partim plauſu, partim ſibilo exciperetur: hoc quidem ab inimicis, illo vero ab amicis. Cicero igitur, ut oſtendat ſignificationes illas populi Romani omnino puras & ſinceras fuiſſe, ait, eas abſque ulla paſtoritia fiſtula exauditas eſſe, hoc eſt ſine exploſione aut ſibilo, cui ſimilem ſonum fiſtulæ paſtoritiæ reddunt. Vide Muretum V. L. lib. 1. cap. 19. Eſt ergo hic ſignificatio vox media hoc eſt in bonā, & malā partē accipienda. Sive n. Quinctus in theatro ſuo Aſiatico propter virtutes cum applauſu, ſive etiā propter vitia cum ſibilo exciperetur, vtrumq; ſubito Romæ omnib⁹ notum fore innuit. Vtriuſq; ſignificationis exempla ſunt in Ep. 18. lib. 2. ad Att. ubi Curioni, inquit, plauſus maximi conſulatio forenſis perhonorifica, ſigna præterea benevolentiæ permulta à bonis impertiuntur. Fuſium, clamoribus & cōvitiis, & ſibilis conſectantur &c.

Voceſq;] tam benevolentiæ, quam odii indices. Cic. Epiſt. 14. lib. 1. ad Att. Hoſti ſonitus noſtros tanti fuerunt, ut eouſq; iſtinc exauditos putem.

Referantur] more in ludis theatralibus uſitato. Hæc autem cogitatio plurimum facit ad excitan-

dum pudorem & verecundiam. teſte Ariſtot. 2. Rhetoricorum. Quod quidem ſi ita eſt, quanto maior in animis noſtris pudor excitabitur. Si certo ſtatuamus, nos perpetuo in conſpectu Dei & S Angelorum vivere; ita quidẽ ut eorum oculos latere aut ſubterfugere nequeamus. Hos certè revereri debebamus, etiã ſi omnes alios teſtes latere poſſemus.

His rebus dignus] actor tanto theatro dignus. aut talem te præſtando, qualẽ res tantæ requirũt.

Tuis artibus] vetuſte, pro virtutibus. lib. 2. Ep. Fam. Quarum laudum gloriam adamaris, quibus artibus eæ laudes cõparantur, in iis eſſe elaborandũ. Virg. 6. *Tu regere imperio populos Romane memento, Hæ tibi erunt artes, paciq; imponere morem: Parcere ſubiectis &c.* unde inertes dicuntur ignavi, & nulla virtute præditi

Superaſſe] ita ut indies te ipſum vincas; vel te ipſo fias melior & præſtantior.

Caſus] fortuna, vel ſors: in ſortitione nimirum provinciarũ. Quod Chriſtianus diceret, quoniã Deo ita volente & ordinante huic vel illi officio ſum præfectus. Pertinet huc locus 1. officiorum, ubi Regna, inquit, imperia, nobilitas, honores, divitiæ, opes, eaq; quæ his ſunt cõtraria, in caſu ſita, temporibus gubernantur. ipſi autẽ, quã perſonã gerere velimꝰ, à noſtra volũtate proficiſcitur.

Vrbanam adminiſtrationem] cõſulatus in urbe.

Mea pars] adminiſtrationis urbanæ.

Nemini cedit] nullius adminiſtratione eſt inferior, ſed omnes vincit, quod ipſũ plurib. locis, &

inprimis in illo 1. offic. inculcat, cum ait, ad illud

O fortunatam natam me conſule Romam?
Cedant arma togæ: concedat laurea linguæ.

Vt alios omittam, nobis Remp. gubernantib. nonne togæ arma ceſſere? neq; in Rep. periculũ fuit gravius unqnam, nec maius otium. ita conſiliis diligentiaq; noſtra celeriter de manibus audaciſſimorum civium delapſa arma ipſa ceciderunt: quæ res igitur geſta eſt unquam in bello tanta? quis triumphus conferendus &c.

Ad hanc vero Ciceronis περιαυτολογίαν cum iactantia & oſtentatione coniunctam quantum ſpectat, ſi modica fuiſſet; forte tolerari ea maximè hoc loco potuiſſet, ſed cum nullus ferè poſt conſulatum locus, nullum iudicium, nulla concio, nulla deliberatio fuerit, in qua Catilinæ cõiuratio, & Nonæ Decembres iactationem ſuam non haberent: ea ipſa multos etiam bonos Cicero offendit, divinæq; eloquentiæ ſuæ labem aſperſit; & ſuam autoritatem vehementer imminuit.

Ab hoc igitur tanti viri vitio prudentes maturè ſibi caveant. Ne de ipſis meritò dici poſſit illud Ovidii:

Ipſa ſibi plaudit crepitante ciconia roſtro.

Fac ut tua] adminiſtratio provincialis.

Nos non de reliqua] in futurum, ſeu deinceps adhuc comparanda.

Sperata] quam nondum habeamus, ſed adhuc ſperemus, ſeu quæ adhuc in ſpe ſit.

Gloria] quæ Ciceroni 3. Tuſcul. eſt conſenti-

ens

ens laus bonorum, incorrupta vox benè iudicantium de excellenti virtute. ea virtuti reſonat, tanquam imago gloriæ. Item in oratione pro Marcello: Gloria eſt illuſtris ac pervagata multorum & magnorum vel in ſuos, vel in patriam, vel in omne genus hominum, fama meritorum.

De parta] comparatâ iam, & deinceps conſervanda & augenda. quod difficile eſſe ſentiens, non ſine cauſa exclamavit Publius: Heu quam difficile eſt gloriæ cuſtodia, cui ſuccinit Claud. lib. 2. in Stiliconem: *Plus eſt ſervaſſe repertum, Quam quæſiſſe decus.* Cauſam quoque eius difficultatis indicat Demoſthenes, cum prima Olynthiaca ait: τὸ εὐπράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίνεται, διόπερ πολλάκις δοκεῖ τὸ φυλάξαι τ' ἀγαθὰ τοῦ κτήσασθαι χαλεπώτερον εἶναι. Quo etiam pertinent illa Xenophont. in 7. παιδ. Κύρου. Οὐ τὸ ἀγαθοὺς ἄνδρας γενέσθαι τοῦτο ἀρκεῖ, ὥστε καὶ διατελεῖν ὄντας ἀγαθοὺς, ἢν μή τις αὐτοῦ διὰ τέλους ἐπιμελῆται. Item Μέγα μὲν γὰρ οἶμαι ἔργον, καὶ ὦ ἃ χρῆν καταπρᾶξαι: πολὺ δ' ἔτι μεῖζον, τὸ λαβόντα διασώσασθαι. τὸ μὲν γὰρ λαβεῖν πολλάκις τῷ τόλμαν μόνον παρασχομένῳ ἐγένετο. τὸ δὲ λαβόντα κατέχειν οὐκέτι τοῦτο. Et quod Ælianus de acquiſitione opum dixit, id gloriæ quoque poteſt accommodari. Nimirum, Sicuti facilius ſit capere erinaceum quàm retinere, ita facilius quoque eſſe opes & gloriam acquirere, quàm eaſdem tueri & conſervare. Auguſtus certè Imperator, cum audiſſet Alexandrum maxima terrarum parte ſubacta, dubitaſſe, quidnam reliquo vitæ tempore facturus eſſet, demiratus

eſt, quod non maius opus exiſtimaſſet imperium partum conſervare, benè conſtituere & gubernare quàm ſolummodo acquiſiviſſe. Id quod gloriæ quoq; cõſervationi poteſt accommodari.

Dimicare] Confligere, quaſi cum hoſtibus & invidis, qui eam nobis cupiunt eripere, aut ſaltem macula aliqua aſpergere.

Non tam expetenda] Et cum aliquo deſiderio & ſpe, acquirenda. quod eſt levius.

Quam tuenda] defendenda & conſervanda, ne nobis eripiatur. id quod gravius & difficilius: & ſic voti compotes non fiamus, turpius quoque eſt. Non enim ſine cauſa dixit Plinius poſterior in epiſtola quadam. Multo deformius amittere, quàm non aſſequi laudem. Coniungit hic expetere, parere & tueri. Sicuti alibi ſuſcipere & tueri.

Abs te ſeparatum] non commune, aut ſi pro me ſolo laborarem. Non obſcurè autem innuit, cum amicorum & fratrum omnia ſint communia: etiam laudem & gloriam eorundem communem eſſe debere.

Niſi omnia tua] qui, ut mox dicet, in omnibus meus fuiſti particeps.

Noſtris rebus] urbanis.

Iſtinc] ex provincia.

Reſpondeant] tanquã ἀντίστροφα & cõſentanea.

Quorum tu particeps] & cui propterea nihil à me ſeparatum eſſe debet.

Nihil conſecutum] cum mea gloria non ſit ſolida ſatis & integra, ſine tua.

Præ-

Præter cæteros] plus quàm cæteri.

Elaborabis] quod ſcilicet fiet, non ſine temperantia, moderatione, continentia, & accurata diligentia.

Exiſtimationibus] Exiſtimatio hic non ſignificat famam, aut nomen, ut cum dicimus, ſuæ exiſtimationi ſeruire & conſulere. ſed potius λόγισμον, æſtimationem, & iudicium hominum tacitũ de alicuius dictis aut factis. Cic. Verr. Certiſſimum accipite argumentum, quo facilius de ſingulari eius impudẽtia exiſtimare poſſitis. Item Brutus Cic: Facilius eſt exiſtimare id quàm ſcribere. Et pro Cluent. Nunc quemadmodum audiar ſentio, non modo ab his, quorum iudicium & poteſtas eſt, ſed etiam ab illis, quorum tãtum eſt exiſtimatio. Hinc Cic. 3. de Orat: Vocat ſe non ſtultum alieni artificii exiſtimatorem.

Qui futuri ſint) ut gloria tua poſthuma ad omnem poſteritatem duret, in cuius memoriam ſempiternam omnia ſua dicta, & facta diſſeminare ſe arbitrabatur Cicero: ut ipſe loquitur in Oratiõe pro Archia. Cui cõſentiunt illa in Marcellina. Nec verò hæc tua vita dicenda eſt, quæ corpore & ſpiritu continetur: illa illa, inquam, vita eſt tua Cæſar, quæ vigebit memoria ſeculorum omnium, quam poſteritas alet, quam ipſa æternitas tuebitur: huic tu inſervias, huic te oſtentes oportet, &c. Quò & illud Homeri: Ἄλκιμος ἔσσ', ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων ἐῢ εἴπῃ.

Erit verius iudicium] utpote expers invidiæ,

amoris, odii, gratiæ, ſimultatis, & ſimilium affectuum. De quibus in Catilina Salluſtii Cæſar. Omnes, inquit, homines, qui de rebus dubiis conſultant, ab odio, amicitia, ira, miſericordia vacuos eſſe decet, haud facile animus verum providet, ubi illa officiunt. Cum quibus congruunt illa Ciceronis ad Cæſarem in Marcellina: Servi igitur iis etiam iudicibus, qui multis poſt ſeculis de te iudicabunt, & quidem haud ſcio an incorruptius quam nos. Nam & ſine amore, & ſine cupiditate, & rurſus ſine odio & ſine invidia iudicabunt. Idem aſſerit Demoſthenes Epiſtola 3. cum ait: Et ſi iis, qui adhuc ſunt in vita, obſtet invidia, quo minus iuſtos & debitos honores obtineant, ipſorum tamen liberis licebit merita præmia à vobis reportare. Nam ut Mimnermus, Δεινοὶ γὰρ ἀνδρὶ πάντες ἐσμὲν εὐκλεεῖ.

Τῶν περ φθονῆσαι, κατθανόντα δ᾽ αἰνέσαι.

Quod Latinè repetivit Horatius 3. Carm. Ode 24.

Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quærimus invidi.

Ζῶον ἀτιμήσαντες, ἀποφθίμενον ποθέουσι, apud Suid.

Et Ovid. 1. Amor. 15.

Paſcitur in vivis livor, poſt fata quieſcit,
Tunc ſuus ex merito quemq; tuetur honos.

Item 3. de Pont. El. 4.

Scripta placent à morte ferè, quia lædere vivos
Livor, & inviſo carpere dente ſolet.

obtre-

Obtrectatione] Obtrecto dicitur quaſi contra tracto, ſeu contra alterius ſententiam dico, ſeu maledico. Eſt igitur obtrectare idem quod obloqui, de alio detrahere, ejuſque laudes imminuere. Obtrectator Feſto eſt, qui facit quid, contra rectè tractantem. Et ipſi Ciceroni in 4. Tuſculana obtrectatio ſeu zelotypia ægritudo eſt ex eo, quod alter quoq; potiatur eo, quod ille ipſe concupierit.

Malevolentia] Quæ obtrectationem ferè ſolet præcedere. Ex malevolentia enim naſcitur obtrectatio, utraq; verorum & incorruptorum judicium impedimentum. Sicuti etiam odium, invidia, nec non amor & favor injuſtus.

Liberatum] Sicut experientia teſtatur ipſum Deum tandem patefacere rei veritatem, & defenſionem eorum ſuſcipere, qui injuſtis malevolorum calumniis & obtrectationibus aliquandiu deformati, propter publicam utilitatem privatæ vindictæ frænum injecerunt.

Ampliſſimis monumentis] Annalium, Poëmatum, Tragœdiarum.

Conſecrare] Inprimis poſteritati.

Communicanda mecum] Sicuti ego meam tecum cõmunico. Nam ſi omnia amicorum ſunt communia, multò magis fratrum omnia communia eſſe debent.

Prodenda] proferenda, propaganda, quaſi porro danda. Et Cic. in Verr. Imagines ad memoriam poſteritatemq; prodendam. Cic. Cato major, opponit, accipere à majoribus, prodere po-

ſteris. Sicuti & in Somnio Scipionis dixit, laudes à patribus acceptas prodere poſteris.

Liberis noſtris) Vt domeſticum hoc ſuorum parentũ exemplum cupidè imitentur. Sic enim alibi Cicero ad filium. Licet enim Marce, fili, apud te gloriari, ad quem hæreditas huius gloriæ & factorum imitatio pertinet. Natura enim hoc homini datum eſt, nõ ſolùm ut liberi parentum laudes adament, ſtudioſeq; perſequántur, ſed multò ſtudioſius à parentibus ad eas excitentur:

Vnde Poeta,

Diſce puer virtutem ex me, verumq; laborem.

Sed etiam) Imo, imo verò, quin etiam. aut in priori membro per Ellipſin deſiderantur verba, non ſolùm hoc modo, vel ſubintelligenda, vel addenda: cavendum eſt, ne ſi negligentior, non ſolùm tibi parum conſuluiſſe, ſed etiam tuis invidiſſe videaris.

Atq; hæc non eo) Mitigatio.

Dormientem) Securum, ignavum.

Currentem incitaſſe) Quod Græcis eſt, σπεύδοντα ἐποτρύνειν: ſeu equo etiam currenti calcaria admovere, ut in curſu ſtrenuo quaſi ſeipſum vincat & ſuperet.

Aequitatem) ἐπιείκειαν.

Temperantiam) ἐγκράτειαν, σωφροσύνην.

Severitatem) σεμνότητα.

Integritatemq;) ἀκεραιότητα, innocentiam ſine fraude & fuco: q̃ integritati maximè adverſatur.

Sed me quadam) Metatheſis cauſæ impulſivæ.

Infinita in te] Quam ego te conſequi unicè cupio

Quan-

Quanquam illud] Correctio q.d. Tu etiam me tacente intelligis, quid ad tuam faciat gloriam.

Sicut unicuiq; ſua domus] in qua bonum & circumſpectum patremfamilias nihil latet aut fallit.

Summam prudentiam tantus uſus] Quæ duo faciunt, ut quis ad aliquam in re quacunque perfectionem quam proximè accedat. Nam neutrum horum ſine altero quicquam poteſt. Hanc autem prudentiam & uſum Q. Fr. plurib: deſcripſit, in fine præcepti octavi.

Sed ego qui] Excuſat epiſtolæ prolixitatem his quaſi Syllogiſmis: Inter amicos abſentes, colloquium etiam longum non eſt tædioſum. Eſt autem epiſtola colloquium inter abſentes. Ergo, etiamſi prolixior ſit, tamen non debet eſſe tædioſa. Item. Inter amicos & fratres omnia debent eſſe mutua. Ego autem frater tuus, tua longiſſima quaque epiſtola maxime delector. Ergo tibi quoque epiſtolæ huius prolixitas non debet diſplicere.

Longiſſima epiſtola delector: In ſcribendo ſum longior] ut ſcil. colloquium hoc mutuum diutius duret non ſine magna utriuſq; voluptate.

Cum tua lego, te audire videor] Atq; ideo, quod mox ſequitur, tua longiſſima quaq; epiſtola maxime delector.

Cum ad te ſcribo, tecum loqui] Atque ideo ipſe in ſcribendo ſum ſæpe longior.

Tua longiſſima epiſtola] Eodem modo ad Att. lib. 16. Ep. 10. ſcribit, ut Ariſtophani Archilochi Iambus, ita ſibi epiſtolam Attici longiſſimam o-

ptimam videri. Alias non deſunt, qui in epiſtolis maximè brevitate commendent.

Ut tanquam Poëtæ boni] Qui in ſuarum fabularum καταστροφῇ hoc agunt, ut omnia, quantum fieri poteſt, ſint quam perfectiſſima & ornatiſſima, plena ſcilicet artificii & induſtriæ, ut ita populi plauſum, quem unicè ſpectabant & quærebant, mereantur. Eadem ſimilitudine utitur in Catone majore his verbis: Neque enim hiſtrioni, ut placeat, peragẽda fabula eſt, modo in quocunque fuerit actu probetur. Neq; ſapienti uſq; ad Plaudite veniendum. Item in fine eiuſdem libelli: Senectus peractio ætatis eſt, tanquam fabulæ, cuius defatigationẽ fugere debemus, præſertim adjuncta ſatietate. Præterea in Oratione pro Marcello: Hæc, inquit, tibi reliqua pars eſt, hic reſtat actus, in hoc elaborandum eſt, ut rempubl. conſtituas, &c. Hic autem recordandum, quod ſupra dixit, fratrem in celeberrimo Aſiæ theatro verſari, tanquam fabulæ ſuæ actorem. Eſt enim vita cuiuſvis hominis ſimilis fabulæ, in qua eadem ferè negotia, eædem controverſiæ recurrunt mutatis tantum actorib. ſeu perſonis.

In extrema parte] tanquam ultima parte fabulæ tuæ gubernationis.

Concluſione muneris) Quæ incidit in annum tuæ adminiſtrationis tertium.

Tanquam tertius actus] Tuæ fabulæ, tribus annis tanquam actibus conſtantis. Non enim hoc ita accipiendum eſt, quod Dramata aliqua ſint, quæ tribus tantum actib. conſtent, contra præceptum

ceptum Horat. *Neve minor quinto, neu ſit productior actu.* Sed ita loquitur, quaſi Quintus fabulam hanc imperii ſui ageret, quæ ut tribus annis, ita tribus quoque actibus conſtaret. Singulis ſcilicet annis ſingulos actus attribuendo.

Perfectiſſimus, ornatiß.) Atque ideo omnium quoq; applauſu digniſſimus, ut ita quam jucundiſſimam tui memoriam in provincia relinquas. Quod faciendum viro Politico monet Plutarchus, cum ait, oportere eum ad populum amore ipſius captum accedere: ſuiq; etiam abſentis deſiderium in animis civium relinquere.

Si me tecum] Vt ita pudore ſuffuſus erubeſcas facere, quæ mihi non probentur. Præſentia enim hujuſcemodi vel vera, vel etiam imaginatione concepta magnam vim habet animos juniorum refrænandi, & intra metas officii continendi. Ariſt. 2. Rhetor. Pudor eſt imaginatio de exiſtimationis offenſione; cum videlicet quis vereatur ne eam apud alios amittat. Veriſimile igitur eſt pudere nos 1. eorum, quorum rationem habemus, quorumq; honeſtum de nobis judicium cupimus conſervare. 2. Item eorum, in quorũ approbatione & admiratione eſſe cupimus, eò, quod ſint judicio, ſapientia aut alio quopiam bono præclaro excellentes. 3. Quorum item de nobis exiſtimationem & cenſuram non planè contemnimus, ut ſunt prudentes, ſenes, eruditi, & bono judicio valentes. In quorum omnium præſentia cautiores, verecundiores, & circumſpectiores eſſe conſuevimus. Et hæc cauſa eſt,

cur Cicero 1. officiorum, adoleſcentes, in majorum natu præſentia dare ſe jucunditati velit. Eodemque pertinent illa Senecæ, lib. 1. Epiſtol. 11: ubi aliquis, inquit, vir bonus nobis eligendus, ac ſemper ante oculos habendus, ut ſic, tanquam illo ſpectatore vivamus; & omnia, tanquam illo vidente faciamus. Magna pars peccatorum tollitur, ſi peccaturis teſtis aſſiſtat: aliquē habeat animus, quem vereatur, cujus autoritate etiam ſecretum ſuum ſanctius faciat. Hæc Seneca. Sic Cicero præſes Ciliciæ, Pomponium Atticū ſemper ante oculos habebat. *Sic enim ipſe ad Attic:* ſcribit lib. 6. Epiſt. 2. Id me igitur tu, cuius meherhule os mihi ante oculos verſari ſolet, cum de aliquo officio ac laude cogito, &c. Quæ quidem ſi vera ſunt (ſicuti ſunt veriſſima) de hominib. non ſemper æquè oculatis dicta: quantò magis vera erunt, imaginatione hac directa ad ipſum *Deum*; qui ut καρδιογνώστης omnia cernit & audit. De quo hæc memorabilia habet Lactant. De ira Dei, c. 8. ubi, multum, ait, refrenat homines conſcientia, ſi credamus, nos in conſpectu Dei vivere, ſi non tantùm quæ gerimus, videri deſuper, ſed etiam, quæ cogitamus aut loquimur, audiri à Deo putemus. Item de vero cultu lib. 6. cap. 24. Nec lucrari ſe quiſquam putet, ſi delicti conſcium non habebit. Scit n. ille omnia, in cuius conſpectu vivimus; nec, ſi univerſos homines celare poſſimus, Deū poſſumus: cui nihil abſconditum, nihil poteſt eſſe ſecretum. Et mox. Purgemus igitur conſcientiā, quæ oculis Dei eſt pervia, & ſemper ita vivamus, ut rationem nobis reddendam arbitremur: pu-

nicht vnterlaſſen können / dieſe nachfolgēde ding/ nicht ſo ſer durch Vermanūg / vnnd Ermanung/ alß durch brůderliche erinnerung vnd bitte mit dir zuhandlen / welches auch du in allem guten von mir vermercken vnnd auffnehmē wirſt / vñ gedencken / daß ſolches nicht geſchehe dich von deinem Slaaf auffzuwecken/ſondern vielmehr in deinem löblichen vñ wolangefangenem Lauff dich zuſtercken/ vnd beſtendig zuerhalten. Ich habe nu etlichemahl/ lieber Corneli, mit ſonderlichen Freuden vernom̃en/daß wañ man in ewer Schulē Examina vnd Progreſſiones gehaltē/du allezeit vnter den erſten befunden/ vnd derhalbē auch mit geſchenck vnd gabē offentlich ſeyeſt verehret worden/ wirſt dich derhalben befleißigen / das du hernacher auch deine ſtudia alſo anſtelleſt/das ein ieder ſpůren möge/daß du ſolcher ehrē nicht vnwurdig geweſen ſeyeſt. Dañ du ſolſt nicht gedēcken/das man nu hinfuro etwaß geringes vnd gemeines von dir gewertig ſeye/ſondern daß alle verſtendige Leute in deinem Vatterland/vnd auch anderßwo numehr etwas furtreflichs vnd ſonderlichs vō dir fordern vnnd hoffen/ Dañ ſie es/wie billich/ dafurachten/ dieweil du mit ſo großer arbeit dieſe ehr vnd ruhmb erlanget haſt / daß du dich auch billich deſtomehr bearbeyten ſolleſt/ ſolch wol erlāgetes lob/ſtets zuerhalten vnd zuvermehrē. Dañ ſolt es vber zuuerſicht geſchehen/daß du nicht mit ſonderlicher ehren vnd ruhm auß euwer Schule widerkemeſt / wurdeſt du warlich der höchſten vnehr vnd ſchmach kaum entgehen können : dann vnſere Mißgönner

auch an vnſern geringſten fehlẽ vnd mängeln/ vns zuuerkleinern vnd zuuerhönen / ſich genugſam vrſach zuhaben vermeynen. Daß man demnach nicht ſagen möge/ du habeſt dir ſelber nicht raten wollen / ſo kere fleiß an/daß jedermenniglich deine Gottſeligkeit ſpüren vnd rühmen möge. Welches dich dann deſto leichter ankomen wird / weñ du dir vnableßlich vnd fur gewiß eynbildē wirſt/das vnſer lieber Herr Gott(:dē wir ja billich allein mehr/ dañ alle Menſchen förchten/ehren vnd lieben ſollen:)ein ſtediger Anſchawer vnd Auffmercker ſeye alles deß jenigen / was du gedenckeſt / redeſt vnd thueſt. Vale Dat. 28. Auguſti. An. 49.

IDEM LATINE.

TAmetſi, mi Corneli, minime dubitem, te etiam ſine cuiuſquã hortatione officii tui memorem eſſe futurũ: præſertim cum ad cõtinuam tuam diligentiam, paulatim ætas quoque maturior & prudentior accedat: Tamen propter amicitiam & coniunctionem noſtram peruetерem, intermittere nõ potui, quin ea, quæ mox ſequentur, non tam ſeriis adhortationibus & imperioſis præceptis, quam fraternis monitionibus & precibus tecum agerem. Spero etiam te illa omnia in bonam partem accepturum, tibique adeò perſuaſurum eſſe, hoc à me fieri, nõ tam vt dormientem te excitem: quam vt bene inchoato & laudabili tuo propoſito, & ſtrenuo ad veræ doctrinæ & virtutis metam curſu, te quodammodo exſtimulem

mulem & confirmem. Aliquoties hactenus, mi Corneli, ex hominib. fide dignis, non ſine voluptate cognoui, te in examinibus & progreſſionibus Scholæ veſtræ publicis, ſemper inter primos fuiſſe, ac proinde etiã munuſculis illis excitandæ ſtudioſorum diligentiæ à Magiſtratu deſtinatis; palam in totius cætus Scholaſtici conſpectu eſſe cohoneſtatum. Hoc igitur deinceps totis viribus tibi in continuatione ſtudiorum, & exercitationum tuarũ erit agendum, vt quilibet taliũ rerum non plane imperitus animaduertere poſſit, te huiuſcemodi honorib. non fuiſſe indignũ. Neq; etiam cogitare debes, fore, vt deinceps aliquid vulgare, aut in communem conſuetudinem cadens à te requiratur & exſpectetur: ſed omnes tuos tam populares, quam exteros aliquid plane eximium & ſingulare à te poſtulaturos & exſpectaturos eſſe. In ea n. vt par eſt, ſunt ſententia, cum in impetrandis & conſequendis hiſce honorũ præmiis tantopere laboraueris: tãto tibi etiam vehementius, in iis retinendis, conſeruãdis & augendis eſſe laborandum. Nam ſi præter omnium opinionẽ, quod Deus auertat, eueniret, vt ſine ſingulari aliquo honore & gloria ex Schola iſta veſtra in patriam reuerterere, ſummã profecto reprehenſionem & vituperationẽ cum aliqua quoque ignominia coniunctam vix poſſes effugere. Noſtri n. maleuoli & inuidi etiã minima quaq; labecula ad nos deformandũ & exagitãdum ſunt contẽti. Quocirca, ne quis iure dicere poſſit, te tibiipſi & reb. tuis conſulere noluiſſe, da q̃ſo operã,

vt tuę pietatis, integritatis & eruditionis nomine ab omnib. magni fias & celebreris. Quod ipſum eo tibi erit facilius, ſi perpetuo, & ſine vlla intermiſſione tibi imaginabere, Deum Opt: Max: qui omnia, etiā intima cordis noſtri penetralia cernit, omnia noſtra dicta & ſuſpiria audit, quemq; adeo vnum magis, quam omnes homines timere, colere & amare tenemur, continuum ſpectatorem obſeruatorem & iudicem eſſe omnium eorum, quæ vel cogitabis, vel dices, vel facies. Dat. 5. Cal Septemb.

Eandem quoque pene totam imitari poterimus, ſi adoleſcens aliquis ſtudioſus aliquandiu fama parum laudabili in Academiis verſatus, eiuſque maculæ eluendæ gratia in aliam iam miſſus, à veteri præceptore admonēdus ſit, vt deinceps in omnib. officii ſui partibus, omniumq; adeo præceptorum, condiſcipulorum, & aliorum bonorum virorum laude colligēda ſit diligentior & accuratior. Hunc vel ſimilem in modum.

DAß du numehr in die herliche ſtadt Bononien, vnd in die weitberuhmte hohe Schul daſelbſt friſch vnnd geſund ankomen ſeyeſt/ ſolchs hab ich auß etlichen deinen gantz freundtlichen vnd weitleufftigen brie- fen nicht ohne luſt vnd freud vernommen. Zweifele auch nicht/ du werdeſt der vielfeltigen vnd treuhertzigen erinnerungen vnd vermanungen/ die dir beyde vormals / vnd auch neulich fur deinem abzug von deinen Eltern/ blutsuerwādten/ Schwägern vnd freunden/ vnd vnter denen von mir auch

an-

angehöret haſt/ noch gar wol ingedenck ſeyn. Zwar wie fern du zu wittenberg mit deiner ſchwelgerey/ vnd allerley wilden weſen gerathen / vnd wie hefftig du zu forderſt Gott / vnnd darnach auch deine eltern vnd andere gute leut damit erzurnet habeſt/ iſt dir nicht vnbewuſt. Will derhalben vonnöten ſeyn/ daß du in einen ſo herlichen vnd manhafftigen ort / auch ein newes leben anfaheſt / vnd dich zu beſſern ſittē vnd groſſerm fleiß in deinē ſtudiren mit ſonderlichem ernſt gewehneſt. Wo du derwegen deine eltern vnd freund/ja vielmehr wo du dich ſelber lieb haſt / ſo befleißige dich doch / daß du mit ſolch einem aufrichtigen vnd vnſtreflichē wandel/ vnd ſtetigen fleiß/deine vorige mißhandlungē vnd vnfleiß widerū auß deiner eltern vñ anderer leut ſin vnd gedechtnus bringen/ vñ alſo gentzlich abſchaffen mögeſt. Ich wil dich aber ietziger zeit mit weitleufftiger vermanung nicht beſchweren/ſondern viel mehr mit freundlicher vätterlicher Bit bey dir anhalten / daß du all dein gemuth ſorg vnd gedancken dahin wendeſt /auff das du ſo wol von deinen præceptoribus, alß auch von andern furnehmen leuten/vnd auch deinen Cõdiſcipulis daſelbſt mögeſt geliebt vnd gelobet werden. Warlich wen̄ dein Vatter/Oheymen/Vettern/vnd elteſte Bruder/ geringe vnd vnbekante leute wehrē/ ſo wurde man von dir auch nichts beſonderß vnd vngewonlichs erfordern. Nū aber(: vō wegē der herlichē Empter/ die ſie zum theil vorlangſt bedienet habē/ zum theil auch noch heutigs tags bedienen:) wo du nicht mit einem beſondern lob vnd rhum auß einer ſo namhafftigen Vniuerſität zu haus komen ſolteſt/ wür-

deſtu dich allerley vbel nachredens vnd ſchmehens nicht wol erwehren könnē. Es hat/Gott lob/ſolch eine gelegēheit vmb ewer Haus vnd geſchlecht/daß euch alle fromme Leut nicht allein gunſtig ſeyn/ ſondern auch allen fleis/ vnd in allerley tugenden etwas fürnehmes vnd beſonders von euch erfordern vnd gewertig ſeyn. Hientgegen aber auch/ daß alle böſe vnd ſchädliche Leut/ dieweil ihr euch mit ihnen in einē ewigē Krieg vnnd Feindtſchafft begebē habt/euch haſſen/vnd auff euch gar genawe Achtung geben/damit ſie etwas/es ſey ſo gering als es wölle/ erwiſchē mögē/ das an euch zu tadeln ſeyn möchte Demnach du dañ deineß fleiſes vnd Geſchickligkeit ſolch einē weitberuhmbtē Schawplatz erlanget haſt/ welcher in gantz Italia vō menge der Leut am allen Volckreicheſten/ vō bequemlichkeit deß Gebäwes der allerherligſt/ von wegen allerley guter Lähr vnd Künſten der aller gelerteſte iſt/vnd dañ auch von natur ſo einen hellen laut vñ widerklang von ſich gibt/daß mā auch in Teütſchlandt hören vnd vernehmen kan/weñ einer entweder mit freud vnd frolocken daſelbſt entpfangen/ oder aber auch mit vnwillen außgelachet vnd außgepfiffen wird/ſo befleißige dich derwegē mit allem ernſt/daß du dich nicht allein ſolch einem furnehmen / vnnd von wegen herlicher thaten weitbekantē geſchlecht nach gebühr gemeß verhalteſt/ſondern daß du auch mit deinem verſtandt weißheit vnd tugēt deine voreltern vbertreffen mögeſt. Dieweil es ſich auch/ohn zweiffel nicht ohn ſchickung

deß

deß Allmechtigen Gottes alſo bezibt / daß deine Voreltern/Vettern vnd Brůder durch Kriegs=vbungen vnd hendell ſo hoch herfür kommen ſeyn du aber zu den bůchern/ſchreibfedern vnd ſtudiren von deinen Eltern gehalten biſt: haſtu dich warlich billich zubefleißigen/das du auch in dieſem deinem ſtand etwas beſonders außrichteſt / dieweil obgemelte deine verwanten in jhrem ſtand nicht leichtlich andern etwas zuuorgeben. Zudem bedencke auch dieſes/ daß es deinem ehrlichen geſchlecht numehr nicht vmb den zukommenden/vnd noch vnuerdienten ruhmb vnd ehr/ſondern viel mehr vmb erhaltung der nu vorlangſt erworbenen herligkeit zu thuen ſeye. Zu welcher man nicht weniger fleiß anwenden muß/ als man in erwerbũg vnd erlangung derſelbigen angewendet hat. Weñ auch dein Vatter/Bruder/Vettern/vñ andere verwandten nichts mit dir gemein hetten/könten ſie ſich mit ihrem jetzigen růhmlichen zuſtandt gar wol genůgen laſſen. Nu hat es vmb dieſe ſach ſolch eine gelegenheit / wo nicht all dein thuen vnd laſſen mit ihren fürtreflichen thaten hernach ſolte vbereynſtimmen/ daß ſie es eben dafur halten werden / als ob alle ihre arbeit/gefahr vnd mühſeligkeit (: welcher arbeit frucht auch an dich gelanget:) vergebens vnd vmb ſonſt von ihnen were angewendet worden. Haben nu ſie ſich es ſo ſaur werden laſſen / daß ſi eurem geſchlecht ſo ein herlichen nahmen erlangen möchten / wie viel mehr ſolſtu dich fur andern dahin bearbeyten / daß

ihr viel gemelten nahmen hinfuro auch in eurem geſchlecht haben vnd behalten möget. Du muſt auch nicht allein gedencken / wie du nuhr den leutten daſelbſt bey euch gefalleſt vñ genug thueſt/ ſondern du muſt auch auff die/ſo allhie vnd anderßwo ſeyn/ vnd auch in zukommeñten zeiten ſein werden/ dißfals gedencken. Vnd wird zwar der nachkomlingens vrtheil aufrichtiger vñ warhafftiger ſeyn/ inn dem es mit keinem Neydt vnd has vergifftet ſeyn kan. Endtlich ſoltu das auch in acht haben/ daß du nicht dir allein ehr vnd ruhmb zuerlangen begeren ſolleſt. Vnd wẽ du ja alſo geſinnet wereſt/ ſo wurdeſt du doch auch dißfals nicht vnachtſam vnd nachleßig ſeyn / zumahl dieweil du beyd in deinem Vatterland vnd anderßwo ſo eine groſſe hofnung von dir erreget haſt/ ſondern obgemelteß rühm vnd ehren ſolſtu auch dein gãtzes Geſchlecht alle deine Blutsverwandten vnd Freunde theilhafftig machen/ ja dieſelbige auch an deine vnd ihre Nachkommen gelangen laſſen. Bey welchem du auch dich wol haſt für zuſehen / daß es mit deiner Nachleßigkeit nicht das Anſehen habe / alß hetteſt du nicht allein dich ſelber verſeumet / vnd verwarloſet / ſondern auch deinẽ Frembdẽ nichts Gutes gegönnet. Dieſes alles aber ſag ich nicht dich auß deinem Schlaaf zuerwecken / ſondernn viel mehr in deinem wolangefangenem löblichem Lauff dich zuſtercken vnd beſtendig zuerhalten. Dann waß du biß anhero gethan haſt/ das wirſtu auch hernach thuen/ daß nemlich jederman deinen Fleiß/ Nüchternheit vnd vnſträfflichen Wandel

loben

loben möge. Aber dieweil ich dich fur andern treflich lieb habe / ſo wolte ich auch woll / das du dir einen furtreflichen nahmen / ruhm lob vnd ehr erwerben mögeſt. Wiewol ichs auch dafur halte / dieweil du biß anhero ſo viel gelerte leut gehöret / ſo viel guter Scribenten durchleſen haſt / auch zu deinem Verſtand vnd fleis ſo eine ſtetige vbung hinzukommen iſt: das du teglich von dir ſelbſt / ohn jemands erinnerung / auffs aller beſte mercken vnd verſtehen werdeſt / was dir zu deinem lob vnd guten nahmen dienſtlich vnd fürderlich ſeyn möge. Aber dennoch dieweil mich dünckt / daß du in deinen briefen mit mir / vnd ich in den meinen mit dir gegenwertig rede / ſo kan ich in meinẽ ſchreibẽ nicht woll maß halten. je lenger auch deine briefe ſeyn / deſto einen gröſſern gefallen ich daran habe. Zum letzten wil ich auch dieſes zum aller fleißigſten gebeten vnd begeret haben / daß du (wie die guten pöeten vnd comedien Spieler thuen pflegen:) in dieſem letzten iahr deines reiſens vnd ſtudirens gantz furſichtig vnd fleißig ſeyeſt / auff daß alſo dieſes fünfte iahr / welches du mit dem Studio Artis Politicæ & Iurisprudentiæ zu zubringen gedenckeſt / gleich als der funffte Actus einer guten Comedi gantz vnſtreflich vnd durchauß lobwurdig möge erfunden werden. Welches dich dan auch deſto leichter ankomẽ wird / weñ du dir recht eynbilden wirſt / daß ich als dein alter Præceptor / vnd dañ auch deine liebe Eltern: [welchen du allein / wie billich allezeit lieber / dann allen andern gefel-

lig haſt ſeyn wollen:) allezeit vmb vnd bey dir ſeyn/ vnd auff alle deine reden/ vnnd thaten / inn ſchertz vnd ernſt gute Achtung geben. Eins bitt ich noch in guter letz / daß du dich in den heiſſen ländern/ bey ſo hitzigẽ gedrenck wol fürſeheſt/ vnnd ſo du wilt / daß ich vnd alle die deinen geſundt ſeyen/ daß du auch auff deine eigne geſundtheit gute vnd fleißige achtung gebeſt/ V A L E.

IDEM LATINE:

IN celeberrimam vrbem & Academiam Bononienſem ſaluũ iam & incolumem te perueniſſe, ſicuti ex tuis literis luculentiſſime aliquoties ſcriptis, non ſine ſingulari voluptate cognoui: ita etiam plane mihi perſuadeo, te admonitionum multiplicium, quas cum ſæpe ante, tum etiam itineri iam accinctus ex parentibus, cognatis, affinibus, amicis, & inter eos ex me quoque audiuiſti, accurate adhuc memorem eſſe. Sane quouſque iamptidem in Academia Wittebergenſi, nimiam licentiam vſurpando, prolapſus ſis, quantoque opere patrem & matrem multoſque adeò bonos offenderis, non ignoras. Iam locus ille tam celebris aliam vitam, alios mores, aliam diligenter diſcendi & proficiendi rationem à te poſtulat. Si igitur parentes & amicos, imo ſi teipſum amas, da operam, vt noua hac vi-

ſæ innocentia, & in ſtudiis aſſiduitate priores illas, ſi quæ ſunt, diſſolutionis & negligentiæ maculas prorſus queas eluere & abolere. Qua in parte iam non hortatione, ſed precibus tecum paternis ago; totum vt animum, curam, cogitationemque tuam ponas in præceptorum & commilitonum tuorum omnium laude vndique colligenda. Quod ſi in mediocri tantum ſtatu ſermonis ac prædicationis res patris, patruorum, & fratrum tuorum natu maiorum eſſet, nihil abs te eximiũ, nihil præter aliorum conſuetudinem poſtularetur. Nunc vero propter earum rerum, in quibus illi partim verſati ſunt, partim adhuc verſantur, ſplendorem & magnitudinem, niſi ſummam, ex iſta tam celebri Academia aſſequeris, & vna tecum in patriam reportas, vix videris ſummam vituperationem poſſe vitare. Ea veſtræ familiæ ratio & conditio eſt, vt omnes boni cum faueant, tum etiam omnem à vobis diligentiam, virtutiſque excellentiam poſtulent & expectent: omnes autem mali & improbi, quod cum iis bellum quodammodo ſuſcepiſtis implacabile & ſempiternum, vos oderint, & vel minima re ad carpendum reprehendendumque contenti eſſe videantur. Quare quoniam eiuſmodi Theatrum totius Italiæ diligentiæ & induſtriæ datum eſt tuæ, frequentia celeberrimum, ſplendore & commoditate ſtructuræ ampliſſimum, doctrina, variarumque artium & diſci-

plinarum ſcientia eruditiſſimum, natura autem ita reſonans, vt in Germaniam vſque ſignificationes voceſque vel plauſus vel exploſionis indices referantur: contende quæſo atque elabora, non modo vt familiæ tuæ gloria & rebus præclare geſtis dignus fuiſſe: ſed etiam vt illa omnia tua eruditione & virtute ſuperaſſe videare. Et quoniã diuina procul dubio prouidentia factum eſt, vt maioribus, patruis & fratribus tuis cõditio viuẽdi bellica, tibi vero togata obtingeret, ſi fratrum, patruorũ & maiorũ tuorum pars nemini cedit fac vt tua quoque cæteros vincat. Simul & illud cogita: veſtram familiam non de reliqua & ſperata tantum gloria iam laborare: ſed de parta dimicare, quæ quidem non tam expetenda illi fuit, quam deinceps tuenda eſt. Ac ſi parenti, patruis & fratribus tuis quicquam eſſet à te ſeparatum; nihil amplius deſiderarent hoc ſtatu, qui ipſis iam partus eſt. Nunc vero res ſic ſe habet, vt niſi omnia tua dicta atque facta illorum rebus poſthac reſpondeant: illi tantis ſuis laboribus, tantiſque periculis, quorum fructus ad te quoque pertinet, nihil ſe conſecutos putent. Quod ſi illi, vt ampliſſimum nomen familia veſtra conſequeretur, tam ſtrenue laborarunt: certe tu quoq;, vt id retinere poſſit, præter cæteros elaborabis. Non eſt tibi his ſolis vtẽdum exiſtimationibus ac iudiciis, qui iſtic ſunt, hominum, ſed iis etiam, qui & in præſentia hic ſunt, & ad omnem poſteritatem ſunt futuri. Quanquam horum erit verius iudicium, inuidia &

odio

odio liberatum. Denique illud etiam debes cogitare, non te tibi ſoli gloriam quærere (quod ſi eſſet, tamen non negligeres, præſertim cum ſpem & expectationem de te ampliſſimam in patria & alibi concitare voluiſſes:) ſed ea tibi cōmunicanda eſt cum tota familia, cum omnibus cognatis, & agnatis, imo etiam tuis & illorum liberis prodenda, qua in parte cauendum eſt, ne, ſi negligentior fueris non ſolum tibi parum conſuluiſſe, ſed etiam tuis non ſatis bene voluiſſe videaris. Atque hæc non eo dicuntur, vt te admonitio hæc mea dormientem excitaſſe, ſed potius vt ſponte laudabiliter currentem incitaſſe videatur. Facies enim perpetuo, quę feciſti, vt omnes tuam diligentiam, ſobrietatē, induſtriam, innocētiamq; laudent. Sed me quædam tenet, propter egregium amorem infinita in te auiditas laudis & gloriæ. Quāquam illud exiſtimo, cum hactenus tot viros doctos audiueris, tot bonos auctores ipſe priuato ſtudio euolueris: cum item ad tuum ſummum ingenium tanta & tam aſſidua acceſſerit exercitatio: nihil eſſe quod ad laudem & bonam exiſtimationem attineat, quod tu non optime perſpicias, & tibi non ſine cuiuſquam indicio in mentem veniat quotidie. Sed ego, qui dū tuas literas lego, te audire, & qui cum ad te ſcribo, coram tecum loqui videor: idcirco & tua prolixiſſima quaq; epiſtola maxime delector, & ipſe in ſcribendo ſæpe ſum prolixior. Illud te ad extremū & oro & obteſtor, vt tanquam Poetæ boni, & actores induſtrii ſolent, ſic tu præſertim in poſtrema hac peregri-

natione & concluſione curriculi ſtudiorum tuorum diligētiſſimus & accuratiſſim⁹ ſis, vt quintus hic annus ſtudio artis Politicæ & Iuriſprudentiæ à te impenſus, tanquam quintus actus, perfectiſſimus & laude digniſſimus fuiſſe videatur. Id faciliime conſequeris, ſi me veterem præceptorem, nec non cariſſimos parentes tuos (quibus ſemper, vt par eſt, vnis magis quam vniuerſis placere voluiſti] tecum ſemper eſſe putabis, & omnib. iis rebus, quas vel ſerio vel iocoſe dices & facies, intereſſe. Reliquum eſt, vt te orem, vt in regionibus iſtis tam calidis; & vinorum ſupra modum feruentium vſu, ſi me & tuos omnes valere vis, valetudini tuæ quam diligentiſſime conſulas. Vale.

Et tantum quidem de inſigni & inter omnes Ciceronianas facile primaria Epiſtola. Vt autem doctrinæ & præcepta ſaluberrima, & exercitia ſtyli, minime, vt ſpero, contemnenda, quæ in explanatione eius proponere ſumus conati, quamplurimis proſint, & ad vſum laudabiliter transferantur, faxit is cuius gloriæ potiſſimum inſeruire debent ſtudia & exercitationes noſtræ, DEVS OPT: MAX: vnus in eſſentia, & trinus in perſonis, cui ſit honor & maieſtas in ſeculorum omnium æternitatem.

INDEX

LECTORI BENIVOLO. S.

CVm hoſce Commentarios L. B. in manus ſumſimus, typothetis noſtris in aliis etiam colligendis verſantibus, & properantibus, ſatis eos conuenire exiſtimabamus. Verum poſtea decepti, & impediti ſumus; ne hoc exemplar, quale alioquin præſtare potuiſſemus, tibi daremus. Errata itaque omnia paſſim occurrentia non nobis, non autori V. clariſſ. defuncto; ſed pueris malis exſcriptoribus, imputato. Indicem potiſſimũ in ſtudioſorum gratiam confecimus, adiecimus: in quo quid præſtiterimus, tuo iudicio libenter permittimus. Si, quod volumus, adſecuti ſumus, non conatuum, non moleſtiarum, pro communi vtilitate ſuſceptarum, & per Dei nos gubernantis gratiam porro ſuſcipiendarum, vnquam pœnitebit. Vale.

COMMENTARII IN EPISTOLAM M. TVLLII Cic. ad Quinctum Fratrem,

INDEX RERVM ET VERBORVM ACCVRATIſſimus.

A

ACceſſus.pag.173. in officio retinendus 187.

Achabus ſigillum vxori permittens notatur. 173.

Aedilitium, quid? 302. aedilitius, aedilis. ibid.

Aenigma epiſtolam ſignificans 7. aenigmata quid. 36. illis in epiſtolis locus 35

ἀεροπητής. 131

Africani perſidi 106. immanes, barbari. ibid.

Agamemnon decem Neſtoras optat. 333

ἀπολογικός. 9

ἀκαλλώπιστον *congruit epiſtolis. 38*

Aldus Manutius 7. eius epiſtola Gr. ibid. ad duo ſumma capita omnia epiſtolarum genera referri poſſe putat. 11

Alexander Seuerus Imperator. 184

Alexander Magnus Ariſtobuli hiſtoriam adulatoriè ſcriptam in flumen abiecit. 218. Homeri Iliada aſſidue

due legit. 276. *eius de vectigalib. exigendis laudabilis ſententia.* 338
ἀγγελικὸς. 9
Alphonſus rex, optimos libros, conſiliarios mutos dixit. 276
Amabilis 186. 160
Amare, plus quam diligere. 169
Amicus, quomodo admonendus. 132. *amici veri officium.* 188. 220. *ſimulati.* 216. *cum quieto & turbato mari comparatio.* 205. *ab adulatoribus diſcernendi.* 218. *omnium communia.* 484. 486.
Amor abſentis perſonæ amatæ, impatientiſſimus. 71
Amphiaraus eſſe quam videri bonus voluit. 331
Annulus ſignatorius 171. *accurate cuſtodiendus.* 186
Annales 129
Amphitheatrum Pompeii. 466
Antigoni vox. 371
Antiſthenis memorabile. 218
Antonius metui mauult, quam amari. 113
Antoninus Pius Imp. 388
ἀοργησία. 448
ἀπευκτικὸς. 8
Apophtegmata quid. 36. *in epiſtolis.* 35
ἀποφαντικὸς. 8
ἀπολογητικὸς. 10
ἀπὸ μηχανῆς, *quid?* 132
Apparitor. 176
Apparitiones, auffwartung. 167
ἀπροσηγορία, *multas amicitias diſſoluit.* 46
Aquila formoſa. 40
Artemon epiſtolarum Ariſtotelis collector. 40
ἀρχεραβδοῦχος. 269
ἀσπασμὸς. 18
Aſia, prouincia lautiſſima, opulẽtiſſima. 134. *corruptrix.* 236. *non vidiſſe, ſed in ea continenter vixiſſe lauda-*

bile. 186
Aſiani luxurioſi, molles. 106
Aſinus Cumanus. 325
Athenodorus Cæſaris Auguſti præceptor. 425 *eiuſdem memorabilis admonitio, pro iracundia cohibenda.* ibid.
Atramentum ſcriptoriũ, 25. *typographicum.* ib.
Auaritia ex D. Bernhardo. 257
Auari ad amicitiam inidonei. 209
Auguſtus Imp. lecto affixus æger cauſas audiuit. 282
Auguſtini Niphi Sueſſani philoſophi ad quæſtionē a Carolo v. Imp. datam reſponſio. 339
Aurelianus Imp. rector militiæ. 232
ἀξιωματικός. 7

B

Barbaris verbis, res arcanæ, præſertim neceſſitate vrgēte. perſæpe occultantur. 37
Bellum. 378
Benemeritis plurima debentur. 344
Beſchwerligkeit. 72
Bias dicebat duo conſilio eſſe contraria. 442
Bis quotidie ſaturum fieri, & noctu nunquã ſolum iacere, Italicarum & Syracuſanarũ menſarum deliciæ. 315
Boni, & ingenioſi facile excandeſcunt. 406
Boſius. 53. *Pſalterii Dauidici notis expreſſi poſſeſſor.* ibid.

C

Cadmus primus ex Phœnicia litteras in Græciam portaſſe fertur. 23
Cæſius color. 182
Calligraphum quendam D. Baſilius inſtruit 6
Calumnia, 100. *quibus inſidietur.* 341. *calumniatores coercẽdi.* 338
Cãbyſes Siſamni iniuſto iudici pellem detraxit 281.
Caroli v. Imp. de regni gubernatione quæſtio.

ſtio. 339
Caſus. 469
Certamen animi genero-ſi. 55
Charta: eius præparatio 26. *Rittershuſii, ibid. pergamena.* 25. *pellicea.* 26
Chærippus. 182
Chinenſium litterarum notæ. 29. *numerus, difficultas. ibid. ſcriptura, & modus a noſtro & Ebræo diſcrepat. ibid.*
Cicero. 65. *quomodo imitandus.* 49. *ciceronū cognomē, vnde* 65. *Q. Cicero natura iracundus.* 406
Cicer genus leguminis. 65
Codicilli. 50
Cœlo delapſus. 131
Cohors. 168
Colonia. 78
Columnæ duæ antiquiſſimæ in quibus elementa rerum cæleſtiū conſpecta ſunt: in Syria, teſte Ioſepho, alteram extitiſſe. 23
Conſcientia. 259. 450 *ibi, oculis experuis.*
Conſolatio. 85
Conſtantia. 261
Conſulatus. 73. *vrbanus. ibid.*
Contentio. ibi, contendere, 74
Continentia cui facilis 146. *obiecta. ibid.*
Contumelia. 423. *contumelioſi beſtiis ſimiles. ibid.*
Corium 26. *Cordubenſe vnde? ibid.*
Credere nulli, omnib. 165
Credentiam quib. 209
Credulitas nimia. 186
Cteſiphon gio ioſus a Spartanus eiectus. 22
Curio aurū Samnitum repudiat. 187
curioſitas. 185
cyneas, Romam regum vrbem eſſe dixit. 272
cyrus, Rex Perſarum αὐτοκύδονες. 254. ψύχων. φιλανθρωπότατος. 274.

D.

DEus præſens. 230.
καρδιογνώστης. 48
Dialogus. 40
Dialogi Epiſtolæ cognati 47. ab epiſtolis differentia. 48
Dicteria 36. quomodo iis in epiſtola utendum. 35
Diffidentia nimia. 185
Diligentia nimia. 185
Diligere minus quam amare. 169
Diogenes. 211. eius de auro reſponſio ibid. ab adoleſcente, cum de ira cohibenda diſſereret, in faciem percuſſus. 443.
διοπτής. 131
διφθέρα. 26
Dominorum erga ſeruos officium. 242
δωροδοκία. δωροληψία vitanda. 187
δωροφάγοι, δωροφαγία. 179
δωρολήπτης. 186

E

E ἰδιωνικός. 10
Einſtendigs anhalten. 74
Epiſtola an per u. ſcribenda. 69
Epiſtola Cic. ad Q. Fratrem omnium aliarũ princeps. 1. quando ſcripta. 58. Eius occaſio. ibi. moralis. 60. partes tres 60. 61. argumentum ibid. analyſis. 63
Epiſtolæ, Litteræ etiam vocantur 1. eius appellatione omnes litteræ continentur. 2. nomen græcum, ibid. muneris loco ſæpe alteri mittitur 4. ideoq; elegans, & ornata eſſe debet. 40. pulchre & eleganter ſcripta, optima, & pulcherrima quænam? 37. breuis. 31. mediocris beneuolentiæ ſignificatio, verbis ſimplicibus conſtans, eſſe debet. 32. genera, ſiue typi.

typi.xxv.7.multa,quæ Cic. ad tria renocat. 11. quid? 3. & 69. eſſentiales partes. 18. cauſſæ inſtrumẽtales. 25. impulſiua cauſſa neceſſitas. 22. ἐνέργεια 485. differẽtiæ. 15. Laconicæ, Atticæ, Aſiaticæ. ib. & ſeq. pragmatica, eius exemplũ. 13. morales, ἠθικαί. 11. negotiales. ibid. πραγματικαί. Laconicarum tria exempla. 15. honorariæ, laureatæ. 16. aduentatoriæ. 17 matutinæ, antemeridianæ, pomeridianæ, veſpertinæ. ibid. ſolutæ, ligatæ. ibid. interior, ſiue extrema pars. 20. imago, & interpres animi 41. index indolis, ingenii. 47. non erubeſcit. 46. character. 44. & ſeq. compoſitio. 42. proprietas. 447. verba alata. 24. nimia prolixitas. 55. quatuor ineſſe debent, ex ſententia Ciceronis. 42

Epiſtola colloquium inter abſentes 477. ad præſentes. 46. honeſti ac eruditi Dialogi altera pars. 440

ab Epiſtolis diſputationes, & difficiles quæſtiones Demetrius remouet. 31. ſecus Apoſtoli. ibi. Ariſtotelis ſuper ea re iudicium. ibid & ſeq. alienum, vt artis præcepta tradat. 33

ἐπαινετικός. 9

ἐπιγραφή. 18

ἐπισημασίαι. 467

ἐπιτιμητικός 8

ἐρωτηματικός. 9

Erigere, cui opp. contrahere Malaſp. 98

Excandeſcentia. 419

Europæi acres. 106

Excutere. 165

Exiſtimatio, pro λογισμῷ, æſtimatione, iudicio. 475

Exiſtimatio honeſta conſeruanda, & poſteris

relinquenda. 84
Expilare quid? 141
Expilator. 141
εὐχαριστικός. 10

F

Fabii vnde dicti. 65
Fama. 70. vires acquirit eundo. velocitatis exempla, ibidem ſeq. epiſtolas quamuis fideliter curatas, & nuntios ſua celeritate vincit. 85. honeſta, accurate conſeruanda. 84. 241
Faſces. 177
Fehrmeiſter. 369
Figura in epiſtolis pauca. 44
Filtzich. 163
Flagellatores annonæ. 336
Fortuna. 100. 469. eius vanitas, 101. ex Ethnicorum ſuperſtitione. ibid.
Friderici Imp. vox. 214
Frons ſæpiſsime mentitur 215
Fructus acerbi. 37
Furta. 338
Fur eim gut ſein. 160

G

Galli, immanes, barbari. 106
Gerichtsknecht. 74
Gilberti cognati lepida narratiuncula de partorio, pro corporis vitio, ſoluendo. 389
Gloria. 86. quid? 470. & ſeqq. eius incrementum. ibid.
Glimphius. 391
Gnoma. 33. ab epiſtolis aliena. 34
γνωμολογεῖν cocis & ſeruulis proprium. 35
γνωμότυποι. 35
Græca fides. 217
Græci veteres. 112
Gratitudo. 339
Grell. 256
Gubernatores. 104
Gubernare, Græcum. ibidem.
Gute Wort/harte ſtraff 263.

Hadri-

H

Hadrianus Imperator ſeruum inter Sen. Romanos ambulantẽ verberare iuſſit. 233. ægre tulit homines tenues impediri, ne ad ſe venirent. 282
Heil vnd Wolfart. 177
Hiſpani, immanes, barbari. 106
Hiſtoria. 163. eius vtilitas. ibid. et amica veritas. 275
Hiſtorici officium. 188
Homo diuinus. 131
Horatius, vtrum primus qui epiſtolam verſibus ſcripſit. 17
Hoſtium litteris, tempore belli parcendum. 56
Humilis, Cic. demiſſus. 99

I

Imperium, 379
Implacabilitas. 435
Indi morem vſitatum legendi & ſcribendi, pro miraculo habent. 28
Inſolens inſolentis. 438
Inuidia vitium plebi familiare. 214
Iohannes Gutenbergius Argentinenſis artem excudendi libros inuenit, & Moguntiæ exercuit. 29
Iohannes Trithemius de pſalterio Dauidis notis conſcripto. 35
Iracundia, 411. 412. 413. & seqq. differt ab ira. 415. quid? 420. 423. mores. 428. & ſeq. remedia. 427. declinationis exempla in Gotii rege, & Auguſto Imperatore. 428. Senecæ locus de ea. 434. vitanda, compeſcenda 442. modis ſex. 444
Iraſci qui neſcit vir non eſt. 429
Iudicium hominum ho-

veſtum conſeruandū, accurateq; tuendum. 241.

K

KAltſinnig. 430. 448

L

LAbor. 72. *moleſtia vocatur, à qua differt. ibid. eius iucunditas, vtilitas.* 81. *& ſeq.*

Laborem vnius vel plurium annorum non ferre, animi infirmi eſt. 86

Latrocinia coercenda. 238

Lazarus Schuuendius quintuplices amicitias eſſe dixit. 217

Legati. 160

Lenitas 164

Leonis x. Pont. Max. mores. 264

Lentitudo. 419

Lentuli vnde dicti. 65

Leuitas. 435. *acerbitati præponitur.* 437

Lex Cenſoria. 38[illegible]

Libertas. 271. *infinita malum ſummum. ibi à licentia differt.* 272.

Librarii vnde? 50

Licinius de philoſophia iudicat. 317

Lictor. 175. *vnde? eius munus, ibid. in officio tenendus.* 187. 268. *& ſeq.*

Lieutenant. 160

Limenarcha. λιμενοφύλαξ. 369

Lingua, lubricum inſtrumentum. 424. *eam cogitationibus animi exprimendis ſufficientem habere oportet.* 21.

Littera, Littera quid? 2. *ab epiſtolis differentia. ibid. earum appellatione omnis generis epiſtolæ continentur. ibid. non debent eſſe inſcite deformes, vacillantes.* 5. σύγχυσις *illepida, riſu digna. ibi. earum vſus diluuio antiquior.* 23

Litteras veterum amicorum, offenſione aliqua interueniente aperire, vel publice proferre, factum illiberale. 56
Litterarum ſtigmata capitibus ſeruorum detonſis impreſſa 55
Litterarum tres caſus aduerſi. 55
Locupletes, qui poſſident latifundia. 109

M

Magiſtratus, annuus, perpetuus. 84. vter alteri praſtet. ibid. quid ſpectare debeat. 333. & ſeqq. cura, ſollicitudo, ex Seneca, 100. conſtans, magnanimus, nō ignauus 111. clemens, manſuetus 389. comparatur canibus à Platone, 1 2. Officium eleganti ſimilitudine illuſtratur. 112. negligētiam, & ſecuritatem vitare debet. 113. quodnam ſpectaculum pra ceteris complectatur maxime. ibid. ipſius vitia facillime conſpiciuntur. 138. autoritas, quibus conſeruetur modis, 242. peccat in exceſſu, & defectu. 250 inconſtantia & leuitate nihil turpius. 252. quib. vitiis perſape laboret. 252. ſeueritatē in iure dicēdo adhibere debet 278. & ſeq. aliis munera committere debet. 280
Mala propria culpa acquiſita, moleſtiſſime feruntur. 86
Male audire. 80
Maleuolentia. 475
Mancipium, 135. nouū, veteranum ibid. & ſeq.
Marcus pranomen Ciceronis, vnde. 64
Maturum, maturare. 72
Mauſoli ſepulchrum. 298
Meliochus amicus Pe-

victis. 280

μεμπτικός. 8

Milonis robur. 429

Miniſter bonus. 188. *eius officium.* *ibid.*

Mit höchſtem vermugen. 74

Mitio Terentianus. 165

Momus. 206

Monopolæ. 336

Mulieres viris iracundiores. 436

Munera corruptoria. 190

Mutatione loci turpitudo nõ mutatur. 242

Muti conſiliarii. 218

Myſorum ultimus. 356

N

NAtioni cuilibet ſua virtus 217. *vitium ibid.*

Neceſſitudo. 109

Neceſſitas Phœnices impulit ut litteras excogitarint. 22

Negotiatores. 109. *eorum intentio.* 114

Notæ litterarum ſingulares. 53. *à Cicerone excogitatæ, utiles* συμογράφοις. *ibid.*

Nuntius, tabellarius. 70 *pro re nunciata.* *ibid.*

νουθεσία νουθετεῖν. 60

νουθετικός. 8

O

OBtrectator, obtrectatio 47[illegible]

Obſeſſores viarum. 5[illegible]

Oculi ſæpiſſime mentiuntur. 215. 21[illegible]

Olynthus urbs. 29[illegible]

ὀνειδιστικός. 8

Opes. 74. *& ſeq*

Opilio. 29[illegible]

Optimates. 337

ὀυρανοπετής.

P

PAlmarum folia loco chartæ olim. 25

Pandectæ Piſanæ olim, nunc Florentinæ, pellibus vitulinis tenuiſſimis inſcriptæ. 26

παραμυθητικός. 8
Pax. 379.180
Peccatum. 86. pœnitudo ibid. licentia quib. cõceſſa, continentiæ & moderationis laudem maiorem conſequuntur. 133
Peccant ſapientiſſimi. 86
Pecunia, anima, & ſanguis mortalium. 208
Pennis anſerum ante typographiam repertam libri ſcripti. 30
περιαυτολογία. 483
Peruerſus. 415
Philippus Rex Macedoniæ filium ad philoſophiæ ſtudium hortatur. 282
Philippus Beroaldus Germaniam ob artem in ea typographicam repertam laudat. 30
φιλικός. 7
φιλοφιλίας quid?
φιλοτιμίας, quid? 86
Philoſophus. 313. eius notæ: philoſophari. 318. Lactantius de philoſophia. 319
Phryx. phryges. 256
Placere vni ſatius. 481
Plaudite. 478. ſapienti eo non perueniendum. ibid.
Politico quid ſpectandum. 242. & ſeq. 295
Pomponius Atticus Ciceronis amicus. 4. eius litteræ compoſitiſſimæ: lectu faciles. ibid.
Pontifex Max. apud Romanos veteres hiſtorias collegit. 130
Portorium. portitor 196 368
πορθμεῦς. ibid.
Præcepta breuia eſſe debent. 242
Præceptor. 113. illi ſpectaculum gratiſſimum; eidem θέαμα acerbiſſimum. ibidem boni officium. 57
Prætor: quaſi præitor. 73. vrbani. 73. & ſeq.

bellici. prætoria prouinciæ. 73
Prætura ἰξαπελεκύς. 74
Præſtare aliquem. 160
Princeps qualis, tales ſubditi. 126. litteratus. illiteratus. 144. ipſe cauſſas cognoſcat. 186. bonus, a bono patre nihil differt. 329. boni officium. 190. virtutes, vitia, 104. non ſit nimis familiaris. 218. in cõſiliarios & officiales inquirere debet. 281. doctus, quid ab indocto differat. 282. libros de officio magiſtratus ſcriptos aſſidue legere debet. 285. εὐπροσηγορία affabilitas ipſi neceſſaria. 335
Principis theſaurus ſubditorum animi beneuoli. 366. eius itinera qualia. 146
Protogenes pictor. 375
Prouerbia in epiſtolis. 33
Pſalterium Dauidis notis Tullianis, & Cypriani, in Bibliotheca Argentinenſis Eccleſiæ. 54
ψεκτικός. 9
Publicanus. 369
Pudor. 479. quorum pudere debeant. ibid. eius color, rubor. 102
Puer eſt qui earum, quæ ante ipſum acciderunt nihil ſcit. 30
Pugillares.
pugillar bipatens.
pugillaria. 51
Pulcheria Theodoſii II. Imperatoris coniugis laudabile factum. 173
Pulchros pulchra decent. 4. cuique ſuum pulchrum. 483
Punica fides. 217

Q

Quadratus numerus perfectiſſimus 410
Quartulla, à numero. 65
Quinctus, vnde dictus. 65

Repe-

R

Recitanda. 304
Reprehenſio quomodo applicanda locus è Demetrio, 296
Res debet eſſe, ſermonis, & ſcriptionis menſura. 22
Reſpublica, optima, & tutior. 152
Rhodus inſula. 376
Rittershuſii luſus poeticus, de charta. 26
Romani verſibus in epiſtolis ſcribendis vſi. 17

S

Salus, cum ſecuritate coniuncta. 177
Salutationes, ſiue formulæ ſalutãdi apud Græcos. 65
Samos patria Pythagoræ. 298
Schedæ, ſchidæ. 31
Scrutari. 165
Scytale Laconica. 51
σκυτάλη. ibid.
Secum certare. 180
Secures. 177
Seditio præcauenda. 336. & ſeq.
Sententiæ vt pondus habeant & autoritatem duo requiruntur. 33. à ſententiis dicendis iuuenes abſtineant. ibid. communes, epiſtolæ conueniunt. 35
Sergius Galba ante imperium diligẽs, in ipſo ignauus. 112
Serui, 128. rei familiaris animata inſtrumenta. 226. in officio continendi, quomodo 239. & ſeq, eorum officium. 241
Seruitus, 271. infinita, malum, ibid.
Seueritas. 255
Seſtertia. 303
Simulatũ inſtabile. 207
Simultas. 256
Siſamnis, iniuſtus iudex 281
Sixtus Ruſingerus Argentinenſis, ſecutus Gutenbergium, Italis

primum artem excudendi libros monſtraſtrauit. 29
Socrates moderatus. 427 431
Solonis de repub. dictum. 169
Sorditas. ſordities. 163
Sors. 469
Stabile nihil. 220
Statthalter. 160
Stratoclis ab latum nuntium à ciuibus obiurgati, pro reſponſo lepida quæſtio. 73
Studium. σπουδὴ Cic. 75
Subditorum amor, & beneuolentia inexpugnabilis principum munitio. 113
Subſcriptiones caute adhibendæ. 186
Suſpicio. 187. Venenum amicitiæ. ibid. à iudice, & iudiciis abeſſe debet. 262
Suſpicioſi quales. 187
Superbia in veſtitu Deo vilis. 138
Suppilare. 142
συγκριτικός. 10
συμβουλευτικός. 9
συστατικός. 7

T.

Tabellæ cereæ 25. ligneæ. 54. tabellarii tabelliones ibid. & 50. infideles. 55
Tabulæ ex ære, orichalco. 26
τεταγμένον. 98
Tertulla, à numero tertio. 65
τετράγωνος Vir perfectus. 410
Theatrum 465. ſtructura. ibid. reſonantia. 467
Thebanorum lex. 111
Theodoſius II. Imperator præceps, in litteris vel ſignandis vel ſubſcribendis. 173
Themiſtoclis, cenſum ab Andriis exigentis Apopthegma. 388
Tiberius Imperator reprehenſus, quod integro biennio à ſuſceptore gemino latuit. 112
Tithormi bubulci robur. 429

Tral-

Tralleis. 231.
Traianus Imperator de magiſtratu, 112. *erga amicos:* 269. *exactiones improbauit.* 388
Tremor. 102
Troianum bellum hiſtoricum figmentum. 276
Tullius, vnde dictus Cicero. 64
Typographica ars. 28. *in China ante multa ſecula cognita.* 29
Tyrannus: 141. *origo nominis ibid. proprietas.* 178. *a bono magiſtratu differt.* 145. 294
Tyro Ciceronis epiſtolarum collector. 40

V

V*Ectigal:* 371. *deſcribere:* 374. *neruus reipub.* 383. *triplicia vectigalia.* 106. *& ſeqq.*
Veſpaſiani Imperatoris memorabilis vox Principem neminem triſtem dimittere debere. 282
Veſtitus mentitur. 219
Via Appia. 229. *& ſeq.*
Victoria ſui ipſius. 81
Vigilantia. 104. *neceſſaria, maxime gubernatori.* ibid.
Vindicta bonum. 420
Virtus vt perfecta dicatur tria concurrere debent, 128. 439
VLRICVS HAN *primus Romæ Libros excudit* 29. *& ſeq.*
Volumina plumbea. 26
Verdrißlichkeit. 72
Verkehrt. 415
Votorum honeſtorum compotem fieri, maxima felicitas. 75
Vultus, imago animi. 205. *ſæpiſſime mentitur.* 215. 219

X

X*Enophon.* 274. *apicula: hiſtoricus: bellator eximius; Muſa Attica,* ibid.

Z

Zinßbar. 374

FINIS.



turis quę in generatione & corruptione ſunt. Sunt enim quędā futura quę in gene= orruptione nō ſunt: vt qđ de ſole/ & luna/ & de cęteris cęleſtibus pronunciatur. hęc nt in rebus ijs quarū eſt naſci & corrumpi natura: vnam ſemper nō neceſſe eſt verā falſam. Sed neutram ego improbo expoſitionem. vtręq3 enim: veriſſima ratione Omnis aūt ſenſus talis eſt illi9/ quo neceſſitatē ſolam in rebus imperare deſtruit Ari= nne enim qđ natura eſt: nō fruſtra eſt. cōſiliari autem homines/ naturaliter habēt. as in rebus ſola dominabitur: ſine cauſa eſt conſiliatio. ſed cōſiliatio fruſtra nō eſt. n eſt. nō igitur in rebus poteſt cuncta neceſſitas. Ordo autem ſe ſic habet. Quę ergo ngunt incōueniētia hęc ſunt & huiuſmodi: alia ſcilicet quoniā qui eſt in rebus ca= r. Alia vero quoniā poſſibilitas/ & liberi arbitrij volūtas amittitur. & hęc quomodo pſe ſecutus eſt dicens. Si omnis affirmationis & negationis vel in ijs quę in vniuer tur vniuerſaliter/ vel in ijs quę ſunt ſingularia: neceſſe eſt oppoſitarum hanc quidē illam vero falſam. nichil autem vtrūlibet eſſe in ijs quę fiunt: ſed omnia eſſe & fie= ate. tunc enim incōuenientia illa cōtingunt: ſi omnis affirmatio vel negatio defi= l falſa eſt/ ſiue in ijs cōtradictionibus quę in vniuerſalibus angulariter fiunt/ ſiue in s. Tunc enim nichil eſt vtrūlibet: ſed ex neceſſitate omnia/ quoniam veritatē & fal= ſitionū rerū euentus ex neceſſitate cōſequitur. Quare (vt ipſe ait) n[illegible]ortebit neq3 eq3 negociari. quoniam ſi hoc facimus: erit hoc. ſi vero nō hoc: nō erit hoc. Euertit atio/ ſi fruſtra eſt. fruſtra autē eam dicit eſſe/ quiſquis in rebus ſolam ponit fati ne= Cur enim quis conſilium habeat: ſi nichil ex eo qđ cōſiliatur efficiet/ cū adminiſtret ſſitas? quare nō oportebit conſiliari: vel ſi quis conſiliatur/ negociari nō debet. Ne= eſt actu aliquid/ & negocio agere/ non lucrū: ſed aliquā cauſam vel actum. Nichil t a [illegible] in conſ[illegible]diet: niſi fati neceſſitas iubeat. Docuit autem quid eſſet

Alexader.

Quid negociari.

ſitatis eſt: ī inferiorib9 cõtingētię. ſed neq; neceſſitas contingētiā impedit: neq; cõtingētia neceſſitatē tollit. pepe rit eni neceſſitas cõtingentiā.

actuum/ & totius vitę rationis: ſed non eodem modo euētus quoq; in noſtra ſunt pote

alia nāq; re aliquid ex libero arbitrio faciētibus: ex eiſdem veniēs cauſis/ caſus iterſtre

Scrobem deponēs quis vt fodiat vitē: ſi theſaurū inueniat/ ſcrobē quidem deponere

venit arbitrio. vt aūt tūc inueniret theſaurū: ſolus attulit caſus/ eā tamē cauſam habe

quā voluntas attulit. niſi enim foderetur ſcrobs: theſaurus nō eſſet inuentus. Quidam

tus noſtris voluntatibus ſuppetūt: quoſdā vero impedit quędam violenta neceſſitas.

enim & legere/ & alia huiuſmodi/ ſicut ex noſtra voluntate ſunt: ita quoq; eorum per

tus ex noſtra voluntate. ꝙ ſi nūc imperare Perſis velit Rhomanus: arbitriū quidē vol

ipſo eſt/ ſed hunc euentū durior neceſſitas retinet/ & ad perfectionē vetat adduci. Ita q

nium rerum/ & caſus/ & voluntas/ & neceſſitas dominātur. Nec vna harum res in om

nenda eſt: ſed trium mixta potentia. vnde fit vt peccantiū magis animus conſideretu

euentus/ & puniatur animus nō perfectio: iccirco ꝙ voluntas quidem nobis libera e

quoties perfectionis ordo retinetur. Qꝛ ſi omnia vel caſu/ vel neceſſitate fierent: nec la

bene facientibus/ nec vltio delinquētibus/ nec leges vllę eſſent iuſtæ/ quę aut bonis p

Queſtio. ... is reſtituerent penas. ❡ Venio nūc ad illud qđ multis quęritur modis. an diuinatio

... in rebus ... mnia ex neceſſitate cõtingāt: nā qđ in vera prędicatione eſt: idem eſt

& ſicut cū q... um prædicit/ qđ vere pręedicitur eſſe neceſſe eſt: ita qđ quis futurū n

futurum eſſe ... e eſt. Sed diuinatio non nouit ſic omnia/ vt ex neceſſitate futura p

atq; iccirco frequenter ita diuinatur/ qđ facillime in vtrūlibet agnoſcitur/ hoc quidem

eſt. Sed ſi hoc fit: non eueniet/ quaſi interdici poſſit & alio modo euenire. ꝙ ſi ita eſt: n

Alia qſtio. non euenit. ❡ Vtrū autē ſi omnia futura ſciat deus: omnia eſſe neceſſe eſt/ ita quęramu

dicat dei ſcientiam de futuris/ euentū rerū ſubſequi ex neceſſitate: is profecto couertiu